Pratica

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
12
7 A
5



DE IMPERIO ROMANO-GER
manico aduersus
HIPPOLITHUM A LAPIDE

Invicta sic ordinata unitas

Barth. Isselburg fe. Hamb:

In
HIPPOLITHI A LAPIDE,
uti vocari voluit,

Dissertationem

De

RATIONE STATUS

in Imperio nostro
Romano-Germanico,

Animadversio

JOANNIS SLUTERI,
J. U. D.



HAMBURGI
Impensis ZACHARIÆ HERTELII, Bibliopolæ.

Typis GEORGI PAPENI.
cIↄ Iↄc LIII.

****

Ad iconiſmum in libri fronte poſitum.

VIm temnit Virgo, ut baculumq́; ad Cæſaris alas,
Sceptrūq́;, & gladiū, ſancta catena ligat.
Sic ſacer ipſe viret baculus, ſic Principis extat
Sceptrū, ſic gladio eſt urbs benè cincta ſuo.

Invictissimo Principi

DN.

FERDINANDO III

augusto Roma-
norum

IMPERATORI,

&c.

Domino meo clemen-
tissimo,

demississimè.

Emerè agere mul-
tis videbor, Impe-
rator auguste,
quòd Imperij Romano-Ger-
manici naturam explorans,
præcipuè de Cæsareâ pote-
state, id est, Majestate tuâ,

diſputare, & quaſi re benè geſtâ ego inter minimos hominum operam hanc eidem T. M. inſcibere audeam. Quamcunque illi opinionis ſuæ rationem invenerint, M. T. facilè judicabit, cùm eò aſcendit ſcriptorum procacitas, ut ſummæ in terris poteſtati cornua obvertere non erubeſcant, quantò hi longiùs â debitâ reverentiâ abeant, tantò fideliores reperiri eos, qui non aſſentandi libidine, at ſolidæ veritatis ſtudio tàm effrenatè cavillantium turpitudinem detegant. Ita ego hîc non Cæſaream poteſtatem in

dubi-

dubium voco, ſed demonſtro; ijs ipſis ſubſidijs eam, maximè aſſeri, quibus impeti videatur. Id verò non puto M. T. moleſtum accidere, quòd nullâ re notus cauſam adeò illuſtrem aggreſſus ſim, quoniàm indè manifeſtum redditur, Imperatoriam majeſtatem in omnium oculos ita incurrere, ut quæcunque contrà afferantur, etiàm ab homine tenuioris ingenij refelli queant. Excutere quidèm vulgi manibus iſtas ſcriptiones, earumque autores punire, eſt publicæ autoritatis, quæ eviléſcit, ſi ad privatas velita-

tiones se demittat: quia autẽ jam disseminatæ pravorum affectuũ opiniones solâ autoritate non eximuntur, ingenij adjumẽtis causæ communi adesse, ijs maximè licebit, â quib9 publicũ præjudiciũ non capitur. Quod denique M. T. hos meos labores consecrare, animũ induxerim, tantũ abest, ut eos æstimare voluerim, ut nec diligentia, quã ijs impendi mearũ quidèm virium maximã, apud M. T. splendoré aliquo loco esse mereat. Nisi itaq; materiæ ipsius qualitas, atq; præstãtia excusationis quippiã alat, fateor meũ hoc factũ totum

totum temerarium, ad quod bonũ ſaltèm conatũ M. T. probandi nimius fervor me abripuerit. Solùm ad decantatam M. T. clementiã confugio, ut quicquid hîc audaciæ commiſerim, impunè mihi futurũ ſperẽ, qui eò omni ſemper ſtudio enitar, ne devoti erga M. T. animi debitũ unquàm non agnoviſſe deprehendar, voto ſedul⁹, ut Deus O. M. Cæſ. T. M. ejuſdemq; auguſtam familiam, perpetuâ felicitate beare velit. Quod etiàm Imperij bono ſincerè voveo

Cæſareæ T. Majeſtatis
humilimus cliens
Joannes Sluterus, D.

Lectori S.

CUm in dissertationis Hippolithi prima octo capita commentarer, (annus est, & quod excurrit) etiàm integræ, quam nunc edo, refutationis causâ ad te, Lector, præfatus sum, ut nunc prolixè propterea non sis compellandus. Id fortè non prætereundum, quòd sentiebam, juvari eum, qui hæc nostra intelligere cuperet, si Hippolithi scriptũ ad manus haberet, me ita non tàm librorũ vetitorũ lectionem suasisse, quàm confisum esse, ubi tales in manibus hominũ (ut sunt mores) maximè versarentur, quòd vitij nihil attractura esset lectorum repetitio, quæ eò tenderet, ut ex adversâ lucubratione veritas promtiùs, & minori tædio indagaretur. Nam cùm totam hanc refutationem ad compendium conferendam censerem, ne ipsâ prolixitate scripti rem invisam redderem, rarissimè Hippolithi *verba adduxi, sed saniora potiùs principia ijs, quæ idem mundo obtrudere voluit, perpetuâ animad-*

madversione opposui, & ita tamen brevitati studui, ut quod huic familiare est, obscuritatis vitium quàm maximè evitatum, nec in refutatione ipsâ quicquam dissertationis Hippolithi, quod notam meruerit, prætermissum deprehenderes. Eodem brevitatis studio cavi, ne semel tractata odiosè alicubi repeterem, undè toties ad mea me notata referre adactus sum, ideò potissimè, quòd Hippolithus sæpè actum egit. Quam commentandi rationem, præsertim si perpendas, in eâ me ne quidèm circa aliquā lineam, alterius ullius, sed proprij ingenij licèt modici ductu versatū, ipsius materiæ principia aliter, quam hactenùs factum reperi, fideliter tamen, & absq; novitatis affectatione, quod tibi persuasissimum habeas, nempè solius veritatis amore posuisse, operâ longè majori sectatus sum, quàm si, quod faciliùs potuissem, ingenti volumine labores aliorum Hippolitho objecissem. Sanè quoniam, præter fontem ipsum, sine aliorum lucubrationibus uti in materiæ alicujus, ita in variorum materiæ dubiorum cognitionem pervenire commodè non licet, in quantulocunq; hîc videbor

bor profecisse, id bonis etiam autoribus acceptum me referre, ingenuè fateor, præsentem verò animadversionem qualem qualem, inq; eâ novum ferè fundamentorũ juris publici præcipuè Romano-Germanici *rectè jaciendorum conatum, meritò, Deo vires suggerente, mihi tribuo. Non me, quando hæc scribo, ad inanis gloriæ cupiditatem occupo, sed aurem vellico ijs, qui veritatem alio modo illustrari non posse existimant, quàm qui jam inventus sit, ideoq; quæ hodiè prodeunt, ne lectione quidem digna censent, cùm aut dicta dici, aut communes opiniones frustrà vel explanari, vel redargui credunt. A talibus ego æquum judicium minimé expecto, tantùm quicunque ad hanc meam commentationem accedere haud gravatus fuerit, etiàm atque etiàm rogatum volo, quam totam pervolvere noluerit, ne legere occipiat, ne aut operæ pretium non capiat, aut quæ ex plenâ lectione explicationem postulant, frustratîm carpta sinistrum judicium temerè eum effutire faciant. Ex communi etiam privato jure, quamvis ejus studio magnam ætatis partem impenderim, idque inter tot ejusdem*

cor-

coruptelas inprimis exercere nondùm desinam, in hác animadversione vel ideò parcè omninò argumentatus sum, quód & ab alijs hoc præstitum est, & documentum edere volui, juris quoque Doctores ex istis fontibus, quos Hippolithus adijt, & â Doctoribus nimiùm dissitos putat, ei satisfacere posse, atque porrò docere, ipsum sæpè â limpidissimis abfuisse. Quo in genere cùm operæ nusquàm pepercerim, miror adeò incuriosè nonnullos de commentationis meæ primitijs judicâsse, ut, licèt Academicâ libertate, quæ mihi verissima visa fuêre, omnia â me tradita haud negem, extra Academiarum septa vix attendendas existimaverint, quòd in publicis deliberationibus alia ineatur veritatis ratio. Sed videntur mihi isti homines vento victitare, qui severo quasi suprecilio de aliorum meditationibus ad judicandum proni, ipsi nunquàm manum admovêre, ut demonstrent, (neque etiàm demonstrare poterunt) alijs, quàm Capitulationibus, ut loquimur, Imperatorijs, cæterisque Imperij Constitutionibus, pactis, & actis publicis, fide dignis historicis, & similibus fundamentis, accedente

ali-

aliquando juris communis convenienti applicatione, & sanâ politicâ inprimîs ratione, probam aliquam publici hujusmodi juris sententiam ullo in consilio erui. Cæterum hi sibi sapiant, lector: Quæ ultrà monendus videbaris, in præfatione reperies, quam octo primorum capitum refutationi præfixeram, & nunc, in admodùm paucis mutatam, cum eâdem refutatione, ut integrum hîc haberes commentarium, prelo iterùm excusam huic proœmio proximè subjeci. Ded. Hamb. *ex Mus. m. anno, â nato Servatore,* M. DC. LIII. *d.* XVI. *August. st. v.*

Lectori S.

Quemadmodùm ii, Lector, qui ad aliorum labores studio carpendi accedunt, bonorum omnium odio meritò obnoxii sunt, sic nulli magis laudem merent, quàm qui ineptos, aut malè affectos scriptores coërcent, favorem, qui emendare volunt. Tales autèm dum ob insignem futilium scriptorum multitudinem orbi literario operam non

non modò utilem, sed necessariam navant, omnium maximè scopuloso difficilique in loco versantur. Adeò enim nunc hominum instituta, atque affectus vagi sunt, ut ex isto scribendi genere citiùs rixosi titulum, quàm navi & industrii elogium reportes. Quod etsi cum animo agitatum voluntatem, quâ ducerer ad juvandam optimam illam lucubrandi rationem, aliàs mihi excussit, tanti haud visum est, ut â præsenti animadvertendi proposito me retraheret: sed propter Hippolithi *impetum, quem retardari haud parùm refert, potius hac vice contra ingratos similium laborum æstimatoris obdurui.* Non de*sunt tamen alia, quæ hîc mentem meam fatigare satagunt.* Nam *ut primùm* Hippolithum *reprimendũ duxi, (præterquàm quòd videtur non proletariæ conditionis, & scientiæ) non me latebant judicia eorum, qui illum refutari â quoquam nisi exactâ rerum experientia instructo non posse, nisi peculiaris officii atque professionis ratione impulso non debere existimabant: quin & huic rei haud impar, cùm* Hippolithi *opiniones refellit, putatur contra rem* Imperii *venire. Ista*

verò omnia, postquàm reputavi, non fuêre, quæ me morarentur. Jam dudùm enim mihi suspecti sunt, liberalium artium doctrinarūq; principia ad experientiam potius, quàm hanc ad illa exigentes, quales plerumq;, qui antequàm ordinatum studiorum cursum absolverunt, ad postremos actus præposterè declinant, & cùm eò pervenêre, proprii ingenii ductum sequuntur. Ubi autèm ita rem succedere sentiunt, eventus pro principiis habent, & non tantùm quæ juvenes imbibëre, tanquàm inutilia negligunt, sed &, si ad nonnulla eorum, quæ intacta reliquêre, ingenio ducantur, quicquid præstant, non possunt, quám nudo usui, acceptum refere. Hinc ipsa cujusq; doctrinæ principia tantùm apparent varia, quantùm astutorum ingeniorū somnia sunt diversa, Et quia, quicquid statuas, non solùm laudem obtinet, sed & veritati ascribitur, non miror mediocrium complures de re quasi indifferenti literatorum nomen assumere, ita ut dupondii quoq; rebus agendis admoti, contra solidam literaturam cristas erigere, atq; majorum exemplis se tueri non erubescant. Hujusmodi tamen experientiæ abusum

ſum cordati quiq; ejurabunt, & in eo qui Hipolithi ſcriptum fideliter examinaturus ſit, haud requirent. Si per experientiam in hâc materiâ conſuetuidnis alicujus in publicis Imperii deliberationibus obſervatæ notitiam intelligant, omnem ita per manus quaſi traditam novimus, ut in ſcriptis, quæ prodeunt, ſedulò inveſtigantem, fugere ea nequeat. Jura enim Statum Imperii, ejusque adminiſtrationem concernentia, (de quibus cum Hippolitho diſceptamus) quòd eorũ notitiam habere omnium Imperii regionum intereſt, adeò diligenter â fide dignis relata non inveniunt, ubi deliteſcant; imò, audacter dixerim, multis parvæ etiam civitatis, in quâ nati & educati ſint, jura & conſuetudines ita exactè cognoſcendi copiam datam haud eſſe, ac Jmperii jura ei, qui inſpiciendi, atque ponderandi laborem ſuſtinere potuerit. Et adhuc minimum eſt, Jmperii conſuetudinem qocunque modo cognoviſſe, rectè intellexiſſe maximum, quod is demùm perficit, qui ad certa ac ſana principia refugium habet, & æquo judicio, cui experientia nihil niſi mancam

ſæpè

sæpè notitiam offert, rem æstimat. Cujus *veritatis clarissimum exemplum mea* in part. I. cap. 4. sect. 2. *animadversio*, num. 9. & seq. *suppeditat*, *ubi illud de Imperii consuetudine ab omnibus, seu communiter traditum*, Jus comitiorum ac suffragiorum inter Cæsarem & Status divisum esse, *quomodò non ad normam exactum, & viros experientissimos ad devia adegerit*, & *nihil minùs quàm Imperii Statum exprimat, certis concessæ regulæ principiis, nisi nimiùm fallor, evici. Quæ fortè minuta haud occurrent, tanti non erunt, ut propterea vadimonium deseramus,* quod itidem n. 7. in sect. 4. d. c. 4. *documento ostendimus. Quicquid sit*, Hippolithus *(nō magis, quàm antipodes, mihi notus) tantùm aliquibus, quod nescio, an omnibus Imperii publicis deliberationibus interfuerit, mea hic nihil refert, cùm in ejus dissertatione experientiam non deprehendam, nisi quam ex iis, quæ publici juris facta sunt, depromere cuivis in talib⁹ curioso liceat: certè, qui paulò accuratiùs animū intendet*, Hippolithū *juris publici, in Imperio obtinentis pleraq;*

raq; è Paurmeisteri, Reinkingii, Limnæi, celebratissimis lucubrationibus (quod ad materiam, non quam indè extruere gestit, noxiarum opinionum formam) addidicisse manifestò comperiet, quamvis id ita dissimulare velit, ut ipsos suos magistros non rarò, inprimis Reinkingium, infelix discipulus suffocare vehementer studeat, quando nimirùm istorum doctrinam non eò, quò ipse tendit, collimare perspicit. Sed referat ille omnia ex ipsis Recessuum Constitutionumque Imperii, Historicorum, polemicorum scriptorum, sive separatim editorum, sive ab Hortledero, & Lundorpio collectorum, fontibus hausta, non adeó hi aliis occlusi sunt, ut indè Hippolithi igneam, ut videtur, igenii vim aquis aspergere nesciant. Nam & hâc nostrâ animadversione, ipsum in multis non solùm lympham turbâsse, sed sæpè fontes præteriisse, probatū imus. Id tamē omninò mihi silentiū videtur imperare, quod multa nec in scholis decātata, nec in cōmentariis protrita, imò nec dùm adhuc ullo modo publici juris facta, intra privatos Hipp. delitescāt parietes, *qui-*

bus si

bus si satisfacere velim, eorundum aut similiũ me oporteat esse compotẽ. Hæc autẽ, postquã uti allegata sunt, penitus inspexi, in minimis habere meritò cœpi. Si n. vel è publico Imperii jure, vel notissimis rerum circumstãtiis explanationẽ accipiãt, ut accipere debẽt, ne ad ipsius quidẽ dissertationis scopum pertingunt, & alias ejusmodi sunt, quæ eam nõ illustrant, sed solũ augent, ut vel accessisse eadẽ, vel exulâsse, perindè fuerit: quæ omnia in ipsâ animadversione passim conspicua fiunt. Ceterũ proculdubio scire aves, quæ me officii professionisq; ratio ad hanc cõmentationẽ duxerit. Vix quicquã addere opus est, si in officii possessione ab Hipp. turbatus eã minimũ naturali, ac gentiũ jure defendendã dicã. Ut ut n. juris Doctores contumeliis ac injuriis, quibus sæpè â viris quoq; magnæ existimationis (quod detestandũ) afficiũtur, pridẽ assueverint, non tamen omnes usq; eò sui curam deposuêre, ut genuinâ statione planè se dimoveri æquo animo ferant. Quarè nec mihi vitio vertendum fuerit, si, quemadmodũ nulli magis, quàm juris Doctori incumbere, ut nõ tantùm privata, sed & publica jura doceat, quivis sanæ mentis confitebitur, ita Doctorẽ nul-

lũ minus, quàm qui & Imperii civis sit, & in Imperio degat, in eodẽ â publici juris tractatione arcendũ esse, actu saltèm possessorio (ut loquimur) obtinere velim. Nõ esse jura Imperii publica legibus Justineaneis omninò metienda, vetus querela est, neq; nunc primùm ab Hippolitho excogitata, eaq; â benè animatis juris Doctorib⁹ omni ætate applausum meruit, ut nihilominus tamen multa juris communis non solùm ad illorum illustrationem, verùm etiã, ubi ea vel deficiunt, vel obscura sunt, sæpè ad casuum decisionem conferre, luculenter probaverint. Judicium in his applicandis maximè requiri, nemo nõ sentit, quod si quidam minùs dextrè adhibeant, id ut in eos quoq; qui Doctoris titulo carent, cadere potest, ita non magis imputari debet aliis, quã vitiũ cœcutientis videntibus, blæsi loquentibus. Hippolitho facilè hoc subolet, quando nõnullos Doctorũ necessariâ juris publici scientiâ imbutos agnoscit, & tamẽ homò adeò inconstãs est, ut mox ẽ publicis privatisq; judiciis omnes juris Doctores certâ Imperii Cõstitutione exterminatos cupiat, ut esse juris privati cognitionẽ nauci, & præsertim publicũ tractãtibus obicẽ ponere, censere existimãdus sit.

Nolo nunc publici privatiq; juris studia invicem contendere, illos tantùm, qui utriusq; peritiam habent, hîc contestor, ingenia juris privati salebris superandis apta, si solidis politicæ doctrinæ principiis se muniverint, in jure publico tractando felicissimè versari, ipsarumq; consultationum periculis, quæ in publicis ob rei dignitatem maxima fateor, minori difficultate intercedere. Verùm nec juris privati Doctorum vel consultorum omnium causam tueri statui, cum & quis hâc in re Hippolitho non ita dudū contradixerit, tantùm ab officio meo non aliena esse, quæ animadverto, indicare animus fuit. Quibus peculiari adhuc vocatu fretis propositum nostrum non arriserit, Principum aut Civitarum suarum causâ peregrè abeant, in publicis deliberationibus desudent, experimentorum flumen imbibant licet, ego communi officio, quod hîc sufficit, contentus, Academicâ disceptatione, qualem Hippolithus Doctoribus juris extorquet, nihilomagis desistam, & aliquando quæ ab illis meliora expecto, avidè arripiam. Oggeres, cur tu præ omnibus? Regeram, cur ego post alios? Si alii vel negli-

negligant munus suum, vel, cùm id de omnibus asserere durum sit, si causam, quapropter ad ejusmodi scriptionem se non accingant, reperisse putent, certè ego aperte profiteor, me causam idoneam haud invenire, quæ hinc me abstineat. Non in aulis versor, ut in assentandi suspicionē cadere possim. Non actiori aliquo nexu teneor, ut præcise in alicujus partes ire credar. Non Imperii consiliis interfui, ut in consortium opinionum cessisse videar. Non eæ sunt ingenii mei vires, neq; jactantia, ut in ambitum propendere existimer. Verbo efferam: Hîc se sistere is maximè debet, qui ulla ratione neq; sibi neq; ipsi causæ præjudicium afferat. Non etiam ii, quibus similem curam suscipere libuerit, mihi protinùs calamum excutient, quò minùs aut consensum meum tester, aut in nonnullis alia, quàm quæ hactenus communiter calcata est, Imperatoris præsertim majestate tuenda, & vero Imperii nostri statu indagando, semita incedendum esse demonstrem: Id quod inprimis in part. 1. c. 1. aggressus sum, ubi inter cætera, generalem legum fundamentalium (uti dicuntur) naturam

turam ita considero, ut indè de Regibus omnibus constare possit, utrùm Reges sive Monarchæ sint, an duntaxàt vocentur? Quinimò nec conatus meus improbari deberet, si in re communi, tanquàm Diogenes, solùm dolij volutatione occuparer. Neq; tamen peculiari professione omninò destituimur. Nam & fidem nostram in multorum conspectu publicè adstrinxisse meminimus, curæ nobis fore honorem, existimationem, utilitatem, salutem S. Romani Imperii: *& demandatam nobis provinciam* inprimis S. Cæsareæ Majestati, totiq; Imperio Romano-Germanico *consecratam esse, singulari documento admoniti sumus. Esse verò Hippolithi opiniones, si (quod ut abominamur, ita equidèm non confidimus) in nervum proruperint, universum rerum Imperij statum suâ sede dimotum euntes, eidem Imperio summè exitiosas, præsenti scripto simul testatum facimus. Quo eodem cùm Imperatori, solidorum principiorum ductu, in Rep. Romano-Germanicâ soli majestatem asserimus, illustri Ordinum dignitati uti præjudicare non valemus, ita nihil quicquam*

dimi-

diminutum volumus. Ea enim dignitas cùm insigni potentiâ conjuncta, quia plurimis ex æquo competit, in aliquibus præponderat, nusquam magis tuta est, quàm ubi ad superioris unius majestatem recursum habet: & omnium ætatum acta comprobant, absq; hâc majestate Ordines ipsâ sui magnitudine laborare. Hîc sanè deridiculo esset Imperatoris autoritas, si Imperii, qualem Hippolithus depingit, minister esset, si omnia Ordinibus accepta ferret, si Ordinum placitum præcise sequi teneretur, quemadmodùm idem Hippolithus docet. Tantùm igitur abest, ut majestatem soli Imperatori ascribendo, Ordinum dignitatem extenuare conemur, ut eam etiam sub Imperatoris majestate maximè conservatam, & sub unius superioris imperio in toto orbe majorem non reperiri, libenter credamus. Hinc illis satisfieri posse arbitror, qui Hippolithum refutari, Imperio non conducere existimant. Meis quidèm tantum non tribuo, ut indè putem multum uitlitatis ad Imperium redundare posse, saltèm conscientiâ bonæ men

næ mentis, quæ prodesse vult, nunquàm obest, me consolor. Male agerem, si simultates, quæ longo tempore non solùm inter Ordines, sed & horum nonnullos atq; ipsos Imperatores viguêre, cum Hippolitho repeterem, & actus sermonesq; omnes aut necessitate, aut partium studiis productos ad regulam dirigerem: Ideoq; cum talibus, quibus singulis sui apologismi non desunt, aut Ordines, (sive universos, sive quosdam) aut Austriacos Imperatores proscindere audet, quàm longe à scopo aberret, indicasse satis habebimus, neq; nunc etiam debemus, quæ restitutâ in Imperio pace, oblivioni tradenda sunt, affectata lite recolere, & quæ novissima pacificatione decisa, disputationum tricis iterùm involvere. Hæc ferè, Lector, summa eorum, quæ præfari tantum non adactus sum. Nunc ad ipsam Hippolithi dissertationem ordine examinandam pergemus. De Statu enim Rationis in genere sententiam nostram præmittere parvi interest: Istam tamen materiam non omninò captum nostrum superare ostendemus, quando de Imperii Ratione status in specie commentabimur. Cum Hippolitho

tibho ubiq; bona fide agimus, juvabit nihilominus eum, qui nostra percipere dignatus fuerit, Hippolithi *discursum ad manus habere. Virorū eximiorum hodieq; superantium, quibus alioqui debitos honores, honorumq; titulos libenter deferimus, brevitatis ergo, præter rem ipsam, nuda nomina scripto inserimus, quod & fortasse, ne perperam interpreteris, monendus es. Omnia cum legeris, cordate, si vis & potes, judica, neq; secus ac si talioni subjaceres. Vale.*

Prolegomena Hippolithi de Ratione Status in genere, ad ea, quæ in part. 2. cap. 1. & part. 3. cap. 1. scripsimus, exigenda sunt.

Inſcriptiones verò Capitum Hippolithi, retentis ejusdem interpunctionib⁹, ac ſerie, omnes hîc apponimus, & ubi quælibet in hoc noſtro commentario examini ſubjecta reperiantur, indicamus.

Part. I.

CAP. PAG.

 argu-



Part.

Part. II.

CAP. PAG.

IV. De

Part. III.

V. De



IN

IN

Partis Primæ

CAPUT I.

De diversis Rerumpubl. Statibus, eorumq́; naturâ & essentiâ.

I.

T hinc cum fructu ordiamur, in genere, quamvis strictim, ipsius Reipublicę definitionem tradendo, atq́; excutiendo, rem ab ipso ovo, quod dicunt, aggrediemur. Rempublicam non omnes uno modo definiunt. Videtur ad scopum proximè accedere Bornitius, cui Respubli-

ca eſt Majeſtate imperantium & obſequentium, rerumq; civilium, perfectionis humanæ civilis ad benè beatè vivendum adipiſcendæ gratiâ, legitimè ordinata unio.

2. Cùm tamen res civiles, quas ipſe Bornitius iſti unioni tantum cohærere & inſervire dicit, Reip. eſſentiam non intrent, definitionem ita formari mallem: *Respublica eſt imperantis, & obſequentium, ad promovendam politicam hominum beatitudinem, legitimè ordinata unio.*

3. Eodem ſenſu Imperium accipi ſolet, quamvis id, ut ex hâc ipsâ definitione conſtare poteſt, ad ordinatæ iſtius unionis ſive Reip. tantummodò partem referendum ſit, Imperantem nimi-

mirùm, qui cum obſequente, accedentibus cæteris requiſitis, Rempublicam conſtituit.

4. Cætera requiſita voco: 1. Ut id, quod definivimus vel deſcripſimus, politicæ ſeu civilis beatitudinis gratiâ unitum ſit, quò à familiâ, aut privatà ejusmodi quàvis alià factâ unione, publico etiam, ſi quod eſt, dominio, & ſimilibus, dignoſcatur. 2. Ut legitimè & ordinatè unitum ſit, ne Tyrannis, aut confuſio Rempublicam mentiantur, maximè ſi unionem præ ſe ferant. 3. Ut in Rep: reperiatur, qui ex ſe imperet, ſeu ſuperius politicum imperium non agnoſcat, ſive ut poteſtas imperantis aliundè non pendeat, (imò, imperium, quod aliundè

pendet aut ſuperius agnoſcit, propriè imperii nomen non mereri dixerim) licèt eam primitùs ex ſe non acquiſiverit, ſed aliundè in imperantem, hoc fine, ut ex ſe imperet, poteſtas translata ſit; id quod â civili arte ſolidè inſtructis tanquàm conceſſum nunc argumentis evincere ſuperſedebo. Quę imperantis poteſtas uſitato vocabulo *Majeſtas* appellari ſolet.

5. Non pauci inter poteſtatem imperantis, & poteſtatem imperij diſcrimen inducere conantur, duplicemq́; indè majeſtatem confingunt, & quidem imperantis poteſtatem, *Majeſtatem perſonalem*, item *Majeſtatem imperantis*; imperii poteſtatem, *Majeſtatem realem*, item *Majeſtatem*

tem Imperii nuncupant, at in rei naturâ & diversitate exponenda ita sunt frigidi, ut eam distinctionem ingeniosorum hominum sterile inventum deprehendere in proclivi sit.

6. Ita enim se explicant, ut toti Reipublicæ Majestatem realem affingere videantur, (undè nonnullis Majestas realis Reipublicæ Majestas dicitur) id quod absonum est, *vid. supr. num. 3.* licet aliàs majestas ista, quam nos admittimus, quod non sit Respublica, in quâ ea non, tanquàm essentialis pars, reperiatur, majestas Reip. synecdochicè vocari possit. Neque arridet, quod Majestatem realem legibus fundamentalibus comprehendi, & quoniam Majestas personalis le-

gibus fundamentalibus teneatur, hanc consequenter Majestati reali obstringi existimant. Ut hujus explicationis inconvenientiam, & ipsius discriminis vanitatem apprehendamus, ipsa rei principia huc arcessenda sunt.

7. Non obscurè, *supr. num. 4.* inter alia, Rempublicam â Dominatu distinximus. Quando quis vel solâ vi, vel absolutâ potestate, homines obedientiæ mancipat, & illud, *sic volo*, *sic jubeo*, nullâ admissâ lege, aut imperandi ratione, absolutè occinit, istam imperandi sortem non tàm pro Reipubl. gubernatione, quàm Tyrannide, vel Dominatu, habendam esse, quivis rectè judicans concedet. Et ita dominan-

nantes unionem, quæcunq́; ijs cum ſubditis, aut veriùs ſervis intercedere videatur, exortâ ex imperandi nimio rigore nauſeâ, ipſi plerumq́; diſrumpunt, aut potestatem ſuam mille periculis ex ipſo obſequio obnoxiam vix, ac ne vix quidem, retinent.

8. Longè ſecùs civiliter imperantes, qui, Reipublicæ conſervandæ gratiâ, ſibi quoq́ue, & in imperium ſucceſſuris, leges dicunt: Perſpectum enim habent, quicquid Reip. (quà diſſolutâ vel laborante, imperantis quoque poteſtatem interire vel laborare neceſſe eſt) tuendæ cauſa conſtituerint, id ſimul ad poteſtatem ſuam, ſive majeſtatem, non deſtruendam, ſed conſervandam & firmandam contendere.

 dere.

dere. Et, quia propter vel unitatem, vel multitudinem, ægrè & difficulter ipsi omnia imperij negotia subeunt, certos actus subditis committunt, quo, etsi majestas non transfertur, autoritas tamen quædam, libertas, atq́ue privilegia subditis, ut eo constantiùs actibus comissis inhærere possint, conceduntur. Nec minùs civiliter subjecti, nisi & ipsi civili beatitudine carere velint, ad eandem unionem seu Remp. servandam obsequij debita liberaliter & ultrò conferũt: Atq; ita uterq́ue, & imperans & subditus, hic obsequio, ille imperio, meliora quæq; Reip. causa agunt, ut ita proximus utriusque finis sit salus Reipublicæ, remotus idem qui ipsius Reipubli-

cæ

cæ proprius, ſeu adæquatus, nempè civilis beatitudo. Respublica tamen utriusq;, & imperantis & obſequentis, civilis beatitudinem ſimul reſpicit; at quod imperantem, & obſequentem attinet, quilibet ſeparatìm ſui ipſius civilem beatitudinem, imperando, vel parendo, aſſequi cupit: Ideoq; cùm quæritur, an imperans ſit propter ſubditum? an ſubditus propter imperantem? neutrum propter alterum, ſed utrumq; propter Rempublicam (ut hujus porrò beneficio quilibet beatitudine civili ſuo modo fruatur) exiſtere, reſpondere in promptu eſt. Quam ſententiam, etſi partìm nova videri poſſit, veram nihilominùs in politicam ſciētiam inſignem

usum inferre, si commentationis nostræ multùm interesset, aut brevitatem deserere vellem, rationibus apertis exponerem. Aliquantulùm nobis consentit H. Grotius *de jur. bell. ac pac. libr. 1. cap. 3. num. 8.* quando dictum Philosophorum, *regimen omne eorum qui reguntur, non qui regnat causâ esse paratum*, non universaliter verum esse docet.

9. Certæ ideoq; leges ferri solent, quæ Rempublicam directò ordinãt, atq; quod ijs Resp. quasi innitatur, *leges fundamentales* seu leges Reip. vocantur; & dùm communiter omnes cives officii, Remp. directò sustinentis, admonẽt, de subditorum quoq; privilegijs ac libertate disponũt, potissimè imperantibus moderamen

ramen, quo Reip. ſalus inprimis juvatur, injungunt.

10. Hinc perſpicuum eſt, poteſtatis, ejus qui imperat, ſeu majeſtatis moderamen, certamvé imperandi rationem, non verò ipſam majeſtatem, ſive realis, ſive perſonalis vocetur, legibus fundamentalibus comprehendi, & conſequenter, quamvis imperans Reip. propriæq́; civilis beatitudinis causâ, ſibi ipſi jus, quo obſtringatur, præſcribat, Majeſtatem Majeſtati ſubjectam eſſe, malè indè deduci.

11. Neq́ue arbitrari quis debet, quia ſine imperandi poteſtate, Reſpublica nec eſſe nec fingi poſſit, quod ſub interregnis, & præſertim illo deficiente, qui in Rep. monarchicâ, maximè ubi

electio locum habet, gubernacula tenet, ipſa ſimul Reſpublica peritura ſit, niſi ab imperantis poteſtate diverſam aliam ipſi Reip. ſeu imperio realiter ineſſe, atq́ue ita iſto quoq́; caſu in Rep. perdurare ſtatuerimus. Quod enim iſto etiam eventu Reſpublica perſiſtit, non imaginariæ alicui reali majeſtati (cum quâ æquè Reip. duntaxat imago retineretur) aſcribendum eſt, ſed id legibus Reip. fundamentalibus, &, quia hæ ſunt effectus ſolius majeſtatis imperantis, ipſi conſequenter majeſtati ſeu imperantis poteſtati (ea enim quæ directò, Reipublicæ conſervandæ causâ, acta ſunt, ita quoque quod de noſtro caſu in legibus fundamentalibus conſtitutum eſt,

eſt, tanquàm opus poſt cauſam ſuam, permanent) acceptum referri debet. Legibus quippè fundamentalibus vel maximè ejusmodi interregnorum neceſſitati conſulitur, quemadmodùm in noſtrâ Romano-Germanicâ Respublicâ, tali eventu, dicante lege, atq; conſvetudine fundamentali, quidam imperantis vices in multis ſubeunt, ut Palatinus, & Saxo; quidam de novo imperante eligendo, à majeſtate per legem fundamentalem præſcriptum, & circa eandem rem conſvetudine à majeſtate admiſſa introductum exequuntur, ut univerſi Electores. Et, fateor, neceſſum eſſe, ſublato imperante, ipſam Rempublicam, quemadmodùm absq; le-

ge fundamentali constitui nequit, certo legis fundamentalis vigore destitutam, simul tolli: Atq; dehinc novum imperium aut occupatione acquiri, aut voluntate remanentis cœtus constitui, quod novam ac aliam Rempublicam ordinet, nisi ejusmodi cœtus vel dissiliat penitus, vel alibi jam imperanti absq; ullâ peculiari dispositione subditus, singulare corpus esse desinat. Cum autèm contrà lege fundementali (quæ, quia majestatis effectus est, majestatem ipsam non continet, ut jam superiùs aliâ quoque ratione demonstravimus) sustineatur, cõmentitiæ cujusdam realis majestatis beneficio id fieri, ut credamus, minimè opus est.

12. Por-

12. Porrò è ſuperioribus apparet, Majeſtatem, aliter ac vulgò docetur, (ita, ut omni in quavis Reip. ſpecie Majeſtati cõveniens extet finitio, ſi quid enim fortè in aliquo Democratiæ genere abſolutius occurere poſſit, id non generalem Majeſtatis deſcriptionem intrabit, ſed ad ſpecialem, ſeu potiùs individuam Majeſtatis è cujuslibet Reip. ratione dignoſcendam conditionem pertinebit) definiri vèl deſcribi oportere, *quod ſit in Republicâ imperandi (ſeu ex ſe agendi) poteſtas*; ſeu, quod idem eſt, *in Republicâ agendi ſumma poteſtas*. Nam, quod communiter Majeſtas in Republicâ in genere per abſolutam ſeu legibus ſolutam poteſtatem definitur,

nitur, antiquam fabulam ſapit, & à vero aberrare è ſuperius *num* 7. & 8. dictis liquere poteſt: Sufficit enim in Republica imperantem ſummam habere poteſtatem, & aliud ſuperius politicum imperium non agnoſcere, vel, ex civili alieno imperio non dependere.

13. Nec abſurdum cui videri debet, imperantem interdùm ſibi ipſi imperare, & tanquam agentem in ſe ipſum agere: Neq; enim ſibi, quà imperanti, ſed quà homini ſive humanis imbecilitatibus, quibus Reſpublica & in Reipublica propria majeſtas lædi poſſet, obnoxio, non directò, ſed in eventum, imperat. Ita nihil majeſtati decedit, quando imperans promittit, in Re-

Republica se absq; consensu vel omnium vel quorundam subditorum leges fundamentales non cōditurum,(nam & *supr. num. 8.* docuimus, tale quid non majestatem, sed quandam tantùm autoritatem libertatemq; ipsius majestatis tuendæ causa, subditis tribuere) modò non promittat, se etiam invitum, quodcunque de Reipublicæ negotijs subditi inter se consenserint, pro lege fundamentali admissurum, ita enim majestatem penitùs destrueret. Nam cùm volens sequitur, tanquàm benè deliberatum approbat, quod majestati minimè officit; sin invitus seqiutur, majestatem destructum it, quia sic nihil vi propria approbat, sed aliundè, tanquàm jussum

ſum, & ſupra ſe imperium civile admittit. Aliud enim eſt cum conſenſu alterius, id tamen quod placet, agere, quia qui ita agit, non aliundè dependet, & adhuc ex ſe agit, quod majeſtatis proprium eſt; Aliud ex alterius placito invitum agere, quia qui ita agit aliundè pendet, & ſic non ex ſe agit. Hujusmodi genuina rei principia quisquis mihi abnuerit, eum, ſive Hippolithi, ſive alio nomine audiat, cùm & pluribus poſſem, ſolo Reipublicæ Romono-Germanicæ exemplo conſtringam, ut inibi aut Imperatori, propterea quod in Comitijs potiora majeſtatis jura non absq; Ordinum conſenſu exerceat, majeſtatem non deneget, aut, quia nec Or-
dines

dines ſuo licet unanimi conſenſu aſtringere invitum Imperatorem poſſunt, (quod ſanioribus omnibus comprobatum eſt, & inferiùs contra Hippolithum dilucebit) utcunq́ue inter Ordines Imperatorem Hippolithus numeret, ipſis quoq́, Ordinibus (contrà quàm ipſe vult) majeſtatem abjudicare, & conſequẽter iſtam Republicam majeſtate deſtitutam, id quod ridiculum, fateri neceſſe habeat.

34. Quin etiam majeſtatem, qualis non in Dominatu, ſed in Republica requiritur, integram retinet, qui in ſe agi permittit non ſimpliciter quidem & per ſe, ſed conditionaliter & per accidens, ut ſi nimirùm eas Reipublicæ leges, quas ipſe, vel ſui ſimiles

miles tulerint, absq; causa, aut cum Reipl. damno, evertere conetur: Multò minùs ij, qui, existente conditione, in eum, qui hanc legem sibi ipsi dixit, vel ab antecessoribus latâ obstringitur, agunt, propterea majestatem consequuntur, quia non ex se, sed istius, in quem agunt, propriâ potestate, anteriorum jussu agunt, nunc fortassè in invitum, sed ex voluntate antecedēte in volentem, (veluti & ab H. Grot. *de jure bell ac pac. lib. 2. cap. 17. num. 18.* annotatum est, involuntarium ex voluntario ortum habens moraliter pro voluntario haberi) & sic accidentalem administrationem usurpant, non tàm in imperantem, quàm in imperare desinentem,

(ut

(ut qui an leges fundamentales rumpendo Rempublicam, & in Republicâ propriam majeſtatẽ everterit, dijudicandi facultatem alijs anteà conceſſerit) non ut ipſi imperent, ſed ut viam ſucceſſuræ majeſtati præparent. Atque cùm accidit, ut inter initia regiminis Reip. cives, vel Proceres, novo Reipublicę gubernatori certas regnandi conditiones (quarum faſciculus Capitulatio dici ſolet, & legibus fundamentalibus potiſſimè abſolvitur) admittendas proponant, non protinùs exiſtimandum eſt, ei, qui iſtarum conditionum obſervationem promittit, majeſtatem, quæ aliàs debeatur, auferri. Aut enim id cives, vel Proceres, ex comiſſo faciunt, aut vi propriâ.

Si

Si hoc, non tantùm isti qui horum præscripta admittit, majestatem denegabo, sed & ipsam majestatem dicam suo jure seu propriâ vi præscribentibus competere: Sin illud, nec majestatem, quæ penes antecessorem fuit, in imperium succedenti eo adimunt, nec ipsa promissio majestatem vulnerat. Hoc quippè intuitu Capitulatio ipsius majestatis effectus est, qui, ut sæpius diximus, majestati consulit, non obest; ac propptereà non facilè quis alia pollicetur quàm quæ ab antecessoribus approbata sunt, & nova Capitulationi inserere ausis imperantes, (id est, majestate pollentes) aut imperaturos constanter contradixisse, non semel compertum est, &

cùm

cùm, admittente majestate, inferuntur, nova ipsius imperantis effecta fieri, satis superque liquet. Opinari equidem posses, quia imperans antecessoris leges sequi tenetur, ipsum ex alterius volũtate pendere, quod majestati non conveniat. Verùm, cùm nemo invitus imperiũ suscipiat, neq; tale, quale in Rep. reperitur, invit⁹ suscipere, ergò nec ex alterius volũtate pendere, dicendus est: Imperium namq; aggrediendo antecessoris nõ tantùm potestatem, sed & voluntatem suam facit, ut jam leges fundamentales non ab antecessore, sed ab ipso, tanquàm effectus à suâ causâ, dependeant, ipseq; similem leges fundamentales ad successorem transmittendi facultatem

tem habeat. Tantiſper tamen ponamus, imperantis voluntatem anteceſſoris voluntate informari, id cæteris civibus ſeu ſubditis majeſtatem non tribuet, niſi omnem Monarchiam, eo, ſub quo cœpit, deficiente, confeſtim in Ariſtocratiam, aut Democratiam denegare, neque nunc regnanti majeſtatem detrahet, niſi Respublicas absque majeſtate conſiſtere poſſe, contra apertam rationem ſtatueris.

15. Nihilominùs igitur ex ſe agit, & majeſtatem retinet imperans, etiamſi ſemet, Reipublicæ, & propriæ majeſtatis causâ, ad certum agendi modum, ſive à ſeipſo, ſive ab anteceſſore præſcriptum, obſtringat. Cùm autèm ex agendi & patiendi ſeu paren-

parendi modo ſive ordinatione Reipublicæ forma æſtimetur, ex imperandi tamen modo parendi modus ferè conſequatur, porrò agendi ſeu imperandi modus potiſſimùm è numero (non quidem quantocunq;, ſed certa ratione determinato) in eâdem Republicâ imperantium diverſus ſit, Reſpublica indè ſpecies ſuas ſortita eſt, quæ formis, prout in Republicâ vel unus, vel plures, quidam, vel omnes imperent & majeſtate polleant, invicèm diſcernuntur; quæ ſpecialium *Rerumpublicarum formæ*, vulgò etiam *Rerumpublicarum Status* nuncupantur: Eaq; conſideratio Reipublicæ, in quâ imperantis poteſtas aliundè non pendeat, convenientiſſima eſt.

In Procerum enim, *ex. gr.* Imperij nostri, territorijs, si rem ipsam accuratè ponderemus, ut Reipublicæ nomen analogum est, ita Status, qui vigere ibidem videtur, non tàm Reipubl. Status, quàm consvetudine, privilegio, alióve jure induct⁹ administrandi mod⁹ appellari meret.

16. Ut rerum omnium essentiales formæ difficillimè cognoscuntur, ita Lampadio, *tr. de Rep. Rom. Germ. part. 1. num. 60.* facilè assentior, vel Monarchiam, vel Polyarchiã, non essentialem, sed accidentalem esse Rerump. formam, (quam formæ distinctionem, quamvis non sat accuratam, doctrinæ tamen gratiâ ad rei ipsius differentiam aliquantùm significandam hic reti-

retinemus) quæ tamen sic essentialis loco sit, ut eâ sublatâ, Respublica ipsa tollatur, vel alia esse incipiat: Neq; enim quòd Respublica aliqua in idem nomen à loco desumptum succedit, propterea ejusdem essentiæ, nec cõsequenter eadem est, quemadmodùm exactis regibus, Monarchicâ (si penes Reges Majestas fuit) formâ sublatâ, Respublica ipsa concidit, & Aristocratia, cùm optimates imperium acciperent, (aut Democratia, si verum est ad populum majestatẽ delatam esse, *vid. Bodin. de Rep. libr. 2. cap. 1.*) non eandem, sed aliam Rempublicam formavit, licet à loco eandẽ cum anteriori Reipublicæ Romanæ appellationem mutuata sit.

17. Reip. igitur specialis essentiam, aut hujus loco simile quid cogniturus, num unus, an quidam, an omnes imperent aut majestate polleant? Vel, num forma Reip. sit monarchica, an Aristocratica, an Democratica? vel, (si dichtomiâ delecteris) utrùm Monarchica, an Polyarchica? si polyarchica, utrum Aristocratica, an Democratica? necessariò investigabit. Nam quæcunq; forma in quâcunque Rep. se obtulerit, ad harum unam referri potest, & debet, quod non sine ratione saniores politici, inter cæteros Bodinus, *d. Rep. d. lib. 2. cap. 1. & ult.* docent.

18. Respublicæ quidem sæpenumerò peculiarem formam ex istis

istis simplicibus mixtam induere videntur, imò nulla ferè ita simplex occurrit, quin aliquid compositi præ se ferat, ut cum in eâdem Rep. & unus, & quidam, & omnes Reip. cives agunt, sed, quia non sufficit quem in Republicâ agere, ut imperare dicatur, nisi cuilibet inferiori magistratui imperiũ, quod in Rep. majestatis proprium est, ascribere perperàm volueris, præcipuè considerari debet, an in Rep. ubi & unus, & quidam, & omnes agunt, ita per classes ex se agere, seu quod idem est, majestatem separatìm usurpare possint, ut intelligatur, an reverà ex simplicium formarum misturâ, peculiaris Reipublicæ forma prodire queat.

19. In ijsdem Reip. actibus exercendis, & unum, & quosdam, & omnes, quamlibet quidam classem singulari imperio seu majestate concurrere posse, qui non sit amens, nemo cogitare, nedùm dicere, ausit: Sin in diversis actibus, quod multi docent, diversas classes diversam majestatem, aut majestatis partẽ exercere posse credideris, ita ut in eâdem Republicâ quoddam majestatis jus vel integrum vel divisum & ex parte uni separatìm, eodémq; modo aliud quibusdam, tùm omnibus competat, seu, quædam unus, nonnulla quidam, alia omnes Reipublic. cives ex se agant, non video, quomodò id si fieri possit, Reipubl. misturam inducat; annê

annè potiùs è contrario perfectę Reip. ruptionem fieri diceres, cum majestas ipsa in partes scinditur? & tot Respublicas imperfectas emergere, quot majestatis jura separatìm à diversis exercentur, si ipsam Reip. definitionem accuratè contemplatus fueris? ne dicam, majestatis effectus seu jura tantâ affinitate se invicèm contingere, ut plerũq; alterum alterius ope indigeat, quomodò verò majestate, nedùm separatìm, pollens ad confinis juris indigentiã sublevandam trahi justè poterit? Et aliàs pervulgatum à multis firmiter statuitur, majestatẽ esse individuam, ut suspectam habere liceat Clapmarij doctrinam, quâ, *de arc. Rerump. l. 5. c. 10.* jamdudùm

 dùm

dùm illorũ ſententiam repudiatam aſſerit, qui negãt jura Imperij dividi poſſe. Sed modò juſtâ ratione repudiatã demonſtraſſet. Non certè propter jam dicta capio, quomodò Imperij jura, ut majeſtatem, vel majeſtatis partem ſecum ducant, (quod in quæſtione eſt) ex naturâ Reipublicæ, quæ non diſtractione, ſed unione formatur, dividi poſſint; quin, utut Reſp. diſtractionem ſeu diviſionem majeſtatis admitteret, ſic tamen civilem beatitudinem aſſequi non valeret, & Reſpublica videretur, nõ eſſet. Multò minùs in polyarchià, quod ibi in multis reſidere videatur, majeſtas diviſionem recipit. Doctoribus enim politicis ſemper placuit, in polyarchicâ

chicâ Republ. majeſtatem tribui non ſingulis, ſed univerſis, & uno quaſi corpore comprehenſis, ita ut universè imperantes ſingulariter conſiderati veri ſubditi evadant: Adeoq́; cum etiam in polyarchiâ non multis, ſed multitudini, & ſic unitati (unitatem per accidens philoſophi vocant) competat, hactenùs iterùm non percipio, quomodò in Republ. majeſtas dividi poſſit.

20. Concludo igitur, ut ad ſcopum redeam, cum Bodino, meis licèt rationibus, ſaltèm aliquantùm diverſis, nullam unquàm Remp. ex duabus, (ſimplicibus ſc. Rerumpubl. formis) multò minus ex tribus conflari, at ne opinione quidem fingi, ſed tria tantum genera conſtitui

 poſſe,

posse, *de Rep. libr. 2. cap. 1.* aut, ut *eod. lib. cap. ult.* loquitur, statuamus tres tantum, nec plures Rerumpubl. formas, simplices illas quidem, nec ullâ cõfusione permistas, id est, jura majestatis, omnia omnibus simul coacervatis civibus, aut minori civium parti, aut uni tribuamus.

21. Quapropter Hippolithus advertere debuisset, Bodino diversa esse, *Rempublicam mixtam dari, & inveniri ubi majestatis jura dividantur:* Illud omninò negat, hoc quidem asserit, attamen civitates, in quibus ad divisionem jurium majestatis deventũ fuerit, minimè omnium ampliùs pro civitatibus aut Rebuspublicis, sed Rerump. corruptionibus (quæ necessariò civilia bella,

la, aut perturbationes secum trahant, usq; dum indè, tãquàm ex ovo incubatione fætido suavis pullus, simplex Reip. forma prodeat) habendas, cum Herodoto, docet, *d. lib. cap. 1.* nullibi verò, quod Hippolithus Bodino affingit, Rempublicam mixtam dari, aut dari posse. Neque etiam cohæret, quod Hippolithus, cùm hoc capite de diversarum formarum misturâ multis disseruisset, eam Imperij nostri exemplo declarandam existimet, & tamen *cap seqq. ferè in fin. & h. part. cap. 17.* expreßè scribat, in Imperio nostro non reperiri talem statum mixtum, qualem hoc cap. depingit, sed id ex unius ejusdemque simplicis Reipubl. formæ, nimirum Aristo-

cratiæ, diversis formis seu specie-
bus misceri, quâ tamen misturâ
nihil absurdiùs excogitari posse
levi operâ observabit, qui ijs,
quæ de diversarum formarum
misturæ impossibilitate â mul-
tis inculcata, & à nobis jam de-
monstrata sunt, animum inten-
det.

22. Sed, ut dicam quod res est,
exempla, quæ Bodinus adducit,
ut probet jura majestatis divisa
fuisse, mihi certè non satisfaci-
unt; nihil enim aliud osten-
dunt, quàm in eâdem Rep. vel
unum, vel optimates, vel uni-
versos, diversas classes simul,
eandem majestatem sibi assere-
re voluisse, quod litigium ple-
risq; Rebusp. commune est, ac
sæpè in civile bellum exit: & de
regno

regno Daniæ durè nimis loquitur, quando ibidem Reges indè à Christierno ad suam usq; ætatē certa majestatis jura *injussu Senatus* exercere non potuisse asseverat, cùm meliùs dixisset, id absq; *Senatus consensu* non fieri, multum enìm inter hæc duo interest, neq; confestìm, qui cum consensu alterius aliquid agit, alteri subjicitur, *vid. supr. num. 13.* Quinimò, si Bodinus in hunc diem superfuisset, de regno Daniæ, quod ibi majestatis jura divisa fuerint, hodiéve sint, sententiam suam absque dubio mutâsset: nam à Friderici II. ævo, quo Bodinus hæc scripsit, (etiam anteriùs, saltèm indè à Friderico I.) eundem in Daniâ statum hactenùs vigere compertum

tum eſt, & nihilominùs absque apertis civilibus motibus tot jam annis ſibi conſtitit, qui, ſi inibi majeſtatis jura diviſa eſſent, ex ipſius Bodini doctrinâ, ita perdurare non poſſet, aut potuiſſet. Eſt tamen & hoc in genere monendum, confuſionem aliquam, diſtractionemque Reipublicæ, Tyrannidem itèm, aut Dominatum, cùm ex alijs cauſis, præſertìm prout ſubditorum ingenia vel libera vel ſervilia, pacata aut inquieta extiterint, tùm providentiâ divinâ nunc breviùs, nunc longiùs ſubſiſtere, & miſeram turbulentamque quaſi animam diutiùs aliquando trahere poſſe, exemplo non uno compertum fieri.

23. Quid

23. Quid autèm eſt, quod *ſupr. num. 18.* diximus, omnes ferè Reſp. miſti nonnihil præ ſe ferre? Præ ſe ferre dixi, non quod mixtæ ſint aut fiant, ſi nimirum, ut *ſupr. num. 8.* monui, quia imperantes aut in Rep. ex ſe agentes, aut majeſtate pollentes (quæ omnia eadem ſignificant) propter vel unitatem, vel multitudinē, aliisvê ex cauſis, ægrè & difficulter ipſi omnia imperij negotia ſubeunt, vel per alios ſubire honeſtum, ſeu utile ducunt, certos actus peculiari diſtributione ſubditis, vel uni, vel quibusdam, vel univerſis, committant. Iſti enim imperare propriè dici nequeunt, multò minùs majeſtate pollent, quia non ex ſe, ſed commiſſa agunt, ſeu

ſeu vim agendi aliundè habent: adeoq́;, ſi unus, & quidam, & omnes, ita in eâdem Rep. agant, non propterea Reſp. in quâ agunt, mixta vocari debet.

24. Idcircò rectè quidem Hippolithus, ſed tanquàm proprio gladio, ut paſſim apparebit, ſe jugulaturus, diſtinctionem illam (cujus autor, qui videri vult, *h. part. cap. 17.* ipſe non eſt, *vid. Reinking. tr. d. regim. ſec. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 2. cap. 2. num. 56. 59. & 242.*) approbavit, quâ Reip. adminiſtratio dicitur vel *eſſentialis*, vel *accidentalis*, ut hæc ſit ex commiſſo, illa ex ſe aut proprio jure agentis: hic n. ſive ipſe, ſive per alium adminiſtret, eſſentialiter adminiſtrare dicitur. Cùm a. ab ijs, qui eſſentiali ad-

li administratione funguntur, id est, imperantibus, Respublicas speciales accidẽtalem duntaxat formam accipere, *supr. num. 16.* dixerimus, consequens est, ab his, qui tantummodò accidentaliter, & imperantis beneficio administrant, ne accidentalem quidem formam, ad Rerump. species dignoscendas, haberi posse.

25. Id verò hîc præteriti non debet, etsi, ut rerum omnium, sicuti *d. num. 16.* monuimus, ita maximè individuorum (adeò, ut non pauci his eandem cum specie formam atq; essentiam tribuant, quod tamen à melius sentientibus Philosophis improbatum est) essentiales formæ cognitu difficiles sunt, ad specia-

lium

individua Respublica à specie, cui subjecta est, ut naturam, ita & nomen mutuatur. Propter ejusmodi externam differentiam, è speciali tamen Reipubl. formâ, Romano-Germanicam Rempublicam, seu (ut synecdochicè appellari solet) *Imperium, discriberem, quod hodiè sit unius* (nempè Imperatoris) *ex se agentis seu majestate pollentis, & Electorum, Principum, liberarumq; Civilitatū, per certam Capitulationē*, (ut vocant) *cæterasvé Reip. Germanicæ leges, ac receptos mores fundamētales, quibus istis Imperii Ordinibus atq; subditis, diversis classibus diversâ potestate ordinatis, in quibusdam* (non omnib⁹) *Imperii negotiis*, (singula diversæ potestatis hic exprimēda essent) *accidētalis*

ad-

administratio aristocratica conceditur, ad politicam & Imperatoris & omnium Imperii civium salutem, ordinata unio monarchica. Posset tamen & hoc vocabulum: *monarchica:* omitti, quia id satis per unius ex se agentis aut majestate pollentis mentionem exprimitur. Quod Imperium dùm *Romano-Germanicum* appello, regnum Germanicum (ut & Italicum Longobardicum) ab imperio Romano regnum aut rerumpublicam disjunctam semper fuisse, (id quod Conringius, *libr. de. Germ. Imp. Rom.* omnium accuratissimè nuper docuit) nõ ignoro, quâ tamen ratione Regno Germaniæ Romanum nomen hodieq; conveniat, hîc quia opus non est, disquirere supersedeo.

26. Hactenùs ergò ea commentati sumus, quæ non modò, quid de hoc capite ab Hippolitho traditis sentiendum sit, ostendunt, sed & secuturæ tractationi vera, nî fallor, & necessaria principia suppeditatum eunt. Ut verò rei evidentia Hippolithi opinionem in singulis eò conspectiùs feriat, eâ ripa, qua ipse me ducet pergam, partes nimirùm, partiumque capita, atque capitum sectiones ab eodem institutas retinebo, quamvis si absque peculiari concursu animus ad præsentis materiæ tractationem applicandus fuisset, mea methodo usus essem.

IN

IN

CAPUT II.

In quo recensentur praecipua eorum fundamenta, qui Statum in Imperio nostro Monarchicum esse, contendunt.

I.

ITa quidem hoc Caput ab Hippolitho inscribitur, ego autèm tantùm hìc fundamentis à me extructis insistam, ut indè etiam, quomodò ab alijs posita nostris congruant, intelligere liceat. Vi veritatis compulsus, Imperium Romano-Germanicum, monarchicum esse, *cap. praeced. num. penult.* (idem quod Reinkin-

kingius) asseverare non dubitavi, id quod obtinebo, cùm, Deo veritatem pandente, in solo Imperatore majestatem residere probavero.

2. Jam superiùs ostendi, Majestatē in Rep. per absolutā aut legibus solutā potestatem perperàm describi, sed sufficere, ut, qui majestatem meritò sibi asserat, ex se seu proprio jure Rempublicā administret, (modò quis, se invitum etiam, quodcunque de Reip. negotijs subditi inter se consenserint, secuturum pollicendo hanc essentialem administrationem planè non destruat, & sic sui juris esse desinat, *vid. d. cap. praeced. num. 13.*) quò Hippolithus, postquàm Imperatoris nostri majestatem ad

ad incitas redigere velle visus est, ipse tandem *infr. h. part. c. 17.* dilabi cogitur. Imperatorem universam Germaniam administrare, nemini non notum est, nec etiam negatur, in Germania multis universos Imperij Ordines, quibusdam Electores unà cũ Imperatore defungi. Ut igitur sciamus utrùm Imperatori, an Imperii Ordinib⁹ Majestas competat, inprimis cognoscere oportet, utrùm Imperator, an Ordines ex se sive proprio jure administrent? (Mixtam enim Remp. ubi separatìm, & unus, & multi, proprio jure agant vel administrent, nec inveniri, nec fingi posse, *supr. cap. praeced. num. 17. & seqq.* demonstravimus.) Quo cognito, de istius quoq; administrationis

miniſtrationis, quàm vel quidam, vel omnes Electores, vel universi etiam Ordines, Imperatore ſive mortuo, ſive vivente & excluſo, uſurpant, aut uſurpare debent, ratione clariùs cõſtabit.

3. Carolum Magnum, Galliæ, & Italiæ, atq́; adeò ipſarum veteris Imperij Romani reliquiarum gubernatione potentiſſimum, Germaniam inter cætera armis ſubactam ſolum ex ſe ſeu proprio jure adminiſtrâſſe, non eſt de quo dubitemus, idq́; ipſe Hippolithus utrâq́; manu largitur, quando, *h. part. cap. 4. ſect. 2.* Placita (id eſt, comitia) à Carolo M. indicta inter ea comitia refert, quæ è ſolo Principis Monarchæ arbitrio pendere, & præter

eam, quam Princeps requirat, nullam operam præſtare ſoleant, quam aſſertionem, cum micâ ſalis accipiendam, (vid. *infr. add. cap. 4 ſect. 2. num. 2. & num. 13.*) ex Hincmari, probatæ fidei autoris, à Goldaſt. *in proleg. tom. 3. Conſt. Impp.* relati, epiſt. 3. c. 34. Hippolithus elicere voluit: is Hincmarus, apud eundem, *diverſis capp.* docet, ſi qua in Regni negotijs autoritas aliquibus, tanquā regni proceribus attributa ſit, eam maximè ipſius Regis Cōſiliarijs, ac Palatij miniſtris competijſſe, ex quo, in regno non minùs, quàm in Palatio, Carolū propriam poteſtatem uſurpâſſe haud leve indiciū capitur. Hinc Vadianus, *de Colleg. monaſt. Germ.* apud Lehnman. *Chron. Spir. lib. 2.*

cap. 16. Francorum Reges regnum ſuum olìm Ducum maximè, & Comitum operâ moderatos ſcribit, ita tamen, ut Duces, aut Comites, non ſuam ceu propriam, ſed publicam regni ditionem adminiſtrarent, ſive, ut mox ſubjicit, alienæ poteſtatis functionem gererent, vel, ut idem ſe explicat, non ſui juris, ſed Regum & Imperatorum officiarij & veluti miniſtri eſſent. Bodinus *libr. 3. cap. 5. de Republ.* idem aſſerit, ſed qui *ibid.* hereditario, & proprio jure niti, pro ijsdem habet, quod Vadiani quoq́ue verba præ ſe ferunt, & multi alij diverſa iſta confundũt, cùm tamen non ſemper, qui perpetuo atq́; hereditario gaudet, ſuo aut proprio jure utatur;

adeoq́;, utut in Rep. aliquorum jurisdictionẽ in hæredes transmitti concedam, non propterea, quam Reip. majestati, quemadmodùm Bodinus *ibid.* loquitur, à quâ omnia omniũ imperia jurisdictionesvê manant, acceptã ferunt, eorũ aut propria est, aut proprio jure exercetur. Cum autèm Franciæ proceres quondàm (Bodini licèt locutione applicata) nihil proprij administrâsse, sed Francicos tantùm Reges propriâ potestate polluisse, fatendum sit, Carolum M. suo & proprio jure Germaniam rexisse, tantò firmiùs statuitur. Etenim non tantùm debellatam monarchico imperio continuit, sed & in Saxonia, maxima ejus parte, quæ separatìm polyarcho statu po-

potens excitaverat, Ducum dignitatem (quam nec alibi in Germania ſub poſteritate Carolina toleratam, dicere quidam audent) uſurpari penitùs noluit: Atque id ipſum ad Imperatoris Ottonis Magni ætatem perduràſſe M. Adam, in vita Adalgagi, *hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap 4.* luculenter teſtatum facit: *Cùm rex*, inquit, *victorioſiſſimus Otto, ad liberandam ſedem Apoſtolicam vocaretur in Italiam, conſilium habuit, quem poſt ſe vicarium poteſtatis ad faciendam juſtitiam relinqueret in his partibus, quæ barbaris confines ſunt terminis. Nondum enim poſt tempora Caroli, propter veteres illius gentis ſeditiones, Saxonia Ducem accepit niſi Cæſarem. Quâ neceſſitate Rex perſvaſus, Herman-*

no primùm tutelæ vicem in Saxoniâ commisit. Et hunc Hermannum ipsum Saxoniæ Ducatum meruisse *paulò pòst* idem narrat. Quæ Helmold. *Chron. Slavor. libr. 1. cap. 10.* & Albert. Abb. Stad. *Chron. ad Ann. Dom. 961.* ijsdem verbis referunt.

4. Postmodùm quidem diversis temporibus alia atq; alia accidentalis administratio in Imperio Romano-Germanico orta, dùm illustrib⁹ viris, quod optimè de Impp. & patriâ meriti essent, atq; aliàs ex singulari affectione, non modò certarum ditionum administratio ab Imp. concredita est, sed tandem etiam, eorundem beneficio, tales & administrationem & ipsarum terrarum possessionem in heredes

des transmiserunt, commissarumque ditionum investituram consecuti sunt, ita ut hodiè, cum civitatibus nonnullis haud minori beneficio affectis, sub *Ordinum* seu *Statuum Imperii* appellatione, in suis ditionibus *Regalia*, (vocabulo, quod ad ordines, non sat convenienti) & majora & minora, sic enim distribuunt, exercere vulgò dicantur, & communiter, sed, uti hinc indè clarescit, sine fundamento, usque eò itum sit, ut & statibus Imperij in suis territorijs tantam potestatem, quantam Imperator in Imperio exerceat, competere, & in eosdem crimen læsæ majestatis directò comitti existiment, & consequenter tot majestates, quot Sta-

Status Imperij, in eadem Rep. cumulent: At, quicquid sit, ut perfrictæ frontis esset, qui de magna utiq; Ordinum autoritate, libertate, illustribusq́ue privilegijs, aliter quàm par fuerit, sentiret, sic Imperatorem, qui quò magis Imperij Proceres insignes reddit, eò illustrior ipse est, debito honore, & obsequio defraudat, qui majestatem ejus ex ista indulgentia imminutam censet.

5. Cùm *ad prac. cap. num. 8. & 13.* à concessione libertatis, & privilegiorum ad translationem Majestatis malè inferri, atq́ue ex adepta libertate (tantò quidem efficaciore, quantò majore) si qua eam administratio comitetur, accidentalem Reip. admini-

stra-

ſtrationem, (quam qui habeat, majeſtate minimè gaudere) non eſſentialem, acquiri, *ad d. cap. num 23. & ſeq. ac paſſim ibid.* notata manifeſtum faciant, ſufficere poſſit, ut ſtatuamus majeſtatem penes ſolum Imperatorem, & Imperiũ Romano Germanicũ hodieque monarchicum eſſe, Germaniam, ſerie haud interruptâ, (nam poſt decantatum illud aliquot añorũ interregnum eandem, quæ anteâ, Reip. Germanicæ formam obtinuiſſe, is facilè deprehendet, qui Friderici II. & Rudolphi Habsburgenſis imperia conferet) in hunc usq; diem ab imperatoribus aut Regibus, quorum primus majeſtate polluerit, non niſi accidentali administratione variatâ, guber-

natam allegâsse; huic tamen, satis licèt urgenti præsumptioni, præsentibus rerum argumentis succurrere operæ pretium fuerit.

6. Inter multa duo præcipuè me movent, ut solum Imperatorem, hodiè non minùs ac olìm, in Rep. Germanicâ ex se agere, seu Romano-Germanicum Imperium sub majestate solius Imperatoris monarchicũ esse, credam. Unum, idq́ue instar omnium est, quòd Imperator sive omnium, sive plurium Imperij Ordinum votis in Comitijs conclusum (modò non, præfractè dissentiendo, Reipubl. commodum appertè negligat) vel approbandi, vel reprobandi liberum arbitrium habet, quod

infr.

infr. ad cap. 4. h. part. comprobabimus. Ipſe quidem etiam Imperator in comitijs Ordinum conſenſum placitis ſuis adhibere jure fundamentali tenetur, hoc verò majeſtatem non lædere, *è d. cap. præced. num. 13. & ſeq.* conſpicuum eſt: At quod unus, quæ omnibus quoq́; Ordinibus placuerint, invitus non admittat, unus, inquam, omnes alios remorari poſſit, vi majeſtatis, quæ uni inhæreat, fieri, nemini non apparet, idq́; in Imperatore noſtro tantò evidentius, quantò ê ſuperioribus, & ipsâ obloquentium confeſſione certius eſt, Germaniæ Reges ſine controverſiâ olìm monarchicâ majeſtate præfuiſſe, ut indè ſe ineptum præbeat, qui malit pro

Ordinibus, quàm pro ipſo Imperatore præſumere.: quin nec mediâ viâ, quam pleriq; calcant, pergere licet, ut ex eo, quod in Comitijs ipſius quoq; Imperatoris voluntatem Ordines legitimè diſſentiendo ſuſpēdere queant, Status Romano Germanici Imperij ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ mixtus ſtatuatur, præterquàm enim quòd ea Ordinum poteſtas non niſi ex ipſorum Impp. beneficio orta eſt, Rerumpublicarum formæ miſceri nequeunt, uti *add. cap præced. num. 18. & ſeqq.* docuimus. *Alterum* majeſtatis ſoli Imperatori ſeu Regi Germanorum competentis argumentum elucet ex iſtis actibus, quos Imperator extra comitia abſq; ullo Ordinum neceſſa-

cessario consensu exercet, propterea *Reservata* vulgò appellantur, de quibus *infr. h. part. cap. 16.* videbimus. In his quia, nemo, ne universi quidem Ordines simul considerati Imperatorem impedire possunt, (ab Ordinibus igitur Imperatori cōmissa dicere, absurdissimum fuerit) necessariò ea Imperator ex se seu jure majestatis conficit, consequenter, quoniam majestas dividi nequit, in cæteris quoq; ,& sic in omnibus Imperij negotijs, utut consensum Ordinum requirat, solus majestate prævalet. Quod argumentum, tanquàm præ cæteris conspicuum priori addo, quamvis, hoc si destituerer, prius istud rei probandæ solum sufficeret.

7. Adhuc igitur contra Hippolithi mentem, quam in fine hujus capitis explicat, ſtatuere integrum eſt: In Imperio noſtro Statum eſſe Monarchicum, Ariſtocraticâ (accidentali ſc.) adminiſtratione temperatum, qui ad Principatum, qualem ille depingit, nequaquàm accedat, multò minùs ex diverſis Ariſtocraticis formis mixtus ſit. Hinc Imperatori plenitudinem poteſtatis, aliasq́; Majeſtati propriè convenientes formulas, atq́; appellationes fruſtrà tribui, eundemq́; his ſolùm, tanquâm ſimulacris, (in quibus Hippolithus extremum plerarumq́; de Imperatore opinionũ ſuarum aſylum poſitũ habet) coli, falſiſſimum eſſe, non obſcurè liquet,

&

& ulteriùs ſingulis paſſim locis oſtendemus.

8. Paurmeiſterus quidem (cujus doctrinam Hippolithus ſuo ſcopo accommodare nititur) βασιλείαν κατὰ νόμον, qualem Imperatoris poteſtatem eſſe, nobis minimè diſſentientibus, ſtatuit, Ariſtocratiæ genere contineri cum Ariſtotele docet, *lib. 2. de jurisd. cap. 2. num. 74. edit. Francofurt.* ſed etſi nunc in liberâ indagatione nudam autoritatem meritò ſeponamus, quomodocunq; tamen Paurmeiſterus Ariſtocratiæ vocabulo uti voluerit, de re ipsâ nobiſcum conſentire dicendus eſt, *eod. c. num. 100.* niſi eundem in univerſo orbe, ſaltèm tota Europâ, nullam Monarchiam agnoviſſe, exiſtimaveris,

veris, quod nec vir iste docuit, nec si docuisset, Hippolithus de Galliæ regno concederet, *infr. h. part. cap. 4. sect. 2.*

IN
CAP. III.

De Majestate, ejusq; essentiali proprio; nempè Superioritate: Et utrùm illa Imperatori, an Imperio potius tribuenda sit?

SECT. I.

1.

CApite præced. 2. Hippolithus affirmaverat, Statum in Imperio nostro esse Aristocraticum, nunc id probare aggreditur, atq; in eo deinceps, Im-

Imperatorem tantùm non mittens famulatum, hâc totâ parte occupatus est. Et quidèm, cum initio hujus sectionis, assertionem suam non autoritate, sed rationibus firmandam dicens, Reipublicæ nostræ formam non Monarchicam, sed Aristocraticam esse, Electorũ Moguntini,& Saxonis testimonio, ac Regis Galliæ rationi, parùm fidere videatur, neq; nos in his refutandis laboriosi erimus; alioquin inter cætera dicerem, Electores, sive Germaniæ Principes populariter locutos fuisse, & accidentalem administrationem, quæ tàm altè in Ordinibus Imperij radices egerit, ut ab ijs nullo Imperatoris facto divelli deberet, aristocraticam appellâsse, Monar-

nar-

narchiam verò tantùm absolutam, quâ ipsorum jura, aut privilegia diminuerentur, Imperatori denegâsse: cui opinioni Reinkingij responsio consimilis est.

2. Sed quomodocunq; ea intelligantur, veritati præjudicare nequeunt; rectiùs enìm, ipso fatente Hippolitho, ex Majestatis sede de Imperij nostri Statu judicatur. Soli autèm Imperatori Majestatem competere, jam probavimus, & passim inferius palàm fiet, ut Hippolithus, quia non det Cæsari, quæ sint Cæsaris, (quod sat opportunè à Reinkingio allegatum eludere, grave est) se haud extra crimen futurum, non abs re conjectaverit. Quinimò rationi minimè adver-

versabitur, si Imperatori majestatem assignet, &, ne ita sentiendo Statum Imperij penitùs invertat, vanus utiq; timor est. Quæ & jam scripta comprobant, & secuturis clariora reddentur.

3, Non possum igitur non improbare opinionem istam, quâ Imperij majestas penes Ordines consistere existimatur; ac vereor, ne in unâ eâdemq; periodo Hippolithus sibi ipsi contradicat, quâ majestatem individuam fatetur, & extremam tamen majestatis speciem, per electionem, in Imperatorem transferri putat, nisi quid per extremam majestatis speciem intellectum velit, divinandum duxerit. De re ipsâ ulteriùs suo loco dispiciemus.

4. So-

4. Solum etiam Imperatorem in Germaniâ, aut Imperij Germanorum Receſſibus, Majeſtatatis titulo honorari, quod ad Imperij Ordines, res ipſa poſtulat, quod ad exteros Reges, ex Imperij præſertìm apud omnes gentes decantatâ eminentiâ, ratione non caret; quamvis, (id quod Imperatoris autoritati minimè præjudicat) ingenuè fatendum ſit, extra ſolius Jmperij negotia, cæteris Monarchis Majeſtatis titulum non tantùm deberi, ſed & à noſtris hominibus tribui, quod vel è noviſſimæ pacificationis actis conſpicuum ſit: pleroſq; verò meliore (nedùm longè meliore, ut Hippolithus loquitur, & ſentit) titulo Majeſtatem ſibi vidicare poſſe, præſenti ſcripto falſum reddimus.

5. Hippolithus ergò in Majestatis tituli Imperatori (cui soli in Imperio ipsam Majestatem inesse demonstravimus, & porrò demonstraturi imus) denegandi causas frustrà inquirit. Nam præterquàm quod exemplum alterius Regni rem nostri Imperij non evertit, de Republicâ Polonorum litem nostram facere hîc minimè opus est, & jam superiùs monuimus, rem integram malè pro nudo antiquitatis vestigio, & inani simulacro haberi, eoq; minùs ista è more Germanorum, qui tamen præ omnibus sinceritatis laudem meruêre, attentata conjectura quenquam movebit: ac consequenter non possum non accedere Reinkingio, qui in Recessibus

bus plenitudine potestatis, Keys. Macht und Vollkommenheit/ & similibus Imperatori assignatis, ipsam Imperatoris Majestatem denotari, prudenter sentit, *de reg. sec. & eccl. d. libr. 1. class. 2. cap. 2. num. 80.*

IN SECT. II.

I.

ARgumenta nostra, quibus soli Imperatori Majestatem tribuimus, majori lumine se efferent, cùm, quæ pro contrariâ opinione adducuntur, remota fuerint. Hâc autèm sectione Hippolith⁹ nobis suppeditat occasionem respondendi ad ea, quibus Majestatis definitionem, ejusque, ut vocat, essentiale proprium, essentialem formam seu

ſeu proprietatē, ipſam formam ac ſubſtantialem eſſentiam Majeſtatis, (quas locutiones, ne circa verborum corticem laboraſſe Hippolitho videar, hîc non examino) uno verbo, Superioritatem non Imperatori, ſed Imperio ſive Ordinibus Imperij competere, probatum exiſtimat.

2. Superioritatem, ſeu ſummam poteſtatem, Majeſtatis Symbolum eſſe, Hippolitho libenter conſentio, ſed abſolutam dari aut dici in Rep. ſuperioritatem *ſup. ad. cap. 1. num. 12.* jam improbavi. Nunc tantùm diſpiciendum, quàm dextra ſit tanta Hippolithi Ordines Imperatore ſuperiores aſſerendi conſtantia.

3. Indè quod Ordines, seu Ordinum nomine Electores Imperatorem constituunt, Ordines, non apodicticè, præsumtivè tamen Imperatore superiores censeri, scrupulo non caret. In genere quidèm considerari conveniens est, propriâ an demantatâ potestate, cumulativè (ut dici solet) an privativè quis constituat, ut cõstituto vel inferior, vel æqualis, vel superior statuatur, (vid. de re eâd. H. Grot. *de jur. bell. ac pac. lib. 1. cap. 3. num. 8.*) atq; ubi ejusmodi consideratio dubia est, constituentem constituto superiorem, tam diu donec contrarium probetur, præsumendum, non invitus largior: At qui in specie ad Regnum vocatur, seu Rex constituitur, contrariâ

trariâ præſumptione , ex eo, quod in Regibus ordinarium eſt, conſtituentibus ſive Ordinibus Regni ſuperiorem cenſendũ eſſe, non eſt quod dubitem, ideoq́ue, quamvis concedam, *nihil ad rhombum facere*, quemadmodùm Baldum ſecuti tradunt, *utrùm quis vocetur Rex vel Dux, nec faciendam vim in nomine, ſed in qualitate regiminis, & magnitudine poteſtatis*, pro Regis tamen Superioritate, usq; dum contrarium doceatur, præſumere par erit. Hinc absq; causâ Hippolithus Paurmeiſterum falſi arguit, qui *eo ipſo quo quis creatur Rex Romanorum impêrium omne politicum jure gentium in eum conferri, & niti eum intentione fundatá quoad omnem jurisdictionem*, in ſpe-

cie docet, *libr. 2. de jurisd. cap. 4. num. 6. & seqq.* Sequitur ergò, ex eo, quod in specie Rex Romanorum, sive Germanorum electus est, pro Imperatoris superioritate præsumi, quam libertas & privilegia Imperij Ordinibus ab ipsis Imperatoribus concessa non infringant, id quod supra non semel inculcavimus.

4. Cæterùm ponderanda præcipua, & duplex Hippolithi ratio, quà Ordines Imperatore superiores contendit. 1. quod Imperator *Ordinibus Imperii actionum suarum, rerumq; gestarum rationem reddere* teneatur. 2. quod *ab Ordinibus exautorari* possit.

5. Quod primam attinet, si etiam in Imperatore locum habere concederem, nondùm tamen

men inde Ordines Imperatore superiores constituererur. Cùm enim in Republ. quod *supra ad cap. 1.* notavimus, Majestas etiam, ac summa potestas certis legibus teneatur, non potest non evenire, ut quando quis, secùs ac promisit, summam potestatem exercere perhibetur, nisi civilibus turbis se involvere, atque adeò ipsam suam majestatem in discrimen comittere velit, aut acta emendet, aut subditos promissa non servata conquerentes, contra legem, quam sibi ipsi dixerit, nihil à se perpetratũ doceat. Quemadmodùm igitur, qui certarum legum observantiam pollicetur, majestatẽ, seu sumam potestatẽ, in Rep. retinet, (uti *ad idem cap.* tradita

comprobant) ita nec Superioritati, ut ita loquar, quicquam detrahit, qui ea, quæ pollicitus est, à se observata ostendit. Hoc & à Monarchis, ubi res postulat, fieri assolet: Atq; ab Imperatore quidem, ut ad scopum accedam, more Imperij, (qualis in plerisque etiam alijs Regnis obtinet) in Comitijs aliquando præstatur, quoties in publicis consultationibus Ordines præter cætera Gravamina, ut vocant, ab ipso quoq; Jmperatore acta emendari vel tolli humillimè petunt; & tùm aut emendationi, cùm petitionem legibus Regni conformem judicat, locum relinquit, aut contra Imperij constitutiones, extra summæ necessitatis casum, nihil commissum docet.

Ita Imperator, (alij quoq; Monarchæ suis Regni membris) si hoc est rationem reddere, Ordinib⁹ Imperij actionum suarum, rerumq; gestarum, absq; Superioritatis læsione, rationem reddit: Et exempla, quæ Hippolithus adduxit, vel nihil ad rem faciunt, vel aliud non demonstrant.

6. Ex Jmperatoris Henrici IV. historiâ certam Imperij consuetudinem elicere admodùm lubricum est. Fæ enim tùm fuère temporis calamitates, ut, cùm hinc rebellio, illinc Pontificis diræ Imperatorem enormiter urgerent, jam non tàm debitam fidem, quàm arbitrarium Principum judicium implorâsse dictus sit. Neque ipsum tamen facilè

cilè quid imperatoriâ majeſtate inferius annuiſſe, vel tot pugnæ, quibus cum hoſtibus dimicavit, abundè teſtari poſſunt. *Nemo*, inquit Egnatius, in hujus, quem Henricum III. vocat, Imp. vitâ, *bellacior hoc uno fuit, nemo collatis ſignis ad hanc diem pluries cum hoſte conflixit: Quippè qui Marcum Marcellum & Cæſarem Dictatorem ſupergreſſus bis & ſexagies pugnarit.* Quibus conſentit Cuſpinianus. Eadem *ad Chron. Abb. Urſperg. Ann. 1086.* leguntur annotata: ut nemini à majeſtate alienum videri debeat, eum, qui tantâ ſtrenuitate nec rebelles omninò domare, nec Pontificem emollire potuerit, in maximis aliquando anguſtijs Procerum arbitrio ſe permiſiſſe. Quin etiam

iam de fide historicorum, quorum verbis Hippolithus inhæret, non immeritò dubitatur: quamvis enim non illi tantùm, sed multi alij clerici Pontificis superstitiosâ tyrañide dementati, & suam plerumq; causam agentes, in Imperatorem scriptione licet historicâ nimiùm debacchati fuerint, non tamen istâ etiam ætate defuère, qui Imperatoris strenui, & de Romano Imperio optimè mereri cupientis acta, si cum ipsis adversariorum scriptis conferantur, longe verisimiliori relatione posteris exhibuerunt, ut qui Apologiam Henrici IV. scripsit, cujus vel Venericus Vercellensis, vel Walramus Naumburgensis, vel Conradus Trajectensis Episcopus,
 autor

autor existimatur, & ἀνώνυμος scriptor de ejusdem Imperatoris vitâ, itèm, qui ejusd. Imper. bellum contra Saxones heroico carmine descripsit, Benno Cardinalis de vitâ Hildebrandi; & ipsi aliàs in Imperatorem iniqui, Sigebertus Gemblacensis, qui Hildebrandum in extremis decumbentem crimina etiam, quibus Imperatorem læserit, confessum non dissimulat, *Chronogr. Anno 1085*. Otto Frisingensis, qui ipsam civilium bellorum caussam non obscurè ab Imperatore removet, eamq; & Saxonum rebellioni, (nisi quod & circa hanc alibi juvenilem Imperatoris ardorem perstringat, *de gest. Frid. I. Imp. lib. 1. cap. 4.*) & Pontificũ ambitioni (quãvis huic larvã, nimis tamẽ fragilẽ, obducere

videri voluit) adſcribere deprehenditur. De Saxonibus, *libr.6. Chron. cap.34. ita refert*: *Eâ tempeſtate Saxones conceptam diu corde malitiam amplius celare non valentes, manifeſtè regi rebellant, caſtellaq; ac munitiones quas ibidem fecerat, disſipant.* Pontificis ambitionem, cum vanisſimâ, aut minùs ſeriâ excuſatione, *in prolog. lib. 7. Chron.* inter cætera, ſic detegit: *Videntur culpandi ſacerdotes per omnia, quia regnum ſuo gladio, quem ipſi ex regum habent gratiâ, ferrei conantur, niſi fortè David imitari cogitent, qui Philiſtéum primò virtute Dei ſtravit, poſtmodùm proprio gladio jugulavit.* Et Chronica Auguſtenſ. Hildebrandinis quoq; favens, ad An. *1080, 85. 86. 87. & 1103.* pervica-

cacem Saxonum malitiam, at Imperatoris clementiam testatur. Helmoldus, *Chron. Salvor. lib. 1. c. 33. Fuit* (Henricus IV.) *Ecclesiis admodùm bonus, his videlicet quas sibi fideles persensit. Porrò Romanum antistitem Gregorium & cæteros insidiatores honoris sui, sicut infestos habuit, ita etiam infestare studuit. Impulit eum ad hoc, ut multi dicunt, gravis necessitas. Quis enim vel minimā honoris sui jacturam æquanimiter ferat?* Et paulò post: *Unum hoc scribere licet, quia Romana sedes adhuc hodiè luit factum illud.*

7. Ita non quidem nunc Imp. Henrici IV. quasi apologiam contexere volui, sed tantum indicare, Imperatorem, quomocunq; se submiserit, necessitate

coa-

coactum fuisse, aut eorum, qui verbis imperatoriæ majestati derogantibus ejusdem historiã conscripsetint, fidem nõ parum laborare, cùm apertis calumniis, vel istorum quos adduximus veriori historiâ refutandis, laudatissimum Imperatorem proscindere veriti non sint; ex isto autèm etiam inter civiles discordias opinionum conflictu aliquem Regni morem definire, planè absonum esse. Et eadem necessitas, eadem ingenia, eædem injuriæ, Henricum V. & Ottonem IV. Impp. exagitavêre: Illum, quamvis nonnullorum scriptorum figmentis traducatur, eâ quâ vixit ætate, quidam ne nomen quidem suum reticens, M. Eggehardus amplis-

ſime laudare auſus eſt, teſte Helmoldo, qui licêt Eggehardum alicujus aſſentationis inſimulare videatur, meliorē tamē hiſtoricum non habet, quem lectori commendet, *Chron. Slav. lib. 1. cap. 41. fere in fin.* Hunc itidèm immerito, & absq́ue ullâ juſtâ causâ Pontificis furori ſubjacuiſſe, ea quæ fide digniſſimi, Godefridus Colonienſis, *in annal. 1209.* Matthæus Paris, *hiſtor. ann. 1210.* referunt, quicquid alij confingant, dilucidum reddunt. Quis igitur aut ē violenter geſtis, aut adeò turbulentis temporibus, & ſuſpectorum quidem autorum verbis, Imperij aliquod jus metiri velit?

8. Sed nec eò pervenire opus eſt. Sint omnia rectē acta, fideliter

liter relata, non alium tamen rationum ab Impp. reddendarum modum probabunt, quàm quem, jam *num. 5.* majestatem non dedecere ostendimus: quo simul istud, quod Hippolithus sequitur, quasi ij qui majestate pollent nemini, præterquàm immortali DEO, ullam rerum gestarum rationem reddere debeant, explodi meret. Imperatoris verò Matthiæ responso tantùm istam cum majestate minimè pugnantem rationum redditionem contineri Hippolithus vel ideò concedendum habet, quòd hunc Imperatorem alibi inter eos locat, qui asserendæ propriæ majestati, ut opinatur, nimiùm studuerint.

9. Ex hujusmodi porrò rationum redditione, si ita appellari debet, ista exautorationis consideratio undè alterum præcipuũ Ordines Imperatore superiores statuendi argumentum Hippolithus deducit, suâ sponte emanat. In istâ enim rationum redditione id versari apparet, ut aut Ordinum gravamina injusta esse doceantur, aut contra fundamentales leges acta emendentur. Si jam alterutra pars sanis rationibus acquiescat, salva res est. Sin istæ de summâ majestatis potestate, legisq́; fundamentalis observantiâ inter Regem & Regni Ordines exortę lites bonis rationibus, & quasi transigendo, aut etiam ex compromisso ad alicujus liberæ Reipublicæ arbi-

arbitrium eundo, vel quocunque alio modo dirimi nequeant, quid cuique juris competat, quæritur? Regi, cui aliàs rerum in Regno judicandarum summam potestatem nemo non integri celebri tribuit, hic judicis partes frustrà deferimus, non tàm quod in propriâ causâ judex esse non possit, quàm quod tale judicium institui nequeat, antequàm de Regis se ipsum non condemnaturi voluntate certò constet. Ordinibus verò, non ex eâdem solùm ratione, sed & quòd tùm in propriâ causâ, tùm inferiores superiorem judicare non debent: hic jus decidendi perperàm tribueremus. Ordines igitur quem condemnare nequeũt, eum exautorare omni jure

jure prohibentur, ut ideò rectiùs cedant majori, & tolerent potiùs, quorum corrigendorum potestatem non habent, quàm obedientiam, divinis quoque jubentibus oraculis, sanctè servandam Regibus renuncient. Sanè cùm Rex promissa ita eludit, ut propriæ majestatis prodigus Reipublicæ ruinam evidenter acceleret, (quod tamen rarissimum est) caveat Rex, ne ad desperationem Ordines adigat, atque ijdem hoc prætextu, quod omni in Rep. majestati sub conditione, *si ullo modo Respublica salva esse possit*, subjectio debeatur, ista conditione non existente, regnum vacare existiment, & vel in hereditario regno proximum heredem, si tutò agnosci posse,

pu-

putent, secundum Reip. leges pro Rege agnoscant, vel in electitio (quod dicitur) alium Regem eligant: jure ita, an injuriâ? affirmare non ausim, adeò hìc ingenium meum fatiscit: Nihilominùs posito hoc casu, & prætento jure, tàm apertus Reipublicæ eversor, vi in initio interpositæ fidei seipsum deposuisse credendus, & peculiari jure depositionis, ut non pollerent Ordines, ita nec opus esset, sed ipsâ novi Regis agnitione, aut electione reverà tantùm is, qui regnavit, pro deposito seu exauctorato tacitè declararetur.

10. Instituti nostri ratio non patitur, ut hanc depositionis magni ponderis materiam uberiùs persequamur, nunc solùm demon-

monſtrare opus erat, quâ viâ exautorationis negotium ſuperiùs deſcriptæ rationum redditionis ſequela fiat, & quod excogitato aliquo, (nihil enim ſtatuo) iſto rariſſimo eventu, exautorationis jure, non Ordines, ſed Rex ex propriâ in initio regiminis conteſtatâ voluntate ſe ipſum deponat. Tale verò quid tantùm abeſt, ut Ordines Regibus ſuperiores conſtituat, ut nec ſi Reges exautorationis exercitium Ordinibus latâ lege, vel admiſſâ conſuetudine fundamentali tribuant, Ordines indè ſuperiores evadant, quod ea quæ *suprà ad cap. 1. num. 14.* commentati ſumus, ſatis comprobant.

31. Exempla, igitur, quibus Hippolithus Imperatores ab Ordini-

dinibus aliquando depositos docet, (præterquàm quod pleraq; levis, vel ipso innuente Hippolitho, momenti, & universâ certi nihil decidunt, *vid. inf. ad cap. 5. sect. 3. num. 5. 6. & 7.*) ad ostendendam Ordinum Superioritatem frustrà proponit. Sui verò etiam oblitus est, quando ex Regum depositione Ordinum Superioritatem colligit, & nihilominùs Galliæ Regibus monarchicam potestatem, seu Superioritatem tribuit, quorum nonnullos à Regni Proceribus solio intrepidè dejectos ignorare nequit, idque, præter non parvi numeri alios, Carolus Crassus sustinuit, quem post Carolum Magnum inter omnes Reges Francorum maximæ fuisse

augo-

autoritatis, ex historiâ constat. *vid. Hotoman. Francogall. cap. 6.*

12. Et proindè contra Henricum IV. Imp. Moguntini Electoris sententiam, quam vel ipsa, quæ extat apud Helmoldum, (undè Sigonius, sed timidiùs, narrationem suam hausit) Imperatoris querela suspectam reddit, ulteriùs examinare supersedebo; tùm, etsi quantum Ordinibus in depositione Impp. liceat, hîc persequi nec opus, nec mens sit, confessionem Imperatoris Ottonis IV. iniquissimo aliàs tempore extortam, ex autoribus, historicorum ejus ætatis testimonio destitutis, Nauclero, & Mutio, pro exploratâ habere, res maximi ponderis non patitur: & tamen utcunq; ea omnia forent

forent expedita, Ordines Imperatore superiores, aut eorundem in Imperatorē imperium non probarent, quemadmodū id ex hactenùs traditis elucet.

13. Quis autem negaret, malè ipsum Hippolithum judicare, cùm glossam haud malè judicâsse putat; *quod omne crimen sufficiat ad deponendum Imperatorem, si Imperator de eo sit incorrigibilis?* Certè si hic homo jurisperitorū seu Legistarum (ut vocat) observantissimus esset, non posset tenaciùs horum doctrinam scopo suo accommodare, nunc cùm eorundem operam à suâ dissertatione longiùs releget, mirari subit, quarè in salebrosà hàc depositionis materià, de quà nullam legem fundamentalem scriptam reperiri ultrò fatetur,

(quamvis, si quod à Jodoco Imp. constitutum circumfertur, *vid. Goldast. tom. 3. const. Impp. ad. ann. 1410. pag. 424.* mihi verò, ex causis non obscuris, minimè satisfacit, meminisset, indè procul dubio aliquod imperatoriæ depositionis jus extruere maluisset) frigidæ cuidam glossæ, quæ eodem, quo citatur, loco huc atque illuc ambiguè flectitur, ad obtinendam opinionem nimis absurdam, tantam autoritatem tribuat. Nos ex istorum, quæ superiùs deduxim⁹, ratione meritò dubitamus, an ob ulla, & illa quoq; crimina Reges justè deponantur, quæ ijs absque spe correctionis ita inhæreant, ut promissis servandis, cum certâ Reipubl. ruinâ, impedimento sint;
quo-

quomodò verò, isto non concesso, sed posito jure, Reges se ipsos deponant magis, quàm deponantur, ibidèm vidimus.

14. Si ergò exemplis istis, quæ Impp. Henricum IV. & V. Ottonem IV. Adolphum, Wenceslaum, ab Imperio remotos docent, jus aliquod Imperij stabilire par esset, nihilominùs ut justè remotos diceremus, talibus eos criminibus oneratos, aut ad imperium adeò ineptos fuisse oportuerit, ut promissorum observantiam, quâ Reipubl. salus fulciri debuerit, constanter neglexerint, aut aliàs ingenij vitio pensi habere non potuerint: Undè non sufficit, Hippolithum, ut ex exemplis (si licet) in

in re tanti momenti certum Imperij jus eliciat, probare, quòd *exautoratio non modò*, (quibus verbis hanc Sectionem finit) *si Imperator leges fundamentales Imperii violet*, *statumq́; subvertere conetur*, *& ita in ipsam Remp. peccet*, *sed & aliis de causis*, *atq́; ob alia quædam delicta*, *pro arbitrio Imperii Ordinum*, *fieri consueverit*, *locumvé* (hìc non factum tantùm, sed & jus haud obscurè refert) *habeat*; at ex legitimis causis factam, vel locum habuisse, quod animi omninò dubius jam negare, jam asserere videtur, ut demonstret, res ipsa postulat.

15. Concedam tantisper, absq́ue veritatis præjudicio, omnes istos Imperatores justâ ex causâ impe-

imperio fuisse abdicatos, nullum tamen abdicatum legimus, quin, inter cætera, alicujus vitij insimulatus fuerit, quod ipsam Reip. salutem affecerit, aut afficere saltèm potuerit. Ea enim Impp. præcipuè Heinrici IV. & V. atq; Ottonis IV. temporibus mentium fuit superstitio, ut Respublica, seu Imperium nunquâm magis laborare creditum fuerit, quâm si Imperator à Pontifice excommunicatus gubernaculis assideret, atque idcircò Ordines aliquando ad depositionis negotium adactos minimè mirum est. Excummunicationem quippè causarum ad depositionem perveniendi omnium maximam habitam; Monachus Hirsfeldensis, Lambertus Schaf-

naburgensis dictus, *de reb. gest. Germanor. ad an. 1073.* testatum facit, qui, ubi Saxonum contra Imp. Henricum IV. accusationẽ refert, inter cætera, *Illi*, inquit, *graves causas afferebant quibus probarent, eum* (Imperatorem) *sine magnâ Christianæ religionis jacturâ non posse ulteriùs regnare, ea facinora pátrâsse, quæ si secundùm ecclesiasticas leges judicarentur, omnem prorsus seculi usum, quantò magis regnum abdicare censeretur.* Apud eundem, *ad ann, 1076. ferè in fin.* Suevi & Saxones, ubi statum Reip. eversum, tranquillitatem Ecclesiarum turbatam, aliaq; prætendunt, *Hæc quidem*, conqueruntur, *dùm sola vitæ temporalis detrimenta minitarentur, tulimus tamen, ne contra jus-juran-*

jurandum quo tenebamur, præcipitanter impudenterq; venire videremur. Nunc verò cum ab Ecclesiæ corpore propter flagitia sua Apostolici anathematis mucrone præcisus sit, cùm ei communicare sine cōmunionis ecclesiasticæ damno & fidei jacturâ non possimus, extremæ profectò dementiæ esset, divinitùs oblatam salutis occasionem non obviis manibus excipere. Et paulò antè eodem conventu Suevi & Saxones *per septē continuos dies consilia conferentes, quid facto opus esset, quâ ratione periclitanti, & iam jam naufragiū minitanti Reip. consulendū foret, perquisivisse* dicuntur; ut utiq; Ordines ipsam etiā Remp. laborare existimaverint, cū Imperatoris excommunicati depositionē urgerent. Adolphum verò

Imp. ob vacillantem Reip. statum (ut prætendêre Proceres) imperio excidisse, vel ipse ab Hippolitho allegatus Siffridus, Imperatorem, inter cætera *quod Remp. non auxisset, sed magis dissipasset, à Principibus destitutum* referens, attestatur. Trithemius *ad ann. 1298. Chron. Sponheim.* Ducem Albertum ex Austriâ vocatum refert, *cùm Rex Adolphus nimiùm extenuaret Imperium, discordias & bella nutriret, populum inconsuetis tributis gravaret, Principesq; contemneret.* Eadem in Chron. Monast. Hirsaugiensis tradit. Atq; eundem autor paralipomenorum ad Abb. Ursperg. *ab electoribus tanquàm imperij & publicæ utilitatis perniciem imperio privatum* annotat, cujus autoris fidẽ quamvis in me-

dio relinquã, miror tamen Hipposlitho in uno eodemq́; negotio, ubi eam maxime sequitur, suspectã esse; ego enim illũ autoré non malè sibi constare autumo, quando Adolphum Imp. à Principibus quidem obedientiam ei denegantibus pro imperij & publicæ utilitatis pernicie habitum docet, qui nihilominùs *vir insignis* (sc. huic scriptori, aut in quibusdam) fuerit: Nam saltem dubium fuisse hunc scriptorem, vel relatio ejusdem è vetusto Wormatiensi Chronico subjecta innuit. Sic M. Albertus Argentinensis in Chronico suo, Adolphum Imp. *regem valdè animosum* vocat, ubi Albertum Austriæ Ducem *á quibusdam principibus Moguntiæ quasi congregatis,*

regemq; (eundem Adolphum) *tanquàm inutilem Reipublicæ & imperii destructorem destituentibus, in Romanorum regem electum* narrat. Quin & aliàs alii in Adolpho Imp. invenerunt, quod laudarent, ut *in annal. Dominican. Colmar. ad ann. 1292. in annal. H. Ster. ad ann. 1293. & 1298. in magno Chron. Belg. ad an. 1293. Naucl. Chron. vol. 3. gener. 44. ad an. 1292 Lang. Chron. Citiz. ad eund. ann.* Cæterùm rei apertæ Hippolithus illudit, quando legum fundamentalium, aut ipsius Reip. violationem & eversionem Wenceslaum imperio dejecisse negare audet. Quem non tantùm ad administrationem inutilem fuisse, sed & Imperii munera obire noluisse non diffitetur, eum Rei-

Reipubl. quæ absq; imperio vel administratione nulla est, ruinam inducere, inficias ire haud debuit. In specie tamen è gravissimis causis ipsam Rempublicam concernentibus solio deturbatum, fide dignorum testimoniis facile obtinerem, si meridies sole indigeret. Inter complures videatur Trithemi⁹, *Chron. Sponheim. ad ann. 1400.* & de re eâdem in ipso exautorationis actu, apud Goldast. *Collect. Constitut. Impp. Tom. 1. pag. 379.*

16. Nullus igitur Imperatorum imperio excidit, nisi qui Reip. salutem pessundare ex causâ sive verâ sivè fictâ insimulatus fuerit: quomodocunq; autem singula se habeant, id quod ad hanc sectionem annotare præci-

puum erat, immotum manet, neque rationum redditionem, qualem Imperator, aliique Monarchæ aliquando subeunt, Majestatem, vel Supeririotatem ijs auferre, neq; ex Regum abdicatione regni proceribus, aut populo superioritatem quandam obvenire.

IN SECT. III.

I.

PRopriè quidem vox, *Imperium*, Reich/ imperantis potestatem seu administrationem denotat, *vid. sup. ad. cap. 1. num. 3. & seq.* quo intellectu Imperatores annos administrationis computare solent: Im Jahr unserer Reiche / des Römischen / des Hungarischen / des Böhemischen.

ſchen. vel, unſers Käyſerthums / und unſerer Reich. vel ſimpliciter, (*ut Reform. Imp. Frid. 3. de an. 1442 in fin.*) des Reichs im dritten Jahr. Ita etiam Regni nomen probatis autoribus uſurpatum, ut Liv. *hiſtor. lib. 1. cap. 35.* quando Rex Tarquinius *non minùs regni ſui firmandi, quàm augendæ Reipublicæ memor* fuiſſe dicitur. Inter improprias tamen vocabuli, *Imperii*, uſurpationes ea maximè frequens eſt, quâ ipſa Reſpublica ſignificatur, *vid. ad d. cap. 1. num. 3.* Quæ ideò diſcernenda, ut quid de ijs quæ Hippolithus hâc ſectione docet, ſtatuendũ ſit, eò meliùs intelligatur. De improprio aliàs hujus vocabuli uſu, quo & Imperii, ſeu Romano-Germanicæ Reipublicæ ter-

territorium ſæpè exprimitur, *in Reform.* guter Policey/ *& alibi passim*, dicere hîc nihil attinet.

2. Rectiſſimè Reinkingius, quantum judicare poſſum, verborum proprietati inſiſtendo, quod dictio, Alle/ ſit collectiva universalis, Jede / diſtributiva, Imperator verò non tantùm ſingulis, Jeden/ ſed ſimul omnibus & ſingulis, Allen und jeden/ imperet, probandæ majeſtatis Imperatoriæ non leve argumentum capit. At Hippolithus exiſtimat in iis textibus, quibus hoc probatur, Alle/ jede Synonyma eſſe, ita ut utraq; dictio univerſaliter quidem, ſed non collectivè accipiatur. Cujus interpretationis aliam cauſam non affert, quàm quod ejusmodi textus alio-

lioquin abſurdo intellectu libe-
rare neſciat.

3. Dicitur alicubi, das Alle und jede/ so ungehorsam sind/ in der Käyserl. Mayestat und des H. Reichs Acht gefallen. Abſurdum autèm fuerit, particulam, Alle/ collectivè hîc accipi, quaſi totum Imperium poſſit Bannũ incurrere. Verum quis unquàm ſtatuit, Hippolithe, per Alle / so ungehorsam sind/ totum Imperium intelligi? & hîc tamen nihilominùs vocem, Alle / collectivè explicari conveniens eſt, ut non ſinguli duntaxat, ſed & universi, quotquot obedire noluerint, eâdem pænæ conſtitutione, nullo excepto, comprehendantur: Atq; hanc explicationem particulæ, Samptlich/

Sonderlich/ de ijsdē refractariis subjectę (quas synonymas esse notissimus usus vetat) omninò suadent, §. würde sich aber jemand. *Recess. Imp. ann. 1542.*

4. Quin sermo iste: Allen und Jeden unsern und des Reichs Unterthanen: Cum cæteris loquendi formulis, quas Hippolithus hâc sectione, si inibi vox, Alle/colectivè accipiatur, ad absurdum flectere annititur, perversum sensum non habet, quoniam illîc vocabulo Imperij, Reichs/non universorum civium, aut subditorum corpus, sed vel Imperium propriè dictum, quatenus id fuit, vel erit, non quatenus existit, vel ipsa Respublica designatur. Cùm enim imperans mortalis sit, uti Rempubli-

publicam antè aliquando imperio non destitutam novit, ita post se alium imperaturum, aut Rempublicã perduraturam sperat, ideoq́; quos suos, eosdem Imperij, aut Reipublicæ sive Regni subditos appellare consuevit: Reipublicæ quidem subditos, quemadmodum *sup. ad cap. 1. num. 6.* Majestatem diximus Reipublicæ majestatem vocari solere. Huic doctrinæ non parùm astipulatur d. §. Würde sich aber. *Recess. 1. an. 1542.* ubi privilegia ab Imperatore, antecessoribus, & Imperio, von Käyserl. Majestat / deren Vorfahrn / und dem Heil. Reich / accepta, paulò pòst non ab Imperio, sed ab Imperatore, ejusq; in Imperio antecessòribus, Romanis Im-

peratoribus & Regib⁹, von Kayserl. Majestat und deren Vorfahrn am Reich/ Römischen Kaysern und Königen / profecta dicuntur.

5. Non minùs in hâc formulâ: Allen und jeden Gliedern des Heil. Reichs: particula, Alle/ universalis collectivæ naturam retinet. Cùm enim vox, Jede/ ad membratìm, seu, quod hîc idem est, sigillatìm Ordinibus mandatum referatur, quid prohibet, membris simul, non jam distributè ut membris, sed universè, ut totum constituentibus, adminiculante verbo, Alle/ facienda injungi? quem intellectum ipse textus suppeditat, in *Recess. Imp. Regensp. ann. 1567. ferè in fin.* §. darauff befehlen wir.

per

per verba: Sie und ihr jeder/ seines Theils: Quæ sat apertè præcedentia, Allen und jeden/ respiciunt, & dictio, Allen/ quemadmodùm, Sie/ad membra universè collecta referri ostendũt. Dubio caret, ubi membrorum mentio fiat, rem divisam esse oportere, at rursus membra omnia sermone aliquo in unum quasi fasciculum colligari nihil impedit, ita ut membrorum nomen retineant, & nihilominùs non ut singula, sed ut universa considerentur.

6. Textus itaque isti non incommodè de omnibus collectivè sumptis loqui intelliguntur, præsertìm si vocabulum, *Imperium*, Reich/ dextrè explicetur: Quamvis etiàm aliàs hæc vox,

ubi

ubi distortæ cuipiam usurpationi subjaceat, ita restituenda, ut veritati suus maneat honos. Aliàs autèm etiam haud destituimur textib⁹ æquè claris, qui Cæsarem non solùm singulis, sed & simul universis Ordinibus imperare, nulli alij interpretationi obnoxij demonstrant, ut *in Reformation* des Westphalischen Gerichts *ann. 1495.* zu Wormbs auffgericht/ §. und befehlen darauff. Erklärung des Landfriedens / Nürnb. *ann. 1522. §. fin. Reformation* guter Policey/ *Augsp. ann. 1530. in princ. vers.* demnach haben wir. *&c.* Et sic, quomodo hujus sectionis materia nostræ quoq; sententiæ velificetur, paucis ostendi. Cæterum Reinkingius nostro patrocinio non indiget, vir enim exi-

eximius & hîc absq; dubio partibus ſuis jam fuiſſet defunctus, ſi urgentiora negotia hactenùs id conceſſiſſent.

IN
CAPUT IV.
De juribus Majeſtatis in genere; & de jure Comitiorum.

SECT. I.

I.

RECtè quidèm Hippolithus argumentatur, cui Majeſtas propria ſit, eidem Mejeſtatis jura aſcribenda ac quaſi (ut loquitur) approprianda eſſe: At Imperij legibus fundamentalibus, ut exiſtimat, potiſſima majeſtatis

jestatis jura universis, in Comitijs congregatis, Ordinibus tribui, & ea quæ de Imperatoris majestate jam tradidimus, & quæ porrò respondebimus, sincerè judicantem assentiri haud sinent. Vnde simul apparebit, nec Imperatoris potestatem umbraticam, nec eundem pro inani aliquo Imperii Capite, & tantùm legitimo ut Hipp. appellat, Comitiorum directore, conclusorumq; nudo executore habendum esse.

2. Insignem verò sinistrè de Imperatore sentiendi libidinem prodit, quando eum in sententiâ exautorationis Wenceslai, *apud Goldstad. tom. 1. Constit. Imp. pag. 379.* S. Imperij ministrum, qui Imperij partibus fungatur, vocari

cari non hîc tantùm, sed & *infr. h. part c. 17.* asseverare non erubescit, cùm tamen illîc non Imperator, sed Mediolanensis *in ditione Mediolani & Provinciæ Longobardiæ, veluti minister, sacri Imperii partibus functus* dicatur, contrà potiùs imperatoriæ sublimitatis & dignitatis honorifica ibidèm mentio fiat. De Mediolanensi autèm isto Trithemius, *ad ann. 1398. Chron. Sponheim.* ita refert: *Eodem anno Wenceslaus Rex Romanorum sine scitu & voluntate Principum & Electorum creavit* (Joannem) *Galeaceum Vicecomitem Mediolanensem in ducem, & iste fuit unus articulorũ propter quos ab imperio posteâ fuerat deposit⁹.* Et mox, *ad an. 1400.* eundẽ depositionis articulũ cæteris inse-

inserit hoc modo: *Itèm, quod Vicecomites Mediolanenses sine consensu Principum creavit in duces (sicut suprá docuimus) assignando eis totam Lombardiam in titulum.* Hinc igitur Mediolanensem, quòd tantùm Vicecomes fuit, *& Mediolanum, ac Provincia Longobardiæ*, in d. sent. exautorationis, *juris sacri Romani Imperii* fuisse scribitur, *veluti ministrũ, sacri Imperii partibus functũ* dici dilucidè constat, & sic Mediolanensem Vicecomitem S. Romani Imperij, aut Imperatoris (*vid. sup. in c. praced. sect. ult. num. 4.*) Vicecomitem non malè vocabis. Tantum enim abest, ut Imperator, in istà exautoratione, aut alibi, S. Imperij minister audiat, ut contrà Vicecomes ipsius Imperato-

ratoris miniſter nuncupari meritò poſſit: Atq; hujus etiam rei argumentum laudat⁹ à Lehnm. *uti ſup. in cap. 2. num. 3.* Vadianus ſuggerit. Miſſis his, ad jus Comitiorum cum Hippolitho pergemus.

In SECT. *II.*

I.

CUm etiam in omni vel Regno, vel Regni imagine, Comitia haberi liqueat, ne in gravíſſimis Regni negotijs tractandis Reges, ſive Monarchæ, ex arbitrio magis, quàm ex uſu Reipublicæ verſari videantur, nec ea ſæpè mandent, quæ, cum detrimento propriæ Majeſtatis, ſaltèm aliquâ imperandi difficultate, Ordines, vel ſubditi inviti

viti & vix ſubeant (præter alias non leves cauſas;) prudentiſſimo Romano Germanici Imperij inſtituto Imperatores præcipua quæq; cum conſenſu Procerum in Comitiis pertractant, nec poſteà ſubditi, quantum ipſos tangit, ullam obſequii denegandi juſtam cauſam inveniunt: Atq; illam adhibendi conſenſus tametſi neceſitatem Imperatorum majeſtati nil quicquam demere, *ſup. ad c. 1. inprimis num. 13. & ſeq.* docuimus.

2 Quarè Hippolithus malè eos ſolùm pro Monarchis agnoſcit, ex quorum arbitrio Comitia pendeant. Quamvis ego valdè dubitem unquâm, non â Tyrannis, nec Dominis, ſed â Regibus comitia indici, quæ ſoli eorum

rum arbitrio ſubjaceant, certè quibus exemplis hoc probare audet, tantum abeſt ut præſtiterit, ut in publicis deliberationibus hodiè Imperatoribus plus licere, quàm olìm iis, quorũ poteſtatem Hippolithus nimiùm extollit, Romanis Regibus, aut Imperatoribus, ac indè de horum Majeſtate quemvis rem penitùs inſpicientem juſtè ambigere poſſe credam.

3. Romanis Romulum ut libitum, imperitâſſe Tacitus ſcribit:. Conciſus hic Taciti ſermo non id docet, Romanos ſolius Romuli arbitrio ductos eſſe, ſed Reipublicæ infantiam exprimit, quod Romulus non ex aliquo legum, vel conſuetudinis præſcripto, quale nondum vigere

gere potuit, ſed juxta commune, (nam ut libitium, non ut Romulo libitum, Romanos gubernatos hic autor refert) & domeſticum civium placitum ordinâric Rempublicam, atq; adminiſtraverit. Quamvis enim mox, *eod. lib. 3. annal.* ſubjiciat, *præcipuum Servium Tullium ſanctorem legum fuiſſe, quîs etiam reges obtemperarent*, non hoc ita accipiendũ, ac ſi Reges anteceſſores nullis Reipublicæ legibus obſtricti fuerint, verûm communibus etiam legibus, Tullio populi Romani nomine peculiariter ſanciente, Reges obnoxios factos eſſe.

4 Scriptorum verba captare, aut cavillari, non mihi volupe, potiùs à candore meo maximè alie-

alienum eſt: Taciti tamē verba, quæ aliud ſæpè ſinu fovent, ac fronte oſtendunt, hîc eâ, quàm fecimus, vel ſimili interpretatione indigent, niſi probatos hiſtoricos inter ſe committere, & eorum, qui eandem rem explicatiùs narravêre, fidem onerare malis. Quænam enim, ipſo regnante Romulo, Reipublicæ Romanæ forma fuerit, Dionyſius Halicarnaſsêus ſolicitè tradit, *antiq. Roman. lib. 2.* verbis, dignis quæ huc ex interprete tranſcribantur. *Regi quidem*, inquit, *eximia munia fuerunt hac: primum, ut ſacrificiorum & reliquorũ ſacrorũ penes eum eſſet principatus, per eumq; gereretur quicquid ad placandos deos attinet. Deinde, ut legum ac conſuetudinum patria-*

rum haberet custodiam; omnisq́; juris, quod vel natura dictat, vel pacta & tabulæ sanciunt, curā ageret: Utque de gravissimis dilectis ipse decerneret, leviora permitteret senatoribus, providendo interim ne quid in judiciis peccaretur: Utq; senatum cogeret, populum in concionem convocaret; primus sentētiam diceret; quod pluribus placuisset, ratum haberet. Hæc regi attribuit munia, & præterea summā in bello imperium. Senatui vero dignitatē ac potestatē hanc addidit, ut is, de quibus à rege ad ipsum referretur, de his decerneret, & ferret calculum, ita ut semper obtineret plurium sententia. Id quoq; à Laconica repub. desumptum est. Lacedemoniorum enim reges non erant sui arbitrii, ut quicquid vellent, facerent; sed penes senatum erat tota publicæ administrationis

potestas. Plebi autē tria hæc commisit, magistratus creare, leges sancire; de bello, si rex permisisset, decernere. Non tamen absolutā in his populo esse potestatem voluit, nisi & senatus in iisdem accessisset auctoritas. Ferebat autē suffragia non universus populus, sed per curias; & quod pluribꝰ curiis visum fuisset, id ad senatum referebatur: Qui mos nostra ætate mutatus est. Non enim senatus de plebisscitis decernit; sed de senatus consultis plebi permissum est suffragiū. Utra vero consuetudo sit potior, aliis considerandum relinquimus. Hæc Dionysius. Quæ omnia licèt ad principa politica revocata explanationē sigillatim requirant, universa tamen clarè docent non genuinam Majestatem, multò minùs absolutam, ut

alibi, ita in Comitiis, potestatem Regi competiisse. Et ultimo Regum Tarquinio Superbo crimini datum est, quod *Regum primus traditum à prioribus morem de omnibus Senatum consulendi solverit, domesticis consiliis Remp. administraverit, bellum, pacem, fœdera, societates per se ipse cum quibus voluerit, injussu populi ac Senatus fecerit, diremeritq;*, Liv. *hist. lib. 1. cap. 49.* Qualis verò potestas Regi tribuenda sit, qui populi ac Senatus jussu agere teneatur, ij norunt, qui ex historiâ præsertim Romanâ istius sermonis vim cognitam habent.

5. Et multò pòst, ubi imperium ad unum rediisse videbatur, nec Julius Cæsar, nec Augustus, nec Tiberius, nec alij, quamdiu

diu concessâ potestate abuti noluêre, pro arbitrio agere ausi sunt. Quòd enim Julio Cæsari inter plurima simulacra laxam quandam potētiam in nonnullis Reip. negotijs Senatus decrevit, id magis eum aliquando è medio tollendi, quàm honorandi causâ factum, Dio Cassius, *Roman. histor. lib.* 44 luculenter scribit, qui ibidèm testatur, Cæsarem præcipuè ideò interfectum, quod adeptis honoribus inflatus, cùm non assurrexisset Senatui, sed sedens, eum ad se venire passus esset, insuper regium nomen verbis respuerit, re verò ipsâ affectârit. Et Augusto tùm maximè honores decretos idem autor tradit, quando in omni re cum Romanis tanquàm

liberis hominibus egerit, exemplo controversiæ Teridatis ac Phraatis, quam non nisi mandatâ sibi à Senatu litis cognitione dijudicârit, *lib. 53. in fin.* Atque hic Augustus decenni tantùm imperio functus est, ita ut decennio quoq; elapso semper iterùm novo decreto demandatum, invitus etiam, ut simulabat, susceperit: sed id ideò, teste eodem Dione, *d. lib. 53.* ut longiùs Romanos â suspicione regiæ potestatis sibi propositæ abduceret. Tiberius itèm, quamdiu apertam tyrannidem non exercuit, suo arbitrio nihil aut perpauca egit, quin tulit etiam contraria suæ sententiæ decreta fieri, ipso nemini propterea succensente, *Di. Cass. Rom. hist. libr. 57.* qui & jam

jam degenerantem Tiberium senatus consultum de arcu Liviæ extruendo, licèt re ipsâ, verbis tamen irritum facere pudori duxisse docet, *lib. 58.* Et C. Caligula initio imperii, cùm bonum principem promitteret, omnia se ad placitum senatorum acturum dixit, *Id. Di. lib. 59* Nec in istis Imperatoribus majestatem hæsisse, vel indè constat, quod gravissima Reip. negotia â Senatus populiq; Romani autoritate vim suam acceperint, quemadmodũ quæ pacta Claudius, ejusq; legati cum Britannis icerant, singulari decreto rata fuère, quasi â S. P. Q. R. facta, *Id libr. 60.* Non diffiteor sæpè istorum, similiumq; Imperatorum, pro quibus haberi voluerunt,

runt, temporibus Reipublicæ Romanæ leges, Senatus populique majestatem, proculcatas fuisse, at tùm ego non Rempublicam, sed Reipublicæ vix imaginem reperio, ut quod Cicero *apud Dion.* Rom. *hist. lib. 44.* post occisum Cæsarem, de suo seculo in Senatu conquestus est, id aliis quoq; nonnullorum Principum & Imperatorum temporibus dicto usurpari meritò potuerit. *Superioribus temporibus*, inquit Cassii interpres, *aliquandiu is fuit reipublicæ status, ut eam ij qui plurimum armis* (aut tyrannide) *possent, obtinerent: Ipsi nobis quid decernendum esset præscriberent, non nos quid ipsis agendum esset prospiceremus.* Universa quæ de istis Imperatoribus protuli, solius Dio-

Dionis, ſcriptoris diligéntis accuratiq́;, teſtimonio firmari ſatis duxi, quamvis nec diverſum ab his complures, & eos quoq́ue quos Hippolithus laudavit, tradere propalam ſit.

6. Fruſtrà igitur eſt, quando ejusmodi exemplis, undè vel Principum nulla emicat majeſtas, vel tyrannis, aut dominatus eruitur, in Rempublicam aliquam monarchicam Comitiorum genus, quod totum ê Principis arbitrio pendeat, introducere conatur.

7. Carolum autem Magnum ut pro Reipublicæ Monarchâ agnoſco, (*vid. ſup. in c. 2. num. 3.*) ita eandem ei, quæ hodiè Imperatoribus, nec abſolutam poteſtatem in Comitijs competijſſe,

 mox

mox inferiùs ostendam. Similiter Regem Galliæ Monarcham esse, minimè inficior, in solennibus tamen Galliæ conventibus (quales monarchicæ Regis potestati haud obstare, & vidimus, & porrò videbimus) magnam fuisse ordinum autoritatem, Hippolithus non negat, & Hotomanus, *Francogall. cap. 18.* memorabili inprimis Ludovici XI. exemplo abundè confirmat: Quamvis autèm ista Galliæ Comitia, quæ Parlamentum trium Statuum, item Conventus, vel, Concilium trium Ordinum, vernaculâ linguâ, Assemblée des Estats generaux, vel, Assembl. generale des Estats, dici solent, posterioribus annis, non sine motuum bellorumq; civi-

civilium sequelâ, aliquanto tempore intermissa fuerint, nequaquàm, ut Hipplithus cum Sleidano opinatur, exolevêre, aut abolita sunt; quod vel, Ludovico XIII. regnante, *an. Chron. 1614.* Lutetiæ Parisiorum habitus Ordinum Conventus facile evincit. Neq; enim absq; peculiari transactione Maneholdi initâ Regni Proceres istorum annorum motibus destitêre, cujus transactionis primo articulo trium Ordinum Concilii more solito habendi jus stabilitum est: *Que les Estats generaux du Royaume seront convoquez & assemblez à la maniere accoustumée:* Quemadmodùm non multò post Status isti Agendicum, ut convenerat, mox Lutetiam convocati sunt, rei totius

historiam describunt, Jan de Serres, *inventair. gener. de l' hist. de France, ad ann. 1614. & seq.* & Pierre Matthieu, *hist. gener de nostre temps, ad ann. eosd.* qui fusè simul trium Ordinum conventꝰ formam accurateq́; exprimit; in speciè hujusmodi cõventus efficaciam his verbis notat:

Quant aux articles passez du consentement de tous les ordres, sans contradiction notoirement recognus utiles & salutaires pour le bien general d l' Estat du Royaume, je ne pense point que l' on y puisse faire difficultè, qu' ils ne doivent estre receus, confirmez & emologuez sans (hic in typis erratum, legendum enim: *sous*) *l' authoritè & puissance du* Roy, *pour loy generale, qui lie indispensablement en general,*

ral, & en particulier, tous les subjects du Royaume, grands & petits, de quelque qualité & condition qu' ils soient. Et quanta hodieque Conventus Ordinum ratio in Galliâ habeatur, percipere quotidianum est. Quamvis etiam Rex Ludovicus quodam Senat⁹ aulici decreto gravem causam ad se vocando liberam Statuum cõsultationem impedierit, Parlamenti itèm Parisiensis arrestum, ut vocant, eâdem de causâ factum resciderit, id tamen Regni Principes, qui posteà ad turbas civiles rediêre, adeò ægrè habuit, ut & istius decreti lituram obtinuerint, & supremarum Curiarum autoritatem, dictiq; arresti Parisiensis vigorem asseri, contrà Consilium auli-

cum ſuis limitibus contineri, inter præcipuas ſecutæ pacificationis conditiones numeraverint, *Pierre Matth. ad ann. 1616.* Non obſcurè autèm, at malè, Hippolithus Senatus Parlamenti Pariſienſis, & Conventuum Ordinum autoritatem confundit, quando horum veſtigiũ in iſto reſediſſe arbitratur, cùm tamen ſua utriq́ue peculiaris virtus ſit, & Senatus Pariſienſis partes, quod ad leges Regni, ſive in Conſilio aulico, ſive in Ordinum Conventibus deliberatas, in hoc potiſſimè conſiſtant, ut præviâ ſpeciali quâdam approbatione, (quâ tantùm videtur eſſe opus, quando magna Regni negotia, extra conventum ordinum, ut qui tutò, aut absq; difficultate con-

convocari nequeant, â Rege, pertractata sunt, ut hoc casu Parisiensis Senatus Ordinum vice aliquâ fungi existimandus sit) illas leges in publica Curiæ acta referat, cujus rei documentum inter Regem Franciscum & Leonem Pontificem obsignata novi & secreti fœderis acta exhibent, *apud Thuan. libr. 1. histor. ad ann. 1515.* Sic declarationem Regis Ludovici XIII. ann. Chr. 1616. pro reformatæ (ut nuncupant) religioni addictis in Consilio aulico decretam Parlamentum Parisiense ratam habuit, *fut verifiée en la Cour de Parlament de Paris*, P. Matth. *ad eund. ann.* Etsi rem mihi non sat perspectā â legum morumq; Regni Galliæ peritis edoceri vehementer cupiā, certè

certè hoc è superioribus elucet, tùm quoq;, cùm Ordines congregati fuère, Senatum Parisiensem in uno eodemq́; Regni negotio peculiares actus exercuisse. Nec indè, quod Henricus IV. quando religionis libertatem edicto firmare voluit, pro autoritate locutus scribitur, absolutam Regum Galliæ potestatem, Parlamentiq́; extenuationem, elicere convenit. Quemadmodùm enim subditi, cùm Reges licèt Monarchæ Ordinum conclusum, absq́; sufficienti ratione, cùm certo Reipubl. detrimento, admittere nolunt, habent de quo justè conquerantur, ita multò etiam magis ijdem Reges ad extrema descendere coguntur, cum Ordines,
imò

imò singulare tantùm subditorum Concilium, præfractè dissentiendo, Regibusq; contradicendo, ipsius Reipublicæ bonum impediunt, & tùm minimè mirum, Reges jam non consensum, sed obedientiam subditorum requirere, adeoq; & Regem Henricum religionis edictum, (cujus promulgationem ad Galliæ Rempublicam fulciendam omninò necessariam fuisse, & hujus & successorum temporibus, res ipsa hactenùs affatìm comprobavit) non attentâ Parlamenti oppositione, si dissentire perseverâsset, optimâ ratione evulgare potuisse, nec propterea fundamentalibus Regni legibus se subduxisse, apud me dubium nullum habet:

bet: Quamvis, si ipsa orationis, quæ tota extat apud Jan de Serres, *Invent. gener, de l' hist. de Fr. ad. ann. 1599.* verba, & intentio, modus itèm, locusq; perorandi rectè ponderentur, fatendum sit, Henricum inter cætera humanissimi Regis verba sermonis rigorem adhibuisse, non tàm ut eum adimpleret, quàm ut obloquentes utroq; argumenti genere, persuaderet; quin & rem ipsam, ut retulit, in pleno aulæ suæ consilio discussam si contra Parlamenti sententiam executus fuisset, concurrente utilitate atque necessitate Regni, absolutam potestatem usurpâsse audire non meruisset. Solum igitur Regem in Galliâ pro suo judicio quidvis decernere, quod

Slei-

Sleidanus tradit, non jus Galliæ concernit, ſed factum quorundam Regum, qui propterea quod absq́, ratione ſui aliquando arbitrij extitiſſent, Tyranni magis, quàm Reges vocandi fuiſſent, in quam ſententiam Phil. Commines, *livr. 5. des memoir. chap. 18.* ſatis prudenter diſſerit.

8. Hactenùs Reipublicæ Comitia ſolius Principis voluntati obnoxia fingi potiùs, quàm reperiri, quantum ſufficit, demõſtravimus, nunc quæ ſit Comitiorum Imperii Romano-Germanici ratio, ita tamen, ut tantùm ea, quæ ad noſtrum ſcopũ facient, monituri ſimus, non ex Hippolithi, vel aliorum, nudis conjecturis, aut ſermonis abuſu, ſed è re ipsâ inveſtigabimus.

9. Ne-

9. Neminem rerum Germanicarum ſtudioſum Comitiorum Imperalium jura adeò negligenter cognitione attigiſſe arbitror, ut ignoret, quemadmodùm Imperator regulariter in Comitiis absq́; Statuum conſenſu nihil ſtatuat, ita quod Statibus etiam unanimi votorum concentu placitum ſit, Imperatori invito non obtrudi; quam ſententiam, multis qui eam retulerunt ipsâ experientiâ probatam, vel in dubium vocare, ingenij eſt nimiùm pervicacis, eandemq́; propterea Hippolithus, *h. cap. ſect. ult.* diffiteri non audet, qvamvis iſtâ ſuâ glòſsâ, qua ibidêm huj⁹ veritatis vim elidere conatur, nusquàm quicquam ineptius ſcripſerit.

10. Ne-

10. Neq; tamen qui verissimæ illi sententiæ inhærent, indè sat commodè docent, *Imperii potestatem seu jus Imperii in duos semisses tribui, ita ut unum Cæsar, alterum universi Ordines habeant, & quidem pro partibus indivisis, exceptis reservatis, quemadmodùm olim, teste Suetonio, jus Comitiorum inter Cæsarem & populum, sed pro partibus divisis, distributum fuerit*, aut, *jus comitiorum ac suffragiorum inter Cæsarem & Status divisum esse*, aut, *Imperatori nec majorem nec minorem, sed parem & æqualem cum Statibus coniunctim consideratis in decernẽdo competere autoritatem*, veluti Paurmeisterus, Wehnerus, Bertramus, tradere & loqui amant. Quæ nisi vel dextrè accipiantur, vel

cor-

corrigantur, non soli Imperatori majestatem adjudicabunt, sed Imperii nostri statum, quod Hippolithus, *h. cap. sect. 4.* rectè animadvertit, è Monarchia & Aristocratiâ (nō quidem æquabiliter, ut existimat, extra comitia enim non pauca soli Imperatori competere non inficiantur) mixtùm constituent, sed nos tamen Rerumpublicarum formas non posse misceri, itèm non obstante comitiali Ordinum consensu, in solo Imperatore majestatem residere, *sup. ad c. 1. num. 13. 17.* & *seqq. & ad cap. 2. num. 6.* probatum dedimus.

31. Non igitur placet, quod propter ejusmodi consensum Imperii potestas seu jus Imperii, pro partibus licèt indivisis, inter Impe-

Imperatorem & Ordines distributum dicitur: Et prætereà jus Imperii in duos semisses secare, peculiaria nihilominùs uni reservata excipere, contradictionem aliquam implicat. Suetonii verò testimonium huc nullam similitudinis vim affert, quando enim, *cap. 41.* Julium Cæsarem comitia cum populo partitum dicit, non de comitiis integrum Reipublicæ statum ordinantibus loquitur, sed tantùm docet, quid Cæsari, quid populo in magistratuum creatione licuerit: Et aliàs diversa Imperii jura, nedum unum idemq; distrahi quàm absonum sit, & Reipublicæ essentiæ omninò contrarium, *sup. ad cap. 1. num. 19.* demonstravi, ac indè, si è re præsenti esset, facilè

cilè oſtenderem, priſcam illam Romanam Rempub iſtiusmodi diviſionibus; certis motuum civilium prænunciis, veræ Reip. naturam omninò exuiſſe. Neq; ea etiam locutio arridet, *jus Comitiorum ac ſuffragiorum inter Cæſarem & Status diviſum eſſe:* Jus quidèm Comitiorum diviſum qui dicìt, idem videtur velle quod qui *imperatori nec maiorem nec minorem, ſed parem & æqualem cum Statibus conjunctim conſideratis in decernendo autoritatem competere* aſſerit, cum tamen contrà qui, quid Imperator indicendo, proponendo, approbando, aut rejiciendo, ut verbo dicam, rem omnem peculiari jure dirigendo poſſit, ê publicis & notorijs ſcriptis atq; actis penſiùs

ſiùs animo contemplabitur, cõſenſum prætereà Ordinum nil quicquam majeſtate decerpere, ê ſuperioribus repetet, Imperatori ſanè ſummam, & cui nulla in Imperio æqualis ſit, in decernendo autoritatem tribuere nõ cunctabitur, quamvis & Ordinibus ſua eaq́ue magna conſtet autoritas, quam ab ipſis Imperatoribus profectam, cùm res exiget, non umbraticis ſed vivis coloribus depingere, & ſubmiſſâ mente revereri parati ſumus. *Jus* autèm *ſuffragiorum inter Cæſarem & Status diviſum* dicere, aut ſtatuere, applauſum itidèm non meretur. Imperatorem enim ſuffragiorum jure immiſcere, non tantum ab Imperatoris, ut cui ſuprema decernendi

 auto-

autoritas debetur, majestate alienum est,& alias notissimus imperialium comitiorum usus vetat, sed ipsorum quoq; Ordinum libertas atq; privilegia non concedunt, quæ in Comitiis in hoc vertuntur, ut Imperator regulariter absq; Ordinum consensu nihil decernat. Si verò Imperatorem ex æquâ parte cum universis Ordinibus jus suffragij habere statuas, non rarò evenire posset, ut hæc Ordinum libertas eluderetur. Ubi namq; Ordines quâlibet classe diversam sententiam promunt, ullum Ordinum consensum, qui in Comitijs per classes eruitur, non reperiri, quivis sanæ mentis largietur. Et tamen hoc casu, quam primùm Imperator suo suffragio uni
clas-

classi accederet, non modò contra vulgatissimam doctrinam, ipsamque experientiam, sed & contra dictam regulam, *Imperatorem nihil absq; Ordinum consensu decernere*, res conficeretur, Imperiique Recessus exurgeret. Rursùs, positis trium classium Ordinum votis, (quod hodiè quidèm, civitatum classe per novissimam Osnabr. pacificationem juri suffragii integrè restitutâ, extra controversiam locatum est) ubi non omnes classes idem volunt, consensum nihilominùs Ordinum regulariter ê duarum classium, tanquàm majoris partis, conspirantibus suffragijs æstimari, etiam lippis notum est. Si jam hic uni classi separatim sentienti Imperator

tor ſuo (quod ſtatuunt) univerſorum ſuffragiorum dimidiato jure aſtipularetur, non ſolùm absq; conſenſu, verùm contra Ordinum quoq; conſenſum decernendi jus haberet. Hi igitur, qui veram illam ſententiam tuentur, *in Comitiis Imperatorem nec invitis Ordinibus regulariter quicqum conſtituere, nec ad approbanda Ordinum ſuffragia cogi*, ita eam interpretari debent, ne, approbandi jus, quo Imperator pollet, pro jure ſuffragij habendo, ſimul & Imperatoris majeſtatem cum Ordinum libertate ac privilegiis confundant, & ipſam Ordinum libertatem ad nihilum redigant. Quibus ſic, ut res eſt, intellectis, Hippolithum inferiùs, *ſect. 4.* eo, quo nunc

nunc uſi ſumus, argumenti genere communem, ipſoq́ue uſu probatam ſententiam, quæ iſtiusmodi potiùs contra eundem retortâ ratione declaranda eſt, fruſtrà impugnare, ſatis ſuperq́; elucet.

12. Hæc ſæpiùs laudata ſententia â Paurmeiſtero, (quem Wehnerus, & alii iisdem ferè verbis ſecuti ſunt) fuſiùs relata huc adſcribi meret. *Si*, inquit Paurmeiſterus, *de jurisd. Imp. Roman. lib. 2. cap. 2. num. 50.* (Ordinum claſſes, aut claſſium major pars, id eſt, duæ claſſes, quamvis Paurmeiſterus civitatum claſſem ſuâ ætate ſuffragii jure excluſam doceat) *de capite aliquo propoſito conſentiant, ex parte Ordinum confecta res eſt, ſi verò ſingulæ ſingulas*

tueantur sententias, ulteriùs progredi non possunt, ac classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti est relatio, nisi (quod tentari solet) ab Imperatore ad concordiam reducantur. Consentientiũ verò Electorum & Principũ (&, hodiè quidem indubitatè, Civitatum, Paurmeister⁹ excludit, aut duarum classium etiam per majora, uti loquuntur) *placitum tanquàm Ordinum commune consultum, ad Cæsarem per selectos quosdam refertur. Cui si idem quoq; placet confecta res est. Sin minùs, tamdiu replicando, duplicando*, triplicando, *quadruplicando, &c. inter se adductis hinc indè pro opinione suâ argumentis idoneis, à Cæsare & Ordinibus disceptatur, donec vel hi in illius, vel ille in*

horum

horum sententiam spontè concedant, ac quod ita in commune placuerit decreti Comitialis ac legis habet vigorem. Si autèm inter Cæsarem & Ordines vel majorem eorum partem res coire non poteſt, nihil actum judicatur: Sed res in liberâ ac spontaneâ conventione poſita eſt, ita ut nec Imperator ex plenitudine ut loquuntur, poteſtatis, nec Ordines invito illo quicquam ſtatuere poſſint. Sic Paurmeiſterus.

13. Ut ut olìm in Romano-Germanico Imperio, vel eorum qui Germaniam obtinuerunt Regno, Comitiorum habendorum ab hodierno diverſus modus aut diverſæ circumſtantiæ, inqúe his perſonarum etiam ſive ipſorum Ordinũ, pro dignitatis officijq́; ratione, diverſa diſtin-

ctio fuerit, & singula nonnunquàm variaverint, observare tamen licet, inde â Carolo M. nec Imperatoribus decernendi liberiorem, nec Ordinibus consentiendi minorem, ac hodiè, potestatem competiisse. Cujus rei multa, quæ occurrunt, documenta hîc apponere non est mei instituti, quia tamen Hippolithus Carolum Magnum in comitijs absolutum arbitrium habuisse existimat, silentio prætereundem non est, eum etiam Imperatorē, quo quidē nemo fuit potentior, immotâ Regni observantiâ, in Comitiis absq; Procerum consensu nihil statuisse, ut mirum non sit, morem illum cæteris deindè Imperatoribus majestatem non abstulisse. Hinc-
ma-

marus, quando *apud Goldast. proleg. tom. 3. Constit. Impp. epist. 3. cap. 29.* Regni Ordinum, qui Caroli Magni ætate in Comitiis cõvenêre, alios Seniores, alios Minores appellans, hos quidèm in Comitijs unâ deliberâsse, *non* tamen *ex potestate, sed ex proprio mentis intellectu vel sententiâ* deliberationes *confirmasse* tradit, nõ obscurè docet, Seniores non simpliciter, sed cum potestate consilia iniisse: quid autèm hoc aliud, quàm Imperatorem in Comitiis absq; Seniorum consensu quicquam decernere non ausum? ne dicam, cum tot solennitatibus, & magnâ anxietate, *domesticis Palatii Missis*, ut Hincmarus, *de ep. 3. cap. 34.* loquitur, *intercurrentibus*, qui viden-

dentur ſuffragijs colligendis fuiſſe occupati, quæ cuiq; *videbantur interrogantes, reſponſumq; recipientes:* publicas conſultationes procul dubio non ſine inſigni Ordinum Seniorum poteſtate, inſtitutas. Ordines verò deliberationibus inſiſtebant, *donec res ſingulæ*, ut Hincmarus ibid. ſubjicit, *ad effectum perductæ glorioſi Principis auditui in ſacris ejus obtutibus exponerentur, & quicquid data á Deo ſapientia ejus eligeret, omnes ſequerentur.* Hinc illud in Comitiis ab Ordinibus concluſum probandi reprobandivé jus, quod hodieq; Imperatorib⁹ ſalvũ eſſe docuimus, verbo inprimis, *eligeret*, rectè ponderato, Carolo M. competiiſſè, absq; controverſiâ liquet, idq; Hippo-

lithus

lithus adeò non negat, ut etiam paulò ſuperiùs indè aſſeverare voluerit, Comitia â Carolo indi-cta tota ex ipſius arbitrio pependiſſe, nec eundem in publicis deliberationibus Ordinum conſenſum adhibere aſtrictum fuiſſe. Hoc quidèm ſecùs ſe habere, jam primùm ex Hincmaro obtinere conatus ſum, alia tamen non deſunt, quæ hanc Hippolithi opionionem clarè refellunt. *Leg. Longobard. lib. 3. tit. 1. cap. 1.* Regni Caroli anno undecimo Epiſcopi, Abbates, viriq; illuſtres concilij decretum de Epiſcoporum ſuffragiis unà *conſenſiſſe* dicuntur. Adhuc enim iſtâ ætate Reges in ſuis ditionibus & conciliorum celebrãdorum, & legũ eccleſiaſticarum ferendarum

potestatem sibi vendicabant, neque tantùm in synodis ad consultationes unâ cum clericis laicos proceres admittebant, sed & aliquando in Regni comitiis de re ecclesiasticâ disponebant. *Eod. lib. tit. 31.* Imperator Carolus capitula legi Salicę cum omni consensu, ita ut deinceps leges vocari voluerit, addidisse legitur. Ita nimirùm, *cum omni consensu*, in Cod. leg. antiq. Fr. Lindenborgii scriptum reperitur, quamvis ego, quod hic vel describentis, vel typis exprimentis incuria subsit, *omnium*, pro, *omni*, legendum credam, quemadmodùm Ludovicum Imperatorem de honore Ecclesiis exhibendo cum consensu *omnium* fidelium suorum constituisse, *eod. lib. tit. 1.*

cap.

cap. 34. dilucidè continetur. Benedictus Levita *in præfat. libr. 5. (aut potiùs lib. 1. collectionis Levitæ) Capit. Caroli & Ludovici Impp.* Ludovici non magis, quàm Caroli capitula omnium Francorum utriusque ordinis virorum assensu roborata esse, inculpatum præbet testimonium. Et *Capitul. eorund. Impp. lib. 6. c. 286.* in publicis negotiis consensus procerum adhibendi insigne extat documentum, ubi Carolus Imperator quorundam petito, ne Episcopi ad bellum pergant, locum ita relinquit, ut id in generali placito, quemadmodùm loquitur, consultu omnium fidelium suorum, seu, uti pari sensu subdit, in synodis & comitiis, ubi plures Episcopi & Comites

convenerint, firmandum, & clariùs etiam, *quæ generalia sunt, omnibus convenire ordinibus statuere*, non sine singulari candore profiteatur. Carolus Magnus igitur, potentissimus Rex, tametsi in comitiis summam (eandem quam Imperatores hodiè, nec majorem) decernendi potestatem habuerit, consensu tamen Ordinum supersedere nec voluit nec debuit; quæ similiter Vadiano, *apud Lehnm. Chron. Spir. lib. 2. cap. 37.* mens est, quando à Francis, summâ semper Principis, sed æquabili & omnium cõsiliis attemperante sese potestate, comitia celebrata dicit.

14. Nunc res postulat, ut dispiciamus, an quod *regulariter* ita se habere diximus, Imperatorem

rem nimirùm in Comitiis absq; Ordinum consensu nihil decernere, exceptionem aut limitationem aliquam admittat. Quemadmodùm *sup. in cap. 2. num. 6.* Imperatori jus esse, Ordinum placitum vel approbandi vel reprobandi, cum expressâ exceptione, *modò non, præfractè dissentiendo, Reip. commodum apertè negligat*, asserere non dubitavimus, ita sic hæc duo concurrant, ut 1. Ordines de quodam Reipublicæ negotio inter se consentire aut nolint aut non possint. 2. Nogotium illud tanti momenti sit, ut nisi in eo certi quid determinetur, Rempublicam non leve detrimentum capere, aut mox capturam esse constet, quis justè dubitet, quin regula illa,

classi-

classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti esse relationem (verbis ex Paurmeiſtero *ſup. num. 12.* productis) vim ſuam perdat, & Imperator, cui Rempublicam curare inprimìs incumbit, rei controverſæ, cùm Ordines partes ſuas deſerant, ſolum certo decreto, quod omnes ſequantur, ſubveniendi non tantùm jus habeat, ſed & eo modo ſubvenire ex officii lege teneatur? Atq; hujusmodi decretum Imperator æquè ac alia Reip. jura executione, legitimisq́ue aliis remediis, tueri debet, niſi exequendo majori damno, quàm ſi rem ipſam interminatã reliquiſſet, Remp. affectũ iri proſpiciat, quamvis etiam hoc caſu non ipſum jus, ſed inobſequentium

tium pervicacia, Reipublicæ magnum quidèm, minus tamẽ, quàm si executio subsequatur, malum concilians, Imperatori impedimento sit. Omne istud jus, quod circa hanc dictæ regulæ exceptionem ipsa imperandi ratio Imperatori tribuit, nusquàm evidentiùs, quàm *in Recess. Imp. de ann. 1544.* §. **Als wir aber in der Handlung.** & §. **vnd wir Cuhrfürsten.** *ferè in fin. Recess.* comprehensum reperitur: atq; id ibi Imperatori Carolo V. commodum accidit, quod, cùm jure sui uti vellet, &, ipsis inter quos non conveniebat fatentibus, jure posset, Ordines Pontificiæ religioni addicti, (nam A. Conf. professi judicium Cæsaris jam expectabant) quæcunque

queImperator de negotio controverso solus ordinasset, toleraturos, nec quenquam contra ea offensuros, firmiter promisêre, sic tamen, ne ex consensu, quem regulariter Imperii decretis adhibere soleant, sed juris istius, quod Imperatori competere docuimus, vi quasi adactos, (cùm etiam viderent, ad servandam Reipub. salutem, rem certâ decisione egere) ejusdem potestatem illâ suâ tolerantiâ agnovisse dicerentur. Inter præcipua enim eos, magis quàm Imperatorem, paucosq; ejusdem fidei alios, religio ita ceperat, ut si expresso consensu Protestantium paci consuluissent, se non tantùm eorundem doctrinam stabiliisse, sed & Catholicæ, ut vocant,

cant, Ecclesiæ dogmata, atq; reditus, non absq; insigni conscientiæ suæ læsione, contemtui, ac ruinæ apertè objecisse existimarent. Quod verò tali casu ab Imperatore decernitur, jure Magistratus, (summi sc.) & ex imperatoriâ potestate, ac plenitudine, von Oberkeit wegen / und aus Käyserlicher Macht / und Vollkommenheit / statui dicitur, quod idem est ac si Imperatorem, cum summam, quæ Reip. salutem maximè tuendam suadet, legẽ omnibus aliis regulis, quibus nihil jam obtineri posse videt, meritò anteponit, nudæ, nullâq; regulâ impeditæ majestatis vi decretum edere dicas. Per plenitudinem enim, & similia, ipsam Imperatoris majestãtẽ desi-

dissentientibus statibus ex plenitudine potestatis quandoq; decernat, additis quib⁹ hoc probetur Imp. recessibus. Neque hîc Reinkingius, neq; quivis alius negat, regulariter Imperatorem absque Ordinum consensu in Comitiis quicquam non debere statuere, quin nec hoc docetur, dissentiẽtibus inter se Ordinibus Imperatorẽ solum rectè aliquid decidere, sed demùm dissentientibus constanter inter se Ordininibus, & Republicâ, nisi certi quid statuatur, manifestò periclitante, solius Imperatoris decretum in Comitiis justum esse affirmatur, quod *num. praeced.* diligenter monuimus, & Reinkingius, particulâ, *quandoq;*, innuit, atque verbis Germanicis.

quæ

quæ ipſe Hippolith⁹ ex act. publ. Londorpii affert, clarè comprehenditur, ut mirari liceat, quod Hippolithus, *in initio ſeq. 3. & 4. ſect.* eâ opinione, quæ in ſingulari duntaxàt caſu ſuſtinetur, omnem Comitiorum vim in effectu ſubverti, vel, quod perindè eſt, ipſam regulam tolli, pertinaciter aſſeveret. Porrò, ſicuti hinc eorum, qui exceptionem hanc ventilando arcana Imperij tangi putant, timor ſatis vanus apparet, ita aliorum non omnibus argumentis ſubſcribo, quibus rem eandem defendere conantur.

IN SECT. III.

I.

PRimùm hîc notatu dignum eſt, malè Hippolithum ipſam reli-

religionem, cum Pace religionis, & justitiâ diversæ religionis asseclis æquabiliter administrandâ confundere. Articuli quidêm de Religione, Pace, ac Justitiâ, die Articul der Religion/ Friedens/und Rechtens/ propê se invicèm contingere, dicuntur, §. Nachdem wir uns in dieser. *R. I. ann. 1544.* seqq. tamen §§ & multis aliorum Recess. locis, non tantùm sermone, sed & reipsâ in habitis deliberationibus separati inveniuntur.

2. Ipsius religionis controversias vel institutis comitialibus consultationibus, vel solâ imperatoriâ autoritate decidere, (quamvis aliquando variorum instigationibus conatus, at per se evanidi, haud defuerint) propriè

priè imperatoriarum partium non esse, cùm alibi, tùm iterùm, d. Recess. *ann. 1544.* non obscurè indicatur. Nam §. dieweil aber zu solcher Christlichen. & §. §. seqq. diversas religiones aliter in Imperio conciliari non posse, docetur, quàm ut aut generali (adde, & libero) Concilio religionis dogmata determinentur, aut amicabili & Christianâ compositione dissidentes partes in fidei articulis tandèm conspirēt. Ultimâ autem hâc viâ incedi cōmode sic videbatur, ut aut Imperator, & diversæ religionis Ordines per eruditos & pacificos Theologos, (pars quælibet per suos) quantum quisq; in religionis dogmatibus vel bonâ conscientiâ concedere posset, vel

læsâ

læsâ nollet, conſcribi curarent, & indè in proximis comitiis conciliandi occaſio ſumeretur, Solch aller Theil bedencken/ alsdann gemeinen Ständen fürlegen / und mit ihnen auff freundliche und Christliche Vergleichung handeln/ §. Nachdem aber ungewiß. *d. R. I. ann. 1544.* aut præmiſſis ad locum proximè habendorum Comitiorum pro inſtituendo Chriſtiano atq; amico Colloquio omnium partium Theologis, Ordines deindè cum Imperatore congregati ê colloquentium relatione, quãtum quis cuiq; cederet, ulterioris amicæ conciliationis anſam haberent, §. Dieweil wir aber aus sonderem. *cum ſeqq. Receſſ. Imp. an. 1545.*

3. Quibus rectè ponderatis, Imperatorem neq; habitâ deliberatione cum Ordinibus, neq; solũ ex imperatoriâ plenitudine de ipsis religionis dogmatibꝰ disponere palàm est, verùm hoc non impedit, quò minùs Imperator aut cum consensu Ordinum, aut ijs, magno Imperij detrimento, omninò dissidentibus, solus vi sum̃æ potestatis, interim dùm religionis dissidiũ componi speratur, motibus in Imperio propter diversam religionem exortis Pace aliquâ consulat, & Justitiæ cursum, qui eâdem ex causâ substiterit, integritati reddat. Tale jus Imperatori & competere & concedi suprà laudatus R. I. *ann. 1544* §. Als wir aber in der Handlung. *& ferè in fin. Recess.* §. und wir Churfürsten. dilucidè ostendit.

4. Eum autèm non esse locorum istorum sensum, Hippolithus indè obtinere allaborat, quod, quia Imperator pontificiæ religioni adhæreat, absurdũ videatur ei religionis negotium committere, qui amore suæ religionis, Protestantium doctrinæ absq; dubio decreto suo præjudicaturus sit. Sed jam monui, ipsam Religionem Hippolithũ, cum Pace Religionis, justitiæq; administratione, ubi minimè par sit, miscere: deindè si Hippolithus existimet, etiam in his Imperatorem in Pontificiorum gratiam facilè quicquam decreturum, id aut religionem Protestantium verè afficiet, & hic Imperatori decidendi jus non esse jam probavimus; neq; enim

quod directò non licet, indirectâ viâ persequetur, quin hoc cùm Imperatores vehementi Pontificiorum instinctu aliquãdo non potuerunt non tentare, magis ac magis Imperium laborâsse, reapse experti sunt: aut religionem Protestantium non affliget, nec ad ipsa in genere religionis dogmata accedet, sed tantummodò ad Imperii salutem sartam tectam conservandam constituetur, atq; hîc magis, quàm in cæteris merè politicis Reip. negotiis, quæ quamdiu religionis dissidium viget, diversæ religionis Ordines concernere necesse est, suspicione Cæsarem gravare non convenit. Quod ad Ordines, res longo tempore acriter controversa hodiè

diè *per pacif. Osnabr. cap. 5. numer. 19.* expedita est, quæcunque Religionis negotia, non votorum pluralitate, sed amicabili compositione transigi debere. Oportuit ergò Hippolithum negotia distinguire, ne quib⁹ A. Conf. secutis è d. I. R. *ann. 1544.* singularis de quâ locuti sumus Imperatoris potestas sat luculenter probatur, adeò constanter pro apostatis haberet. Sed nunc de absurditatibus, quas *d. Recess.* textui inesse putat, ulteriùs videamus.

5. Cæsarem non ex imperatoriâ plenitudine, sed consentientibus Ordinibus in istis Comitiis religionis pacem constituisse ideò credit, quod verisimilius sit, si Imperator dissentientibus Ordini-

dinibus ſolus decernere potuiſſet, Proteſtantibus auxilia, quæ antequàm religionis pace fruerentur, conferre nolebant, contra Gallum imperare maluiſſe, quàm Pontificiorum cauſæ, cui ipſe addictus fuerit, adverſari. At res hæc non è vanis conjecturis, ſed ſingulari Imperatoris prudentiâ æſtimanda eſt. Etenim proſpiciebat, ſi ex plenitudine Proteſtantibus auxilia injungeret, contra iisdem religionis pacem denegando, Pontificiorum voluntatem impleret, fore non tantùm ut Proteſtantes auxilia minimè conferrent, ſed ipſa quoque Pontificiorum cauſa atq; religio, cum perſpectum haberet, Proteſtantes, quorum conſcientiæ denegatâ pacis religione

gione cogerentur, onerarenturque, extrema quæq; tentaturos, (quemadmodùm posteà, cùm iterùm Pontificij decretam religionis pacem impugnarent, subsecutâ intestini belli calamitate, experientia sat superq; docuit) universa adeò Reip. salus in summum discrimen adduceretur. Quò igitur religionis pacem Imperator promulgaret, consequendorum â Protestantibus contra Gallum auxiliorum facilitas causa sanè minima fuit, longè major Reipublicæ conservandæ necessitas. Imperatori enim plenitudinis jus, sicut omnis alia potestas, non ad destruendum, verùm erigendum Imperiũ tribuitur. Non itaq; ideò Imperatori illud plenitudinis

jus adimamus, quòd Pontificiis contra Reip. propriumq́; commodum laborantibus decreto astipulatus non fuerit.

6. Ex ipsius porrò rei historia Hippolithus evincere conatur, Imperatorem non ex plenitudine, sed cum consensu etiam Pontificiorum decretum istud edidisse, idq́; ideò quòd Historicus scribat, *Coloniensem & Monasteriensem à Protestantibus stetisse, Clivensem & Badensem arbitrio Cæsaris omnia permisisse*, undè cæteri Pontificii permoti sint, ut *non se quidèm assentiri, sed neque Cæsari modum in eo præscribere, nec ipsius derogare potestati, sed tolerare velle* dixerint. Quid hæc historia pro Hippolitho faciat, equidem non video, cùm potiùs indè

indè nostra sententia multùm stabiliatur: Nam Pontificios & Cæsaris summam potestatem agnovisse, & *assensum* à *tolerantiâ* accuratè distinxisse, manifestè apparet, atq; aliàs quantum inter hæc duo intersit, cuilibet obvium est. Nec tamen illi tàm paucorum istorum divortio, quàm quod Remp. aliter sanari non posse viderent, ad tolerantiam descenderunt: quantula enim, qui Cæsaris propositum apertè probârunt, Pontificiorum pars fuerint, vel è solâ Recessus subscriptione ita elucet, ut credibilius sit, adeò multos non ob paucorum diversam opinionem, sed ad sublevandam necessitatem proprio motu tolerantiam promisisse. Iidem verò Pon-

tificij, ſe magis ſi ex tolerantiâ, quàm ex aſſenſu decretũ Imperatoris ſuſciperent, conſcientiam ſuam exoneraſſe crediderũt, ut *ſup. ad ſect. praeced. num. 14.* oſtendimus, quamvis eam de re praeſenti opinionem non modò Proteſtantes, ſed ipſe etiam Cæſar, & Catholici nonnulli alij, ſuperſtitionis plenam judicaverint: Poſteà demùm, biennio vix elapſo, cùm Pontificij decretum illud Spirenſe omnibus viribus oppugnarent, & Cæſar Proteſtantes bello perſequi occiperet, an alia tùm ejus mens fuerit, haud dixerim. Extant quidem in Saxonis & Heſſi reſponſione ad proſcriptionem Cæſaream, *apud Sleidan. libr. 18. & Hortlederũ*, noñulla Granvel-

lani

lani & aliorum dicta, ê quibus rem cum Protestantibus nunquàm seriò actã colligeres, sed illos ipsos sermones aut tempori fuisse accommodatos, potiùs quàm ut credam, Proceres Imperij in ipsis rerum tàm seriarũ, tamq́ue firmiter constitutarum actibus aliquid tempori accommodare, ac se invicem adeò insignis ludos facere voluisse, aut ad urgentiores imminentis belli, ad quod laudatissimus alioquin Imperator (qui nunquàm meliùs, quàm cum suo consilio usus est, Remp. administravit) Pontificis instinctu variis opinionibus distractus impensè ferebatur, causas exhibendas prolatos esse, vix est de quo ambigam. Sanè idèm Granvellanus,

apud Sleid. lib. 17. Spirense decretum etsi tempori accommodatum fateatur, violandum tamen non fuisse innuit, quando violationis culpam à Cæsare removet, & verbis istis, *quis autèm contrà fecerit, non est obscurum*, Protestantibus eam imputat; mox enim de iis ad Lantgravium subjungit: *Ne vos quidèm ipsi liberam permittitis religionem, nam qui diversum sentiunt à vobis, carcere mulctantur atq; pecuniâ.* Quicquid sit, Carolum V. constanter & absque fuco decretum Spirense emisisse facilè me persuaderi patior, cùm etiam omnia ea curata sint, quæ ob contestatum in ipso Recessu Pontificiorum dissensum, & nudæ tolerantiæ factam mentionem, Imperatoris decre-

decretum enervandi occasionẽ aliquando præbere possent. Speciali enim promissione omnes Ordines ad hujus imperatoriâ plenitudine decisi non minùs, quàm cæterorum cum Ordinũ consensu definitorum articulorum observationem se obstrinxerunt: Gereden und versprechen in rechten/ guten/wahren Trewen/dieselben samt den oberührten Articuln/so die Römische Kays. Mayest. aus ihrer Kayserlichen Macht/und Vollkommenheit gesetzt und geordnet hat/ &c. wahr/ steht/ fest/ auffrichtig/und unverbrüchlich zu halten und zu dülden/ auch niemands dagegen zubeschweren/ sonder gefährde. Quis tàm exuberantia virorum Principũ polli-

pollicita, tùm præsertim cum facta sunt, ad fucos, aut puerorum crepundia referre ausus fuerit? hinc rectè Hessus ad Granvellanum, *apud Sleid. d. libr. 17. bono equidem animo Spiræ factum illud à Cæsare decretum arbitror, & cùm adversarii velle se tolerare illud tunc promiserint, non est quòd jam reclament.* Et mox: *Fore speramus, ut quod tunc & comprobatum fuit & sigillis obsignatum, minimè violetur.*

7. Hinc iterùm conjectationis istius vanitas detegitur, tolerantiæ verbo, & injectâ dissensus mentione id spectatum fuisse, ut Cæsar, atq; Pontificii fallerent, Protestantes fallerentur, nam Pontificij & tolerantiam suam contestati sunt, ne Imperatori sum-

ſumam poteſtatem aut plenitudinem denegare viderentur, & diſſenſus mentionem inſerendã ſuperſtitiosè judicarunt, ne tolerantia illa pro conſenſu haberetur, atque quod ipſi unà pacis Proteſtantibus datæ autores nõ fuiſſent, (in noſtro enim caſu uti tolerare decretum, eiq; obedire juſtum ducebant, ita tantùm, ſi ipſi unà ejusdem decreti autores eſſent, conſcientiam lædi putabant) ut publica & expreſſa teſtificatio extaret; ne tamen ejusmodi vel clauſulæ, vel publicæ conteſtationes ultra debitum finem operarentur, nec Cæſarei decreti valorem in dubium vocarent, omnes Ordines illius, tanquàm ſi cum Ordinum conſenſu prodiiſſet, obſervationem ſat clarè polliciti ſunt,

8. Porrò jam (nisi nimiùm me mea frustratur opinio) conciliata esse existimo, quæ Hippolithus perpetuo quasi bello dissidere arbitratur, Dissensum nimirùm Ordinum in Recessum recipi, & tamen Imperatorem solum ex Plenitudine validè decernere: Dissensus enim istius testificationem non ad enervandam Imperatoris decisionem, aut quasi ad ipsam religionis pacem improbandam valida esset, sed ad innocentiam Pontificiorum, ut ipsis videbatur, demonstrandã, alioquin omninò supervacuam, Recessui insertam esse, suprà non semel vero consentaneum ostendimus.

9. Simile quid in Comitiis Wormaciensibus *ann, 1545*. contigit;

tigit: ibi enim, prævio aliquo pacificorum Theologorum colloquio, proximis Comitiis tentandam amicam religionis conciliationem Cæsar statuebat: Protestantes id colloquium, modò per id Spirensi decreto præjudicium nullum fieret, facilè admittebant, Pontificij verò, etsi Cæsaris conatum impedire nec vellēt nec jure possent, ut ipsi fatebātur, quia tamen de tali colloquio instituēdo expressè consentire salvâ conscientiâ se non posse existimabant, quòd, indicto jam â Pontifice Concilio Tridentino, ad ejusmodi colloquium, & secutura Comitia ipsius religionis negotium remitti, peccato non vacare judicarent, dissensum suum Recessui inseri, tan-

tantummodò conſcientiæ ſuæ illibatæ teſtificandæ causâ, obtinuêre. Quò pertinent, quibus poſt diſſolutum atq́; abruptum, quod Cæſar inſtituerat, colloquium in Regenſpurgenſibus Comitiis, *ann. 1546.* Imperatorem à Pontificiis denuò admonitum Sleidanus ſcribit, *d. lib. 17. Re deliberatâ*, (Pontificii) *concilium Tridentinum approbant, & Cæſarem, ut illud tueatur, & proteſtantibus perſuadeat, hortantur, quo nimirùm & eò veniant, & ſynodi decretis atque cognitioni ſe ſubmittant.*

10. Sint igitur, quæ Hippolithus hactenus docuit, juxta Plautinum illud, *non nugæ, non enim mortualia*, certè non adeò nobis ominamur malè, ut, perpenſis qui-

quibus Hippolitho contradiximus, inter eos habere nos velit, qui vitri exteriora lambunt, pultem verò non attingunt. Agnoſcat interim, quam non abſurdè, ſed accuratè ut nihil ſuprà, Imperii receſſus loquantur, & Cæſaream plenitudinem apertè probent, nec eam aliter, quàm res exigit, deſcribant. Et tandèm ita argumentetur: Si in præcipuo difficillimo, & religionis cauſæ adeò affini, Imperii negotio Cæſerea plenitudo, rebus ſic ſtantibus, locum habet, in cæteris omnib⁹ Imperii negotiis, ne Reſpublica laboret, Imperatori idem licere extra dubium eſſe debet.

11. Ratio, quâ uſus ſum, *ad ſect. præced. numer. 14.* & verba textuum,

tuum, quos *è R. I. ann. Chr. 1544.* adduxi, ſola ſufficiunt ad rectè defendendam hanc ſententiam, quarè an ad demonſtrandam Cæſaream plenitudinem è *Receſſ. Imp. ann. 1555.* ſatis evidens argumentum ſuppetat, tantum abeſt ut cum Hippolitho litigem, ut etiam concedam, Pontificiorum reſervatum à Rege Ferdinando non ê Cæſareâ plenitudine, quam exercere abſoluto Imperatoris mandato poterat, ſed, Ordinibus ſuum jus in ejus arbitrium conferentibus, decernendo approbatum, receſſuiq́; inſertum. Qamdiu enim Imperatores Ordinum conſenſum, quamvis non directò, per conſequentiam tamen, in difficilibus inprimis Reip. negotiis, obti-

obtineri posse credidere, eâ viâ progredi, quàm plenitudinis jure uti, tutius existimarũt. Simile Rex Ferdinandus in constituendâ *ann. 1555.* religionis pace observavit, tutiusq; habuit, si id, quod decrevisset, Ordinum consensu ex compromisso profluente firmaret, quàm summâ potestate uteretur. Sanè plenitudinis jus usurpare, si voluisset, non modò potuit, sed ab Ordinibus invitatus est, uti è *publicorum & originalium, quemadmodùm loquuntur, de pace religionis actorum, à Lehnmanno editorum libr. 1. cap. 19. & cap. 21. ferè in fin.* videre licet. Et noluisse Regem plenitudinis vocem vel adhibere, *apud eundem Lehnman. d. libr. 1. cap. 23. ferè in fin.* hæc indicant:

cant: Das Königl. Mayest. wolt aus Käyserl. Mayt. auff-getragener Vollmacht/und der Churfürsten und Ständt alten Religion Räht und gesandter übergab und Heimstellung diese Versehung thun/&c. Pontificii enim citiùs, ac Protestantes Ordines, rem totam ad arbitrium Regis detulerunt, cui tamen posteà hi, etsi tardiùs, se similiter submiserunt.

12. Evangelicos quidem Ordines (quod nonnulli quibusdam tantùm eorum adscribunt) contra decretum, quod Ferdinandus Rex de dicto reservato edidit, quasi eo teneri nollent, protestatos esse, plerique nostrorum tàm pertinaciter tradidêre, ut ista opinio non minima

belli

belli intestini causa fuerit: Sed ex actis de pace religionis editis conspicuum est Protestantes æquè ac Pontificios decreti observationem promisisse, tantummodò illos conscientiam suam publicè contestatos, id quod etiã aliquando Pontificios fecisse, suprà ostendimus, quamvis Protestantes ita non fuerint superstitiosi, ut aut contestationem illam ipsi Recessui inseri urgerent, aut consensum suũ, qui ex ipso compromisso consequebatur, in eodem recessu celari cuperent. De contestatione ipsa, ejusq; fine, *apud Lehnm. d. libr. 1. cap. 21. ferè in fin.* hæc verba extant: Do E. Königl. Mayestät &c. diesen Articul dergestalt / wie er von E. Königl. Mayestät gesetzt / an

an stat auff Heimstellung / und habenden Gewalt / auch Vollkom̃enheit der Kays. Mayt. &c. und also von wegen ihres obliegenden Am̃ts und für sich selbst zuverordnen endlich entschlossen / So wissen Ihr Chur- und Fürstl. Gn. E. Kön. Mayest. über beschehene unterthänige Bitt / und fürwendung / hierin kein form oder maß zusetzen &c. Aber daneben wollen J. Chur- und Fürstl. Gn. sich ihres Gewissens halben diß declarirt un̄ erklärt haben / daß sie für sich in solchen Articul nicht willigen kondten / allein aus dieser Vrsachē und diesem effect und Ende / damit sie der Ehr Gottes nichts entziehen / und in ihren Gewissen nicht ein Stachel lassen /

sen/ Als hätten sie durch ihr Bewilligung einigen Menschen den Weg zu der wahren Erkandnus Christi unsers Seligmachers und zu seinẽ Heil. Evangelio verschlossen. Sonsten wollen Ihr Chur- und Fürstl. Gn. diesen Weltlichen Frieden trewlich halten/ und seynd zu Vollnziehung alles andern/ so obbemeltem Religions/ auch sonsten dem gemeinem Landfrieden einverleibt/ nicht weniger als andere Stände geneigt. Ut ut res ipsa hactenùs multis dubia visa fuerit, nuper, inter pacificationis Osnabr. cætera, controversia hæc æquissimo jure composita reperitur.

13. Non igitur contradico Hippolitho, quando diversa esse

docet, ex Plenitudine decidere, & decidere obtento ex compromisso Ordinum consensu. Hoc namq; etiam casu Ordines consentiunt, non directò (quod in jam laudatis Germanicis verbis vocatur, für sich willigen) sed per consequētiam compromissi, quod suprà quoq; attigimus, Sed caveat Hippolithus existimet, ejusmodi Ordinum compromissum amplius quid in Imperatorem conferre, quàm ut de Ordinum consensu, quicquid pro Reip. salute statuerit, tutus esse, & hinc consensum Ordinum in ipso recessu laudare queat, ipse enim nihilominùs ex propriâ & summâ potestate, quâ etiam unanimi Ordinum consensu conclusum approbat, aut repro-

reprobat, rem controversam determinat, quod quæ de comitiali Imperatoris potestate scripsimus, facilè evincunt. Undè simul inter arbitrum Imperatorem, ejusve vicarium, & eos qui arbitri in particularibus quorundam Procerum religionis pacem concernentibus controversiis assumuntur, permultùm interesse manifestum est, ut adeò vim paret Hippolithus, qui è toto cœlo distantibus similitudinis argumentum elicere cupit.

In SECT. *IV.*

I.

DE transitione, quâ sectionē hanc Hippolithus orditur, deq; cæteris, quæ isti transitioni, ātequā suā de comitiali Impera-

toris potestate opinionem profert, proximè subjungit, quid sentiendum sit, cognosci potest ex iis quæ *sup. ad h. c. sect. 2. n. fin. & num. 9. cum seqq.* notavimus. Ipsa verò opinio, quâ *vim omnem Comitiorum in Ordinum manu sitam censet*, nostrâ *ad d. sect. 2. num. 9. cum. seqq. & ad sect. proximè præced.* commentatione abundè refutatur. Suâvis verò est Hippolithus, qui quid potestatis, nunc cùm Ordines in Comitiis per classes suffragantur, Imperatori competat, docere vult & debet, eventu, qui quamdiu ipsum Imperium vigebit, haudquaquàm emerget, si nimirùm Ordines, amotis classibus, per majora (ut loquimur) deliberationes terminarent, jus comitiale

tiale Imperatoris considerat, &, quod absurdius est, ex naturâ Status, qualem in Imperio existere ipse negat, satis anxiè ruminatur; Ordinationibus etiam atq; recessibus Imperii, quando ad præsentem Statum recurrere cogitur, perperàm proposito suo applicatis, tandèm Imperatori, ubi vota æqualia sint, alicui parti assentiendo controversiam decidendi vix, certè nullum ulterius jus esse constanter docet, non secùs ac si Hippolitho cum arbitro quodam, qui in aliis negotijs Obmann Germ. dici solet, Imperatorem commutare licuisset. Verùm inspiciamus argumenta, quibus facili operâ & suam stabiliisse, & communem, nostramq; sententiam evertisse putat.

2. Primum argumentum quomodò, probatâ & dextrè explicatâ communi sententiâ, minimè eidem obstet, & Hippolitho neutiquàm subveniat, jam *sup. add. sect. 2. n. 11.* ostendimus.

3. Secundò Hippolithus indè quòd Regimentum olìm in locum comitiorum annuorum subrogatum sit, subrogatum autèm induat naturam ejus, in cujus locum surrogatio facta fuerit, in Comitiis unicum ac ultimum decisivum duntaxat (ut vocat) votum Imperatori cōpetere arguit, quia ejusmodi tātùm voto in Regimento polluerit. Quantum hîc distorti, falsi, absurdiq; occurrat, paucis indicare satis habeo. Id negari nequit, cùm in Imperio multa quo-

quotidiè inciderent, quæ frequẽtem cum Ordinum consensu imperatoriam ordinationem atq; dijudicationem desiderabant, Comitia, quæ hactenꝰ extra Ordinem indicebantur, stato singulorum annorum tempore haberi consultius visum fuisse, *in princ.* der Handhab. des Fried. Rechtens/ *&c. an.* 1495. Cùm verò Imperatorem annuatìm cum Ordinibꝰ convenire non solum nimiam molestiam, magnosq; sumptus crearet, sed & ad sublevandas, quæ porrò ingruebant, imperandi difficultates non sufficeret, peculiare aliquot personarũ, & continui sex annorum temporis collegium institutum est, quod Imperatoris & Imperii Consiliũ, sive Regimentũ dictum,

ctum, commissas Imperii causas atq́; negotia fideliter expediret, Ordn. des Regiments. *ann.* 1500. *tit.* von den Zwentzigen. Quod Regimentum Hippolithus quando in locum annuorum Comitiorum successisse statuit, locum quoq́; quorumlibet Comitiorum, saltèm itra istud sexeñium, occupâsse reverà affirmat. Per se enim in tempore ipso nulla talis latet successio, ut præteritum sequentis vices subeat; & ulteriùs in nostro casu opinari, continuum Regimenti tempus interstitio distincti temporis locum implere, oppidò foret absurdum: Ex adjuncto itèm tempore comitijs diversam naturam nemo attribuit, nisi qui rationis arti impingit.

Tan-

Tantum autèm abest, ut Hippolithus ex allegato textu, & deductâ ab universalium Comitiorum Præside nescio quâ ratione, Regimentum in locum Comitiorum successisse probet, ut etiam vigente Regimento Comitia in suo jure perstitisse palàm sit, *d. O. R. ann. 1500. tit.* Das Regiment mag die sechs Churfürsten/ *&c. vers. fin.* Oder ob es die grösse. quem vers. de Comitiis loqui, Recessus Imp. Esling. *ann. 1526.* apertè declarat, & inter cætera ipsius rei viva testimonia, exemplum habitorum Comitiorum *ann. 1525. &c.* demonstrat. Intra statum quidèm tempus, si Regimentum negotiis in Comitijs tractari solitis sufficeret, Comitia edici, ut non è re, ita nec jus

erat, maximi tamen ponderis causæ, quibus non sufficere videbatur, Comitiis reservabantur, *d. vers. fin. O. R. ann. 1500.* ut ex O. R. Worm. *ann. 1521.* huc facientia præteream. Et quia non hinc modò, sed & ex aliis differentiis, (præcipuè quod in Comitiis Ordines hereditariâ libertate atq; autoritate negotia tractant, Regentes, ut appellantur, in Regiméto mutuatitiam paucorum annorum potestatem exercent; Ordines per classes suffragia promunt, Regentes viritìm) diversa ac peculiaris tùm Comitiorum, tùm Regimenti natura elucet, Hippolithi traditio, Regimétum in locum Comitiorum annuorum subrogatum fuisse tantò est suspectior.

Verun-

Veruntamen si ea traditio veritate constaret, cuicũq; ingeniũ Hippolithi demirari fas esset, quo interpretum privati juris regulas in juris publici materiâ vix hilum æstimat, nihilominùs, ubi de Imperatoris potestate, re maximi præjudicii, & omnium maximè agit, aliquod impensè lubricum privati juris consultorum brocardicum, quod dicunt, ad opinionem suam sustinendã avidè arripit: *Surrogatum sapere naturam surrogati*, seu, *ejus in cujus locum surrogatum est.* Variæ Dd. limitationes non solùm regulam istam ferè ad nihilum redigunt, sed tales quoque extant, quæ eam in nostro etiam casu officium suum perdere numero non parvo arguunt, inter

multos Dd. vid. Ant. Grabriel. *lib. 6. concluſ. 2. num. 58. 65. 66. 67. 68. 76. 77. & fin.* Ut alia taceam, ſi Imperator poteſtatem ſuam iu Regimento magis, quàm in Comitiis coarctari paſſus fuiſſe exiſtimaretur, indè quod Regimentum non omni, ſed extraordinariæ & temporali neceſſitati principialiter fuit accomodatum, graviſſima nihilominus negotia Comitiis, atq; ordinariæ Imperatoris poteſtati reſervata ſunt, ratio diverſitatis non eſſet in obſcuro. Undè ſimul ad illam Hippolithi objectionem facilè reſponderetur, quâ abſurdum putat, Imperatori in Comitiis, præſentibus plurimis Principibus, & Ordinum abſentium ablegatis, majorem quàm

in

in Consilio quorundam deputatorum potestatem tribuere Sed iterùm ponamus, in re præsenti dictam regulam tutò usurpari, nondùm Hippolithus adductis textibus obtinuit, Regentes, non attentâ Cæsaris, aut ejus Vicarij, si quam haberent, contradictione, per majora solos vel processisse, vel decrevisse. Notandum enim, ut plurimùm ubi Regimenti, quod & plerumque Imperatoris Imperijq; Consilium nuncupatur, mentio fit, Imperatorem ejusvé Vicarium separatim nominari, (uti passim videre est) ita ut nusquàm appareat, Imperatorem, vel hujus Vicarium, inter ipsos Regentes seu Consiliarios numerari, indè potiùs imperialem potesta-

tem à potestate Consiliariorũ dignoscendam esse haud difficulter conjiciatur; Simul enim si hæc confundantur, Imperatorem, cujus ipsius Regimentum esse, & à quo idem omnem potestatem atq; mandatum accepisse dicitur, *tit.* von den Zwentzigen/ *&c. ferè in fin. in tit.* wie alle Sachen bey dem König/ *&c. d. O. R. ann.* 1500. inter eos in quos potestat collata sit collocando absurdum evitari non poterit. Ubicunq; igitur de pluribus Consilii seu Regimenti votis sermo est, consequens est ut eo votum aliquod Cæsaris, (quem dubiis præsertìm probationibus suffragiis immiscere, iis quæ alibi jam tradidimus minimè convenit) ejusvè vicarii, comprehendi existima-

ſtimare non debeamus, ſed ſi Cæſar, vel Vicarius, conſentiat aut non contradicat, majora (ſive plura) vota attendi: Idq́; ideò in ſpecie monendum erat, ne omnium vota præcisè requiri, aut, quod rei ipſi magis conſentaneum eſt, ne opinio quenquam inceſſeret, Cōſiliarios vota, ut in Comitiis, per claſſes edere, ſed viritim majora conficere, (quem intellectū generalis loquela, Soll dem ſo durch den mehrern Theil beſchloſſen wird/ folg beſchehen/ cum ſimilibus, exigit) ex ipſâ diſpoſitione liqueret. Quemadmodùm item ſeparatìm Imperatoris & Regimenti mentio fit, ſic de conſenſu Imperatoris atq́; Regimenti ſeparata reperitur oratio, *d. O. R. A.*

R. a. 1500. tit. wie der Churfürst vor Ausgang *&c. verb.* derselbig mag mit unser Verwilligung/ *&c.* oder des / so wir an unser statt ordnen/ und des mehrern Theils des Reichs Rath/abscheiden. Ubi, si soli Consiliarij per majora decernent, specialiter Cæsaris, aut Vicarij, placitum inculcare haud opus fuisset. Si etiam concederem, Imperatorem in Regimento inter suffragatores locari, ei tamen ultimum, seu tantummodò, ubi vota Consiliariorum æqualia sint, decisivum votum competere, ut Hippolithus sentit, hujus & similium textuum, (modò suffragium, ut dixi, Cæsaris ex ijs elicere par esset) ut *tit.* wie zwentzig Persohnen in das Regiment *&c.* ibi: Sollen wir / oder der/

der/den wir an unser statt setzen werden / mit sampt des Reichs Rath/ Macht haben. *& tit.* wie das Regiment etlichen Räthen *&c.* & *tit.* verbindung der Königlichen *&c. d. O. R. ann. 1500.* laxitas omninò refutaret. Cæterùm Regimenti naturam indagare, nisi multiforme vitium, quo Hippolithi argumentum laborat, eò duxisset, in nostro casu superfluum fuit. Nam omnibus istis positionibus, interpretationibus, præsumptionibus, frustrà ùtimur, ubi de re ipsâ clarè constat. Jam enim quæ & quanta sit Imperatoris in Comitijs potestas, non hodiè nata, sed indè à Carolo Magno in Imperio usitata, superiùs non sine fundamento, & luculenter docuimus.

4. Ter-

4. Tertium argumentum Hippolithus ex ordinatione judicii Cameralis extorquere cupit. Sed neq; hoc quicquam ad rem pertinet. Cum enim Camera Imperialis ex præscripto comitiali, nec aliter quàm Imperii constitutionibus receptoq; jure proditum est, judicet, (quemadmodùm etiam ipsi Reges judicando â Regni legibusq; moribusq; non recedunt, quod & absq; majestatis ruinâ polliceri possunt, uti ê superiùs *ad c. 1. n. 14.* traditis colligere facile est) Cameræ judex seu Imperatoris Vicarius in causis decidendis calculum suum addat, an tantùm, ut Assessores ritè, & secundum Imperij leges atq; consuetudines jus reddant, dispiciat, parùm refert;

&

& *sup. ad sect. 2. num. 11.* jam demonstravi, regulariter ab Imperatoriâ autoritate alienum esse, ipsum, vel ejus Vicarium inter suffragatores collocari. Nam quod Ord. Cam. ann. 1495. *tit.* **wie das Cammergericht mit Richtere** *&c.* vers. **und ob sie spännig.** paribus Assessorum votis, jus decidendi (postremum, itèm ultimum ac decisivum, votum appellat Hippolithus) Cameræ judici competit, voti nomen propriè non meret, summam potiùs judicis autoritatem indicat: Quamvis posteaquàm numerus Assessorum augeri, & distincta indè Senatus corpora seu Consilia (**Råhte**) fieri cœperunt, *Ord. part. 1. tit. 10.* §. **ferner ordnen wir.** *Recess. Dep. Spir. ann. 1557.* §. **damit auch**

auch die *Ordinarii*. (Quæ, cum sedecim tantùm nominarentur Aſſeſſores, conſtitui commodè non poterant) ſi æqualia Aſſeſſorum vota prodierint, vel aliud magni ponderis inciderit, tale remedium repertum, *Ord. part. 1. tit. 13.* §. **weiter ordnen/ſetzen und wöllen wir auch.** ut ipſius judicis Cameralis deciſione hodiè vix opus ſit. Præterquàm igitur quod illud nimis generale, & valdè lubricum, *judicium Camerale, quoad cauſas judiciales, Comitia*, (ita Hippolithus loquitur) *ſeu univerſum Imperium repræſentare*, hoc judicio, quod ab eâ, quam ab ipſis Comitiis legem accipit, ne latum quidem unguẽ diſcedit, jus Comitiorum metiri velle inconveniens eſt. Et nimi-

mirùm Imperator, quia etiamsi remotis Assessoribus solus judicaret, legibus moribusq; Imperij inhæreret, nisi aut superfluo causas protrahere, aut ipse sibi contrarius existere voluerit, nullum approbandi, aut reprobandi jus in Camerâ usurpat. Sin ipsa Camera vitio aliquo laboret, aut ibi malè judicatum fuerit, per Visitatores aut Revisores, quorum tamen itidem â generalibus Comitiis, in quibus Imperatoris majestatem emicare jam asseruimus, potestas dependet, defectus emendatur. Hinc ergò Hippolithus animadvertat, quod judex Cameralis plurium votis aquiescit, Cæsaris majestati non magis præjudicare, quàm Electorum prærogativæ,

væ, quòd Aſſeſſòres non per claſ-ſes, ſed viritim jus dicere patiuntur; & multa ab Imperatore in particularibus Collegiis, ſalvâ majeſtate, admitti poſſe, quæ in Comitiis conceſſa eam perimerent. Sufficit autèm eſſentialem in Imperio Juſtitiæ adminiſtrationem penes Imperatorem eſſe, quod ulteriùs infrà oſtendemus, & proptereà omnes judiciales proceſſus Imperatoris nomine, atque ſigillo, teſte claro uſu, decerni & expediri.

5. Quartò Hippolithus à Deputatorum Conventu argumẽtum pro ſe fruſtrâ deducere conatur. Si ex peculiari diſpoſitione Cæſar ejusvê Commiſſarii in hujusmodi conventu plurium

um suffragiis starent, quod & regulariter tantùm specialem aliquem majoris motus casum talis conventus spectet, *R. I. August.* *1555.* §. So sich dann abermals die Sachen. & idem à Comitiis vim suam mutuetur, & imò casu gravissimo ad Comitia redeat, *d. I. R.* §. und so abermals die Versamlesse, indè hanc argumentationem levi operâ removerem, sed Hippolithus observantiam, quam Paurmeisterus testatur, ex quâ Imperatoris Commissarios in hoc Conventu ab Ordinum Deputatis nihil obtrudi constat, nondùm infregit. Cui enim credit referenti, Ordines existimasse, ad Conventum selectos initio viritìm sententias dixisse, ita ut plurium vota obtinuerint, (quod

(quod tamen Cæsaris Comissarios non tangit, sed selectorum Ordinum suffragia spectat) cur non similiter fidem habet asserenti, vota hodiè per classes promi? De Cæsarianis verò Paurmeisterus apertè docet, ijs Deputatos non posse quicquam invitis præscribere, idq; non tantùm ab eodem laudatus textus, §. und im fall da die. *R. I. ann. 1555.* tantò magis, si quæ suprà de comitiali Imperatoris potestate, exposuimus attendantur, dilucidè probat, sed & ipsa ab Hippolitho è Recess. Imp. *ann. 1582. & 1594.* allegata haud obscurè innuunt. Quando enim veteris celebratiq; usus mentio fit, commonstrante particula adversativâ, Aber/ in negotijs inibi expres-

pressis viritìm vota iniri, & sic plurium sententias attendi, contrà receptam in Imperio consuetudinem, & speciali ratione placuisse, dubium esse nequit, quæ specialis ratio indè satis evidens est, quod causæ ibidem propositæ non solâ potestate, sed secundùm acta & probata ventilari atque decidi debuerunt, in quibus peculiare aliquod approbandi reprobandivé jus Imperatori reservari non necessum, nec ejus majestati, si non reservetur, detrimentosum accidere, *num. praeced.* vidimus: Quin summam potiùs Imperatoris potestatem designat, quod paribus votis re in suspenso relictâ, ipse solus eam terminandi jus habet. Hinc ergò apparet, Hippolithi opinio-

K nem

nem textibus, quos ipse addux-
it, refelli potiùs, non probari,
& tandèm vanam esse, quam
toties texit consequentiam.

6. Pergit Hippolithus, & quintò
ut causæ suæ inserviat omnium
falsissima statuit, Ordines nimi-
rùm & absente, & contradicen-
te Imperatore in Comitiis pro-
cedere, ac concludere posse.
Quando de absentiâ Imperato-
ris loquitur, quia addit, *si is non
compareat*, ipse innuit casum spe-
cialem, quo Imperatori denun-
ciatio facienda est, & quidèm i-
terùm docente alleg. §. *ex Ord.
Reg. ann. 1500.* in casu specialis
potestatis Regimento ab ipso
Imperatore delatæ, de quâ ma-
teriâ jam *sup. num. 3.* egimus. Et
tamen dicto etiam peculiari ca-
su,

ſu, abſente Cæſare, adhuc ejuſdem Vicarius præſens eſt, quod idem, quem Hippolithus adducit, textus comprobat. Præſente verò tantùm Vicario ſufficiens mandatum habente, ubi res Imperatoris exigit, Comitia celebrari obvium eſt, & ego nunquàm inficias ibo: Atque ita utrùm ipſe præſens, an per alium ſummam poteſtatem exerceat, perindè eſt. Sed cùm Ordines, diſſentiente Imperatore, concludendi jus habere exemplo demonſtrare tentat, ex ipſo, quem allegat, Sleidano abundè refellitur, ut hiſtoria Hippolitho aut non plenè lecta, aut diſſimulata fuerit. Sat enim clarè tradit, *l.4.* Imperatorē poſtquàm decreti, diverſi â Wormac. edicto, Nori-

bergæ conditi certior factus sit, non tantùm Ordines propterea graviter incusâsse, sed & iterùm ut Wormaciensi decreto pareant, nisi pœnam subire velint (quæ sunt verba Historici) edixisse. Et mox subjicit: *Itaq; decretum illud futuri convent⁹* (quod erat Noribergense) *fuit antiquatum*; quod ita se habere etiam añorum proximè insecutorum Imperii Recessus ostendunt. Nam & conventus iste intermissus est, & Ordines non solùm concilium (de quo in Germaniâ habēdo Legatum Pontificis Noribergæ inconsulto Imperatore appellaverant) promoveri submisse, & intermediâ difficili, atque sumtuosâ adeò ablegatione, ut comũnem contributionem

po-

poposcerit, ab Imperatore petierunt, *R. I. ann. 1525.* §. wir haben auch zu wiederbringung. *Recess. I. Spir. ann. 1526.* §. und erstlich. *&* §. *seq.* verùm etiam Imperatoris edictum Wormaciense de novo agnoverunt, §. demnach haben wir. *d. R. I. Spir. ann. 1524.* Nec Hippolithum commovere debuit, quod decretum Norибergæ dissentiente (rectiùs, inconsulto) Cæsare factum, *R. I. ann. 1524.* Cæsaris approbatione & sigillo munitum legitur: Oportuit enim hominem in publicis tantoperè versatum novisse, licèt Imperator absens per Legatum Comitia celebret, Recessum æquè ac si præsens sit, sub ejus nomine, atque sigillo publicari, quemadmodùm & Noribergæ

ann. 1524. 18. die Aprilrs inſcio Imperatore accidit, ut ſine Receſſus diſcitur, quia poſteà, quòd in iſtis Comitiis aliquantùm à Wormacienſi Cæſaris edicto diſceſſum erat, (quamvis informatio Haunarto Legato data, quâ Cæſar huic edicto omninò obediendum ſignificaverat, nullâ parte rupta, & Legatus mandato Cæſaris inhæſiſſe exiſtimabatur, quod d. R. I. ann. 1524. §. Als auch vielgedachte. indicat) *Cæſar*, verba ſunt Sleidani, d. lib. 4. *ubi cognovit, datis ab Hiſpaniâ literis ad Ordines Imperii, idibus Julii, graviter eos incuſavit ob factum decretum*.

7. Sextò indè, quòd cùm in Comitiis concluſa in receſſus formam redacta publicè prælegun-

guntur, Imperatoris Commisſarii in correctionis actu votum conclusivũ habere dicũtur, Hippolith⁹ opinionem ſuam firmatã putat. Voti conclusivi ita quidem omnes meminerunt ſecuti tractationem, quæ inſcribitur Ausführlicher Bericht/wie es auff Reichstägen pflegt gehalten zu werden/ & illud quod huic consimile eſt ſcriptum (ita ut ex eodem & verborum conceptu & tractandi modo, paucis tantùm paſsim variatis, unum ac eundem utriusque autorem conjiceres) warhaffter Bericht und Beschreibung/ wie es heutiges Tags auff Reichs Versamlungen pflegt gehalten zu werden: Sed iſte autor, ſive iſti autores adeò hìc ſunt obſcuri,

ſcuri, ut indè nemo, quid per votum concluſivum intelligi velint, explicare potuerit. Non videtur votum concluſivum ijs idem eſſe, quod votum ultimū. Hujus enim mentionem facere ſolent, quando ſelecti quidem non adhibitis Cæſareis Commiſſariis, deliberant: Ubi verò Cæſareis votum tribuunt, jus concludendi ſeu votum concluſivum nuncupant, ut tit. von Extraordinari Sachen (Räthē) Deputation und Ausſchuſſen; & in noſtro caſu, tit. von Beſchluſſen und Abſchieden eines Reichstags. Certè per votum concluſivum eos id tantummodò ſignificare, quod exiſtentib⁹ paribus votis promatur, (uti Hippolithus vult) nec doctrinæ gene-

generalia nec circumſtantiæ pō-
deratæ admittunt. Sed Davus
hic ſim, an Oedipus, nibil refert.
Cùm enim Receſſus correctio
ſolum conſcribendi modum cō-
cernat, Receſſus verò ſeu con-
cluſi ſubſtantiam utiq; non im-
mutet, quid quantumq́, Impera-
toris Commiſſariis in hoc actu
liceat, inquirere non eſt magni
adeò momenti, de quo ſtatuant,
qui rem ipſam experientiâ docu-
ere: Deliberet interìm ſecum
Hippolithus, quomodò proba-
re queat, quæ Cæſaris in conclu-
dendo (uti loquitur) ac decer-
nendo poteſtas ſit, eandem ejus
Commiſſariorum in corrigen-
do eſſe debere. Si iſte actus ali-
cujus ſingularis eſſet præjudicij,

ne in regulam transiret, Electores profectò, quod nusquàm motum apparet, præcavissent, ut qui aliàs Deputationib⁹, quod inibi suffragia viritìm colliguntur, minimè favent, uti dicti scriptores tradunt, *d. tit.* von *Extraordinari* Sachen *&c.*

8. Ultimum deniq; Hippolithi argumentum est itidèm nullius ponderis. Multis enim Ordinum contumaciter non comparentibus, sive absentibus, Imperatori cum præsentium consensu in Comitiis quod absentes quoq́ue liget statuendi jus haud esse, ex Imp. recessibus nunquã evincet, id tamen Imperatoris prudentię adscribo, si multis, aut plurimis absentibus, comitiales deliberationes suspendat,

præ-

præſertim cùm exorti in Imperio motus Ordines invicem disjungunt, veluti tempore habitorum Comitiorum Ratisbonenſium, *ann. 1546.* quo Imperator arma contra Proteſtantes expediendi in procinctu erat, ut etiam inſecutis annis nondùm ſat pacatis conſultum viſum fuerit, ne ſibi impedimenta quivis fingeret, ſub expreſsâ & regulariter alioqui ſuperfluâ comminatione, præſentes, quotquot comparuerint, abſentibus præjudicaturos, Ordines ad Comitia vocari, quemadmodùm hoc ipſi ab Hippolitho poſt Reinkingium allegati I. Receſſ. oſtendunt. Et verba §. **Dieweil wir aber in ſolcher.** *R. I. ann. 1546.* nullibi innuunt, Imperatori procedēdi

jus non fuiſſe, ſed ipſum, quia (prout tunc ferebant tempora) cum præſentibus pergere utile aut fructuoſum minimè videbatur, Comitia diſtuliſſe, apertè docent. Cæterùm quæ de dimidiâ poteſtatis parte Imperatoris propriâ movet, *ſup. ad ſect. 2. num. 11.* jam diſcuſſa ſunt.

IN SECT. V.

I.

COm̃unem opionem quam vocat, *ſup. ad d. ſect. 2. num. 9. & ſeqq.* examinavimus; ad quam porrò rectè intelligẽdam libenter Hippolitho concedo, quòd Receſſus Imperrij ê quâdam conventionis inter Imperatorem ab unâ & inter univerſos Ordines ab alterâ parte initâ for-

formâ exurgunt, æqualem indè utriusq; partis potestatem colligi haud debere. Utut enim in privatis & liberis conventionibus, quia uni præ altero ad id de quo agitur nulla prærogativa competit, non possit non utriusq; esse æqualis potestas, non tamen in publicis, quando alterutrius voluntas ab ejus, cum quo convenire vult, voluntate efficaciam accepit, (quod & in Imperio nostro accedisse, *sup. in c. 2. num. 2. & seqq.* docuimus) non eandem nec æqualem habendam paciscentium potestatem ea quæ *sup. ad cap. 1. num. 13.* scripsimus demonstrant; & tantò magis quod diximus credendũ est, quantò certiùs, Imperatorem si Ordines inter se consenti-

re aut nolint aut non possint, vi majestatis solum aliquando rem totam expedire, *sup. ad sect. 2, num. 14.*

2. Etsi autem legibus ferendis rogationem, per quendam conventionis modum, non dicis causâ, sed magno cum effectu, in Republ. præsertim Romanâ, intercessisse, contra Hippolithum, tanquam res clara, probatione non indigeat, neque quantum Poloni Regi suo tribuant nunc meæ curæ sit, si tamen rogationes Romanorum huc applicari par est, Magistratum rogantem cum populo, aut Plebe rogatâ in legum ferendarum autoritate, ut Hippolithi verba habent, æquali temperamento non concurrisse utrâque manu lar-

nu largior, & populum, aut plebē in his fuiſſe ſuperiorē, cuivis in Hiſtoriâ & antiquitate Romanâ non planè hoſpiti liquet. Imperatorē verò in Comitiis proponendo roganti apud Romanos Magiſtratui ſimilem fieri, eſt quod omninò negamus. Superius enim *in d. ſect. 2. num. 9. & ſeqq.* ex iis quæ ipsâ experientiâ muniuntur vidimus, Cæſari nō tantùm proponendi, ſed & poſtquâm Ordines de Cæſareâ propoſitione deliberando concluſerunt, approbandi, reprobandive jus eſſe: Romæ autèm ex. gr. Conſul, aut Tribunus (ſive re in Senatu, vel apud Tribunū jam deliberatâ, cōceptâ formulâ, quod in legibus, vel plebiſcitis ferendis maximè uſitatū erat, ſive de nego-

negotio aliquo indefinitè Populum Plebemvé rogarent) postquàm communibus rogationū verbis , *velitis jubeatis Quirites*, interrogaverant , cuicunq; Populi aut Plebis responsioni acquiescere tenebantur. In specie notat Brissonius , *lib. 2. de Form. & solemn. P. R. verb.* cùm per tabellas suffragia ex legum Tabellariarū præscripto ferrentur, duplicis generis Tabellas datas , in quarum altèrâ; *uti rog⁹*, in alterâ, *antiquo*, scriptū fuerit. Illam populum in cistam conjecisse, si rogatio accipienda : Hanc, si rejicienda esse videretur. Quæ autē Imperatoris cum tali Magistratu similitudo ? Aut si quid similis hìc latet, quis non videt, Ordinum relationem , quà post
rem

rem deliberatam Cæsarem adeunt, cum Magistratuum rogationibus, & Cæsaris approbationem aut rectionem cum Populi responso rectiùs comparari?

3. Pergit Hippolithus, & concedit quidèm, in conventione comitiali Imperatorem Ordinibus opponi, non tamen ut universis, sed ut singulis. At, præterquàm quod superiora passim hoc falsum ostendunt, sic non tantùm Imperator singulis Ordinibus, sed & hi invicèm singuli sibi opponendi essent. Idem quoq; error est quòd in eâdem conventione Ordines ut singulos potiùs, quàm ut corpus aliquod considerari docet, cùm contrarium in Imperij negotiis vel aliquantulùm curiosis explora-

ploratiſſimum, & ubi Ordines quà ſinguli attendantur, ſpeciale atque exorbitans ſubeſſe, in propatulo ſit; quod & noviſſimâ pacificatione Oſnabr. *c. 5. n. 19.* expreſſum reperitur. *In Cauſis Religionis omnibusq; aliis negotiis, ubi Status tanquam unũ corpus conſiderari nequeunt, &c. ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attentâ votorum pluralitate.* Hoc verò ſingulare non eſſe nemo dixerit. Malè itaq; circa conventionem comitialem Hippolithus Cæſaris atq; Ordinum oppoſitionem ê verbis aut ſcripturâ, non ê re ipsâ æſtimat, quando propter eà Ordines ut ſingulos conſiderandos dicit, quòd Imperator aliquando in Im-

Imperii receſſibus eodem late- re collocetur cum Auſtriæ Archiduce, qui ita, ſi Ordines corpus aliquod conſtituant, tanquàm membrum â corpore ſuo divelli non debeat. Haud urgebo, quod ubi ditionum Cæſaris hereditariarum mentio fit, non ſemper de ſolo Archiducatu Auſtriæ hoc accipiendum ſit; Domus imò Auſtriaca ipſis, quos Hipp. allegat textib⁹ cum Imperatore ſimul poſita non inveniatur: Certe nemini nō apparet Imperatorem & Archiducem Auſtriæ ideò non conjungi, quia pari jure cenſeantur, ſed quia in eadem perſonâ concurrant. Quod ſi quis nimiùm ſuperſtitioſus diverſas ejusdem perſonæ qualitates diver-

dum esse. Quicquid sit, rei cardo in eo vertitur, ut distinguamus inter promissum conventionem peractam subsequens, quia cùm Imperator conveniendo seipsum obstrinxit, utrùm simul & ut Imperator & ut Archidux Austriæ an separatim in Recessu, alibi ut Imperator, alibi ut Austriacus, comitiale placitum se observaturum promittat, omninò nihil refert: Et inter ipsum conventionis actum, è quo solo Cæsaris atque Ordinum oppositio dignoscenda est, in quo actu Imperatorem, tantùm quà Imperatorem, Ordinum conclusum vel approbare vel rejicere, quæ hactenus tradidimus clarè docent, ideòq; uti in omnibus, ita iis etiam Recessibus

bus, quibus & ut Imperator & ut hæreditariarum regionũ Dominus aliquid promittere legitur, conveniſſe tamen ex alterâ tota parte tantùm ut Imperatorem univerſis Ordinibus oppoſitum, verba ipſa perſpicuè demonſtrant, *ut Ordin. Regim. ann. 1500. §. fin.* und wir von Gottes Gnaden. *verſ.* und das wir uns gegen und mit. *Receſſ. Imp. d. ann. 1500.* §. und wir Churfürſten/Fürſten/ Prælaten/ *Receſſ. Imp. ann. 1518. §. fin.* Breviter ita: Promittit Imperator decreti obſervationem non ſolùm ut Imperator, ſed & ut Archidux Auſtriæ, *&c.* Decernit ſolùm ut Imperator.

4. Ipſam tandèm experientiam Hippolithus cavillatur, quan-

quando quod jus in Comitiis Imperatorem exercere sentit, pro more suo ad imaginem antiquæ majestatis refert, eumque constanti Ordinum voluntati contradicere non debere, firmiter credit. Nos hæc & similia jam superiùs abundè, ut opinamur, removimus, ubi non quod in persuasione, sed quod est in veritate, sectati sumus: Quàm verò iniquus sit Austriaci regiminis censor, inferiùs erit dicendi occasio. Reliqua aut itidèm â nobis refutata sunt, aut moveri non merent.

IN

IN CAPUT V.

De ſolutâ Legibus poteſtate.

SECT. I.

I.

PRobato, Imperatorem in Comitiis Majeſtatem retinere, conſequens eſt, eundem non tantùm adhibito comitiali conſenſu leges ferendo, verùm etiàm ſpecialiter ac ſigillatim quodlibet jus Majeſtatis exercendo, uti exercendum ipſe in Comitiis cum conſenſu Procerum decrevit, Majeſtatem ubicunq; ſartam tectam conſervare; atq; hujus conſequentiæ ea vis apparet, ut in genere ſatisfaciat omnibus iis, quibus Hip-

Hippolithus diversis dehinc capitibus in specialium Majestatis jurium consideratione contra Imperatoris Majestatem disseruit. Operæ pretium nihilominùs facturus videor, si & in sequentibus peculiariter examinandis cujusquam expectationem non omninò frustrer.

2. Regem, nisi Tyrannus, aut Dominus audire, atq; ipsam suam Majestatem mille periculis objicere voluerit, aliquas regnandi leges figere, quibus & ipse teneatur, non semel inculcavimus, quod & *sup. in cap. 1.* ad singulare Reip. propriè dictæ requisitum retulimus, ita ut demonstraverimus falsum, quod Hippolith⁹ hîc iterùm affirmat, in eo quoq; Majestatis essentiam consistere,

L ut

utlegibus soluta sit. Quò tamen hoc ulteriùs intelligatur, ad enucleationem tritæ istius quæstionis, *nùm Princeps*, vel potiùs (quia Principis nomen antiquæ Romanæ Reip. ac comunis Jurisprudentiæ terminis aptum est) nùm Rex, aut Reipublicæ Monarcha, *legibus solut⁹ sit?* cum Hippolitho progrediar, ita ut meam eâ de re opinionem proponendo quid veri falsivè Hippolithi, & aliorum multorum sententiæ insit, cuivis liberum judicandi arbitrium relinquam. Proindè animadvertere pergo.

IN SECT. II.

I.

ILlud extra dubium locari debet, â propositâ quæstione eas leges

leges esse removendas, quæ specialiter de subditis disponunt, atq; adeò non nisi subditos spectare possunt. Quâ adhibitâ distinctione, legibus fundamentalib⁹ (ut vocant) Regem ut Regem; divinis, naturalibus, juris gentium legibus, ut Deo, naturæ, humanitati subjectum, teneri asseverare in promptu est. De fundamẽtalibus jam ê superioribus constat, de cæteris ratio perspicua est, ut disputatione non indigeat. Legibus autèm etiam merè & simpliciter civilibus Regem obstringi, constanter affirmo, sed diversâ cum subditis ratione, per eam nimirùm divini, naturalis, ac gentium juris regulam, quâ Lex & Prophetæ contineri dicuntur,

 Matth.

Matth. 7. v. 12. quæ summæ æquitati innititur, & naturalis obligationis causam secum ducit, *l. 1. & l. si quis 3. §. ult ff. quod. quisque jur. in alter. stat. &c.* quam teste Lampridio, Alexander Severus & in Palatio, & in publicis operibus præscribi jubebat: QUOD TIBI FIERI VIS, ALTERI FECERIS, aut, *Quod tibi fieri non vis, alteri, ne feceris;* undè & illud speciatìm dictum, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Tantùm igitur abest, ut Regē legibus solutum dicam, ut etiam omnibus eum teneri profitear: Ideoq; nec commune jus sat accuratè loquitur, uti mox apparebit, quando Principē legibus sulutū dicit, quamvis hujus locutionis aliqua ratio è Reip. Romanæ natura

turâ depromi posse, videatur, quæ Principem legibus merè civilibus solverit, & (quia essentialem legum ferendarum potestatem Principem non habuisse, si opus esset, ex historiâ politicis principiis applicatâ haud difficulter probaretur) non obstante naturæ, vel gentium causâ, solvere potuerit.

2. Qui verò cum Hippolitho ad quæstionem, *Nùm Princeps* (vel potiùs Rex, aut Monarcha) *legibus solutus sit?* inter directivam & coactivam vim distinguunt, proximè quidèm ad veritatem accedere videntur, diversas tamẽ quæstiones miscent. Aliud enim est quærere, *an solutus sit?* aliud, *an* à quoquam sui regni homine *ad legum observatio-*

tionem cogi possit, ac debeat? Ad quam quæstionem respondeo, quod cùm cogendi essentiale jus in Republicâ soli superiori competat, nemini Regem cogendi per se jus esse, evenire tamen, ut si ipse Rex, regni sui, propriæque majestatis conservãdæ causâ sibi gubernandi metas ponat, aut aliter propriis quibusdam actionibus imperet, Ordines aliquando ex illâ ipsâ antecedente Regis voluntate, atq; ita non per se & ex se, sed per accidens, contra Regem procedant, propterea tamen Rege nequaquàm sint aut fiant superiores, quemadmodùm id *sup. ad cap 1. num. 13. & seq.* uberius prosecutus sum.

3. Rex igitur, exprimatur id, necne, legibus obligatur, verùm

ad

ad leges tenēdas â nullo sui præsertìm regni, nisi ubi tale quid ab ipso dilucidè expressum reperitur, & tùm alio modo, quàm quo cogi voluit, jure cogi nequit. Etsi n. etiam merè & singulatìm civilib⁹ legibus Regem teneri dixerim, indè tamen quòd ejusmodi legib⁹ pæna sæpè comprehenditur, non ipse pænam lege præscrìptam subire per quenquam hominum adigetur. Diversa quippe hîc est Regis & subditorum obligandorū ratio atq; causa. Subditos jussum Regis cū voluntate ac potestate puniendi obligat: Divina, naturæ, atq; gentium ratio, quâ Reges subditis jus præscribēdo adstringi statuim⁹, vim suâm Regū mentib⁹ inserere, contenta, facultatem

 eos

eos coërcendi nemini concedit, multò minùs contra naturam operatur, ut indè inferior potestatem nanciscatur cogendi superiorem. Sanè quando Reges rumpendo jura fundamentalia Rempublicam penitùs destructum eunt, quânam tùm viâ ejusdem salus vestigari soleat, *sup. in cap. 3 sect. 2. num. 9.* vidimus.

4. Si igitur Imperatorē legibus teneri dicam, aut non ejus, aut cæterorum quoq; omnium Monarcharum majestati obloquar. Vis autèm coactiva, ut vocant, etiamsi casu existente contra Imperatorem locum haberet, nondùm tamen id, tanquàm ab ipsius voluntate proficiscens, majestati imperantis officeret, uti *ad d. cap. 1. num. 13. & seqq.*

anno-

annotavimus. Verùm enim verò Hippolithus nec obtinuit, quod mox *ad sect. seq.* ostendam, nec certâ aliquâ Imperii lege, vel consuetudine obtinebit, Imperatorem ad legum observationem cogendum esse. Ad leges quidem fundamentales servandas non magis, quàm alii Rerumpublicarum Monarchæ, ducitur, eâ sc. ratione, quam *in d. c. 3. sect. 2. num. 9.* indicavimus, ut Electorum Saxonis & Brandeburgici protestationem, *ann. Christ. 1623.* interpositam, cum Hippolitho perscrutari non necessum sit. Imò, si Monarcharum comparatio non parùm odiosa quicquam ad rem faceret, alios hìc arctiùs jus in se statuisse probarem. Tantò pejus sentit

Hippolithus, qui si quæ privatorum res concernentia in Imperii Recessibus contineantur, iis etiã Imperatorem obligari docet. Certè quid per privatorum negotia Recessibus comprehensa intelligat, non facilè cuiquàm subolebit: Si ea innuat, quæ quosdam duntaxàt Ordines attingant, his ut cæteros Ordines, ita Imperatorem, ad quos ea res minimè pertinet, obligatos perperàm dicet, nec ignorare potest, Recessibus, quibus ultrò citroq; obligatio inseritur, clausulas, tanquàm obligationis limites, subjici: So viel uns als Römischen Käyser &c. betreffen/ So obgeschrieben stehet/ und uns Käyser &c. anrühret; Item, So viel unser jeden sein Herrschafft oder

oder Freunden/von denen er geschickt/oder die seinen/deren er Gewalt hat/betrifft &c. Omnē adeò meum captum superat, quod Hippolithus tradit, integris Imperii recessibus, & consequenter iis, quæ ut privatorum negotia Recessibus inserantur, Imperatorem obligari, vim quoque coactivam, de quâ ibidèm loquitur, propterea pati debere. Ne Imperatorē perindè ac ipsos Ordines singulos obligari, aut ad legum obsequium præcisâ necessitate astringi, (quod utrumque loquendi genus usurpat) ita temerè effutiret, considerari de re fuit, ubi de corrigēdis moribus, aut negotiis Reipublicæ fundamentalia jura vel planè non, vel haud directò

 attin-

attingentibus habitæ publicæ deliberationes consignantur, omnium quidèm Imperii Ordinũ ac subditorum obedientiam requiri, non tamen, ut ut Imperator nonnullis divino, naturæ, atque gentium jure teneatur, imperatoriæ obligationis, multò minùs coërcitionis aliquam quidem mentionem fieri, quemadmodùm in diversis constitutionibus, *veluti Const.* von den Gotteslästerern / *Wormac. ann. 1495. Reform.* des Westph. Gerichts / *ibid. eod. ann.* Ordnung über die Wein / *Frib. Brisg. ann. 1497. Reformat.* guter Policey / *Augsp. ann. 1530. & ann. 1548.* Müntzordn. *Augsp. ann. 1559. &c.* observare licet.

5. Cæterum quod Hippolithus cum Petro Gregorio existimat,

Monar-

Monarcham non posse, suo statu salvo, regnandi leges (præsertìm novas, de quibus Gregor. *cit. loc.* loquitur) admittere, uti ex iis, quæ passim ad nauseam usq; inculcavi, falsum apparet, ita nominatìm *sup. in cap. 1. num. 14.* removi. Neq; vanam esse Monarcharum promissionem, sed insignem aliquando effectum producere, *è d. cap. 3. sect. 2. num. 9.* elucet: Adeoq; hoc ipsum lubricum est, quod *Monarcharum Capitulationes, quia in solâ Principis religione ac conscientiâ fundentur*, lubricas docet. Margaritæ verò Reginæ facetè magis, quàm regiè dicto Hippolithus politica principia meteri non debuit: Petrus Gregorius, ex quo hoc hausit, *Margaritam se talem Sueo-*

Matth. 7. v. 12. quæ summæ æquitati innititur, & naturalis obligationis causam secum ducit, *l. 1. & l. si quis 3. §. ult ff. quod. quisque jur. in alter. stat. &c.* quam teste Lampridio, Alexander Severus & in Palatio, & in publicis operibus præscribi jubebat: QUOD TIBI FIERI VIS, ALTERI FECERIS, aut, *Quod tibi fieri non vis, alteri, ne feceris;* undè & illud speciatìm dictum, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Tantùm igitur abest, ut Regẽ legibus solutum dicam, ut etiam omnibus eum teneri profitear: Ideoq; nec commune jus sat accuratè loquitur, uti mox apparebit, quando Principẽ legibus sulutũ dicit, quamvis hujus locutionis aliqua ratio è Reip. Romanæ natura

turâ depromi posse, videatur, quæ Principem legibus merè civilibus solverit, & (quia essentialem legum ferendarum potestatem Principem non habuisse, si opus esset, ex historiâ politicis principiis applicatâ haud difficulter probaretur) non obstante naturæ, vel gentium causâ, solvere potuerit.

2. Qui verò cum Hippolitho ad quæstionem, *Nùm Princeps* (vel potiùs Rex, aut Monarcha) *legibus solutus sit?* inter directivam & coactivam vim distinguunt, proximè quidèm ad veritatem accedere videntur, diversas tamē quæstiones miscent. Aliud enim est quærere, *an solutus sit?* aliud, *an* à quoquam sui regni homine *ad legum observatio-*

tionem cogi possit, ac debeat? Ad quam quæstionem respondeo, quod cùm cogendi essentiale jus in Republicâ soli superiori competat, nemini Regem cogendi per se jus esse, evenire tamen, ut si ipse Rex, regni sui, propriæque majestatis conservãdæ causâ sibi gubernandi metas ponat, aut aliter propriis quibusdam actionibus imperet, Ordines aliquando ex illâ ipsâ antecedente Regis voluntate, atq; ita non per se & ex se, sed per accidens, contra Regem procedant, propterea tamen Rege nequaquàm sint aut fiant superiores, quemadmodùm id *sup. ad cap 1. num. 13. & seq.* uberius prosecutus sum.

3. Rex igitur, exprimatur id, necne, legibus obligatur, verùm

ad

ad leges tenēdas â nnllo sui præsertìm regni, nisi ubi tale quid ab ipso dilucidè expressum reperitur, & tùm alio modo, quàm quo cogi voluit, jure cogi nequit. Etsi n. etiam merè & singulatìm civilib⁹ legibus Regem teneri dixerim, indè tamen quòd ejusmodi lègib⁹ pæna sæpè comprehenditur, non ipse pænam lege præscriptam subire per quenquam hominum adigetur. Diversa quippe hìc est Regis & subditorum obligandorū ratio atq; causa. Subditos jussùm Regis cū voluntate ac potestate puniendi obligat: Divina, naturæ, atq; gentium ratio, quâ Reges subditis jus præscribēdo adstringi statuim⁹, vim suâm Regū mentib⁹ inserere, contenta, faoultatem

eos coërcendi nemini concedit, multò minùs contra naturam operatur, ut indè inferior potestatem nanciscatur cogendi superiorem. Sanè quando Reges rumpendo jura fundamentalia Rempublicam penitùs destructum eunt, quânam tùm viâ ejusdem salus vestigari soleat, *sup. in cap. 3 sect. 2. num. 9.* vidimus.

4. Si igitur Imperatorē legibus teneri dicam, aut non ejus, aut cæterorum quoq; omnium Monarcharum majestati obloquar. Vis autèm coactiva, ut vocant, etiamsi casu existente contra Imperatorem locum haberet, nondùm tamen id, tanquàm ab ipsius voluntate proficiscens, majestati imperantis officeret, uti *ad d. cap. 1. num. 13. & seqq.* anno-

annotavimus. Verùm enim verò Hippolithus nec obtinuit, quod mox *ad sect. seq.* ostendam, nec certâ aliquâ Imperii lege, vel consuetudine obtinebit, Imperatorem ad legum observationem cogendum esse. Ad leges quidem fundamentales servandas non magis, quàm alii Rerumpublicarum Monarchæ, ducitur, eâ sc. ratione, quam *in d. c. 3. sect. 2. num. 9.* indicavimus, ut Electorum Saxonis & Brandeburgici protestationem, *ann. Christ. 1623.* interpositam, cum Hippolitho perscrutari non necessum sit. Imò, si Monarcharum comparatio non parùm odiosa quicquam ad rem faceret, alios hìc arctiùs jus in se statuisse probarem. Tantò pejus sentit

Hippolithus, qui si quæ privatorum res concernentia in Imperii Recessibus continean tur, iis etiã Imperatorem obligari docet. Certè quid per privatorum negotia Recessibus comprehensa intelligat, non facilè cuiquàm subolebit: Si ea innuat, quæ quosdam duntaxàt Ordines attingant, his ut cæteros Ordines, ita Imperatorem, ad quos ea res minimè pertinet, obligatos perperàm dicet, nec ignorare potest, Recessibus, quibus ultrò citroq; obligatio inseritur, clausulas, tanquàm obligationis limites, subjici: So viel uns als Römischen Käyser &c. betreffen/ So obgeschrieben stehet/ und uns Käyser &c. anrühret; Item, So viel unser jeden sein Herrschafft oder

oder Freunden/von denen er geschickt/oder die seinen/deren er Gewalt hat/betrifft &c. Omnē adeò meum captum superat, quod Hippolithus tradit, integris Imperii recessibus, & consequenter iis, quæ ut privatorum negotia Recessibus inserantur, Imperatorem obligari, vim quoque coactivam, de quâ ibidèm loquitur, propterea pati debere. Ne Imperatorē perindè ac ipsos Ordines singulos obligari, aut ad legum obsequium præcisâ necessitate astringi, (quod utrumque loquendi genus usurpat) ita temerè effutiret, considerari de re fuit, ubi de corrigēdis moribus, aut negotiis Reipublicæ fundamentalia jura vel planè non, vel haud directò

Matth. 7. v. 12. quæ summæ æquitati innititur, & naturalis obligationis causam secum ducit, *l. 1. & l. si quis 3. §. ult ff. quod. quisque jur. in alter. stat. &c.* quam teste Lampridio, Alexander Severus & in Palatio, & in publicis operibus præscribi jubebat: QUOD TIBI FIERI VIS, ALTERI FECERIS, aut, *Quod tibi fieri non vis, alteri, ne feceris;* undè & illud speciatìm dictum, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Tantùm igitur abest, ut Regẽ legibus solutum dicam, ut etiam omnibus eum teneri profitear: Ideoq; nec commune jus sat accuratè loquitur, uti mox apparebit, quando Principẽ legibus sulutũ dicit, quamvis hujus locutionis aliqua ratio è Reip. Romanæ natura

turâ depromi posse, videatur, quæ Principem legibus merè civilibus solverit, & (quia essentialem legum ferendarum potestatem Principem non habuisse, si opus esset, ex historiâ politicis principiis applicatâ haud difficulter probaretur) non obstante naturæ, vel gentium causâ, solvere potuerit.

2. Qui verò cum Hippolitho ad quæstionem, *Nùm Princeps* (vel potiùs Rex, aut Monarcha) *legibus solutus sit?* inter directivam & coactivam vim distinguunt, proximè quidèm ad veritatem accedere videntur, diversas tamē quæstiones miscent. Aliud enim est quærere, *an solutus sit?* aliud, *an* à quoquam sui regni homine *ad legum observatio-*

ad leges tenẽdas â nullo sui præsertim regni, nisi ubi tale quid ab ipso dilucidè expressum reperitur, & tùm alio modo, quàm quo cogi voluit, jure cogi nequit. Etsi n. etiam merè & singulatim civilib⁹ legibus Regem teneri dixerim, indè tamen quòd ejusmodi legib⁹ pæna sæpè comprehenditur, non ipse pænam lege præscriptam subire per quenquam hominum adigetur. Diversa quippe hîc est Regis & subditorum obligandorũ ratio atq; causa. Subditos jussum Regis cũ voluntate ac potestate puniendi obligat: Divina, naturæ, atq; gentium ratio, quâ Reges subditis jus præscribẽdo adstringi statuim⁹, vim suâm Regũ mentib⁹ inserere, contenta, facultatem

eos coërcendi nemini concedit, multò minùs contra naturam operatur, ut indè inferior potestatem nanciſcatur cogendi ſuperiorem. Sanè quando Reges rumpendo jura fundamentalia Rempublicam penitùs deſtructum eunt, quânam tùm viâ ejusdem ſalus veſtigari ſoleat, *ſup. in cap. 3 ſect. 2. num. 9.* vidimus.

4. Si igitur Imperatorē legibus teneri dicam, aut non ejus, aut cæterorum quoq; omnium Monarcharum majeſtati obloquar. Vis autèm coactiva, ut vocant, etiamſi caſu exiſtente contra Imperatorem locum haberet, nondùm tamen id, tanquàm ab ipſius voluntate proficiſcens, majeſtati imperantis officeret, uti *ad d. cap. 1. num. 13. & ſeqq.* anno-

annotavimus. Verùm enim verò Hippolithus nec obtinuit, quod mox *ad sect. seq.* ostendam, nec certâ aliquâ Imperii lege, vel consuetudine obtinebit, Imperatorem ad legum observationem cogendum esse. Ad leges quidem fundamentales servandas non magis, quàm alii Rerumpublicarum Monarchæ, ducitur, eâ sc. ratione, quam *in d. c. 3. sect. 2. num. 9.* indicavimus, ut Electorum Saxonis & Brandeburgici protestationem, *ann. Christ. 1623.* interpositam, cum Hippolitho perscrutari non necessum sit. Imò, si Monarcharum comparatio non parùm odiosa quicquam ad rem faceret, alios hìc arctiùs jus in se statuisse probarem. Tantò pejus sentit

Hippolithus, qui si quæ privatorum res concernentia in Imperii Recessibus contineantur, iis etiã Imperatorem obligari docet. Certè quid per privatorum negotia Recessibus comprehensa intelligat, non facilè cuiquàm subolebit: Si ea innuat, quæ quosdam duntaxàt Ordines attingant, his ut cæteros Ordines, ita Imperatorem, ad quos ea res minimè pertinet, obligatos perperàm dicet, nec ignorare potest, Recessibus, quibus ultrò citroq; obligatio inseritur, clausulas, tanquàm obligationis limites, subjici: So viel uns als Römischen Käyser &c. betreffen/ So obgeschrieben stehet/ und uns Käyser &c. anrühret; Item, So viel unser jeden sein Herrschafft oder

oder Freunden/von denen er geschickt/oder die seinen/deren er Gewalt hat/betrifft &c. Omnẽ adeò meum captum superat, quod Hippolithus tradit, integris Imperii recessibus, & consequenter iis, quæ ut privatorum negotia Recessibus inserantur, Imperatorem obligari, vim quoque coactivam, de quâ ibidèm loquitur, propterea pati debere. Ne Imperatorẽ perindè ac ipsos Ordines singulos obligari, aut ad legum obsequium præcisâ necessitate astringi, (quod utrumque loquendi genus usurpat) ita temerè effutiret, considerari de re fuit, ubi de corrigẽdis moribus, aut negotiis Reipublicæ fundamentalia jura vel planè non, vel haud directò

Monarcham non posse, suo statu salvo, regnandi leges (præsertìm novas, de quibus Gregor. *cit. loc.* loquitur) admittere, uti ex iis, quæ passim ad nauseam usq; inculcavi, falsum apparet, ita, nominatìm *sup. in cap. 1. num. 14.* removi. Neq; vanam esse Monarcharum promissionem, sed insignem aliquando effectum producere, *è d. cap. 3. sect. 2. num. 9.* elucet: Adeoq; hoc ipsum lubricum est, quod *Monarcharum Capitulationes, quia in solâ Principis religione ac conscientiâ fundentur*, lubricas docet. Margaritæ verò Reginæ facetè magis, quàm regiè dicto Hippolithus politica principia meteri non debuit: Petrus Gregorius, ex quo hoc hausit, *Margaritam se talem Sueo-*

nibus exhibuisse, ut putent eam apud inferos sempiterno supplicio excruciari: Danos è contrà ipsam innumerum deorum efferre, refert de Republ. lib. 7. cap. 19. num. 12. Danum igitur hîc se profiteatur Hippolithus necesse est. En egregium documentum ejus, quod de seipso *in præfatione ad Lectorem* scripsit: *Nullius &c. quisquis sit, acta ac attentata, seu dicta & scripta probamus, aut nostra facimus, nisi quatenus proposito nostro inserviũt, & quatenus ea applicamus.*

6. Est equidem eo Imperium nostrum præ cæteris Regnis felix, quòd leges fundamentales, & Capitulationem, habet ut plurimùm certas & expressas, propterea tamen, si de multis, in Regiis Rebuspubl. cæteris, cum ma-

magno earundem detrimento, non omninò constet, sæpiusq́ue disceptetur, si item istę Respublicæ aliter ordinatæ sint, nō diversam ab his Reipublicæ speciem sortitur, sed externâ quâdam accessione differt, uti *ad c. 1. n. 25.* notavi. Quin Imperatores, si Capitulationis custodes (veluti appellat) admisissent, quod nusquàm obvium est, eo monarchicæ potestati non præjudicassent, quemadmodùm *ad d. c. 1. n. 13. & seq.* docui. De ratione autèm, quam Electoribus, tanquàm Legum fundamentalium, ac Capitulationis custodibus reddendam scribit, jam *sup. in cap. 3. sect. 2. numer. 5. & seq.* egimus. Et in specie, de Electoris Palatini privilegio, quan-

quantum sufficiet, nunc dispiciemus.

IN SECT. III.

I.

PEr se quidem nemo nisi Deus in Reges imperium, aut judicium exercet, si tamen & ex propriâ voluntate humanos actuum suorum, & causarum, censores, atq; judices constituant, hoc majestatem nec ijs demere, nec alijs tribuere, *sup. ad cap. 1. d. num. 13. & seq.* ostensum est, consequenter, si quid Electori Palatino eodem modo in Imperatorem liceret, adhuc majestatem Imperator retineret. Sed hactenus id jus, quod in A. Bull. *tit. 5. §. fin.* Palatino stabilitum legitur, controversum est, & dissensionis plenum.

2. Hi-

2. Historia docet, ultimos ê familiâ Meroveinâ Francorum Reges somniculosè adeò regni habenas tractâsse, ut ipsi eas jam non tenuisse, sed aulæ seu palatii Præfectis omninò tradidisse existimati sint, tandèm etiam cum summâ illâ potestate Carolus Martialis nomen Principis, ejus filius Pipinus, repudiato â Francis rege Hilderico seu Chilperico V. regium acceperit, atq; ad posteros transmiserit: Nàm cùm Otto Frising. *lib. 5. Chron. cap. 13.* indè â Pipino, filio Angisi, reges Francorum adhuc *nomine regnásse* scribit, Pipinum Caroli Martialis patrem intelligit, & id ad dictum usque Pipinum Caroli Martialis filium, quem nomine simul ac re præfuisse *eod. lib. cap. 21. &*

judicius suspiciendi curam instanter habuerit. An quem Eginhardus aulæ aut palatii Præfectum, Otto Frisingēsis Majorem domus nominat, sic quoque Eginhardus nominatum scribit, tunc Comitem palatii dici maluerint, in medio relinquo, certè idèm Hincmarus *d. ep. cap 37.* â Præfecti vocabulo non abhorret, quādo ministros Francicos in genere Palatii Procuratores & Regni *Præfectos* appellat. Cum ipsâ deniq; re, atq; officio Palatinū nomen per Caroli M posteros Germaniæ, & Rom. Germanici dehinc Imperii statui communicatum est, quemadmodùm Lambert. Schafn. *de reb. gest. Germ. ad a. 1075. & seq. in vitâ Henr. IV. Imp.* ipsas. leges Imperii vocat *leges*

pala-

palatinas. Maximè tamen inter cætera administrationẽ Justitiæ Comiti palatii cōmissam Hincmarus refert, *cap. 21.* undè facilè datur conjicere, quia præfectorum palatii autoritas ab ipsis olìm Regib⁹ æstimata erat, posteà istos nomine & re Reges, ne alicujus dominatus suspicionẽ subditis injicerẽt, in suis palatii Comitibus antiquæ istius præfecturæ quædã quasi vestigia ultrò agnovisse, & inprimis justitiæ amantissimos se præbere voluisse, si cùm ex aliquo fortè civili negotio subditi Regem convenien-dum existimârunt, fieri id coram palatii Comite, ut cui justitiæ exercitium concreditum erat, haud ægrè passi fuêre. Hinc porrò intelligitur, quoniam illa

vete-

veterum Præfectorum poteſtas non conceſſa, ſed uſurpata, iſtud poſteà Palatini privilegiũ, quicquid alii contrà ſentiant, indè derivatum, non malè in A. B. *tit.* 5. §. *fin.* conſuetudine introductum dici: Atq; ſic nec hodiè Imperatoribus obeſt, quod Regibus iſtis majeſtatem non abſtulit.

3. Non autèm poſſum accedere illorum ſententiæ, qui in A. B. conſuetudinem iſtam incertam relinqui exiſtimant, cum Hippolitho potiùs facio, qui dubiam eo tempore conſuetudinem Electori Palatino firmatam ipſo textu probat, quamvis exemplis penè deſtituamur, quibus hoc privilegium in uſum tranſiiſſe certo cognoſcamus. Quin

Quin si ea, quæ Gerardus de Roo, *hist. Austr. lib. 5. ad ann. 1443.* scripsit, penitùs attendantur, videri possit, eâ ætate istius privilegii non magnam habitam rationem, quòd controversias, quæ Imperatori cum Helvitiis intercessêre, aut ad Principum arbitrium, aut ad ElectorisPalatini sive, ut nuncupat, præfecti prætorii Rhenani judicium remittere ipsi Imperatori liberum non obscurè docet, nisi existimaveris, Imperatorem negotium quale alioqui in Principum conventu tractari deberet, Principibus quotquot præsentes fuerint non contradicentibus, inter cæteras conditiones, hîc Palatini non judicio, sed arbitrio subijcere voluisse, ut qui ideò quòd causæ, im-

imperatoriæ aliæ ibi decidi consueverint, arbitrium ejus tantò facilius arripiendum duxerit; & præterea dextrè accipiendum putaverim, quod omnes Imperatoris causas controversas corã Palatino decidi solere, Gerardus nimis largè pronunciat. Sed ut de A. B. d. textu adhuc meliùs constet, principiis ita supra positis, Hippolithi traditiones ulteriùs ponderandæ sunt.

4. Statum aliquem Imperii; si nimirùm ab Imperatore judicialiter, aut extrajudicialiter (ut verba habent) se gravatum existimet, ab eodem ad Palatinum appellare posse, credo à nemine nisi qui nimiùm affectibus indulserit, doceri aut doctum iri: Neq; firmatã Palatino usurpationem

nem usq; adeò extendere privilegiorum natura patitur. A. Bullæ textus non de causarum ê Cæsareâ decisione emergentiũ, sed earum, *pro quibus* Imperator *impetitus fuerit*, (appellatus autèm judex non impetitur, qui causam dimittit) judicio disponere intendit. Et profectò quod potiùs Palatino, (in quem eadem, quæ in Imperatorem cadere possunt) quàm Imperatori, suprema in Imperio judicandi atq; decidendi potestas assignãda sit, non tantùm rationem nõ invenio, sed & ab omni alienum est. Etsi enim Hippolithus A. B. paulò inferiùs ita explicare velit, ut quod Palatino in Imperatorem judicium competere dicitur, solùm *in ipsis Imperii Comitiis*,

tius, & pleno Ordinum Imperii consessu exercendum statuat, atque inde sententiæ suæ colorem quærere videatur, quàm tamen eo sit errans, mox *num. 9.* patebit. Quin si ab Imperatore Palatinum appellare licet, Hippolithus aut hodiè in judicio Cameræ Revisorio primas partes, contra exploratissimum jus fundamentale, Palatino tribuere, (cum *h. part. cap. 10.* jurisdictionem Cameræ eandem esse sentiat, quam olìm Imperatores totius Imperii nomine exercuerint) aut Palatinos, quos hîc præcipui quid unquàm postulâsse necubi apparet, privilegii sui impensè negligentes fuisse, vero haud consentaneum, affirmare habet: Et sic iterùm, quicquid pu-

tet, ſibi non conſtat. Explodi hinc meret ſcriptum, quod apud Londorp. *act. publ. tom. 2. lib. 1. tract. 1.* extat, Bedencken/ ob die Churfürſtlich Pfaltz in causſis gravatoriis des Kayſers Richter ſeyn könne. Nam quod hujus conſilii autor & exemplo ex archivo Palatino petito ab Imperatore ad Palatinum appellationem interpoſitam obtinere geſtit, vereor, ſi ipſum documentum cum omnibus circumſtantiis editum fuerit, ne rem peregrinam minimè probet. Interim idem exemplum aliò pertinere non ambigo, &, nî fallor, idipſum eſt, quod in causâ Donaverdicâ ab autore, Beſtändiger Information &c. *part. 1.* refertur, ubi Caroli IV. Imp. ſen-

ſententiam *ſub num. 13.* exhibet, quæ oſtendit, Rupertum Palatinum in judicio Imperatoris cõparuiſſe, & allegatis Palatinatus privilegiis, de non avocandis ab immediato judicio ſubditis, ab Imp. Carolo IV. obtinuiſſe, ut Joannes Comes Sponheimenſis jam condemnatus, retractatâ imperiali deciſione, ad immediatum judicem, qui erat ipſe Rupertus Palatinus, remitteretur, ita tamen, ut cui Palatinus juſtitiam denegaturus eſſet, ei ad Imperatorem redire liceret. Hæc verò, vel ſimilia, quomodò probent, ad Palatinum ab Imperatore provocari poſſe, ipſi qui hoc ſtatuunt, viderint.

5. Porrò Hippolithus, *ſi de ſtatu,* inquit, *vel malè adminiſtra-*

to Imperio ratio exigatur, & de Imperatore deponendo agatur, Palatinus competens Imperatoris judex esse videtur. De rationum exactione, atq; depositione jam *sup. in d. cap. 3. sect. 2. n. 5. & seq.* vidimus; nec opinamur, Hippolithum, A.B. textu Palatinum in hujusmodi quoque materiâ Imperatoris judicem constitutum esse, affirmare ausum, qui *h. part. d. cap. 3. sect. 2.* de eâdem nullam legem fundamentalem scriptam reperiri ultrò confessus est, & aliàs ij, qui generali hujus sæpiùs nominati textus sermone Palatinum Imperatorum deponendorum judicem credunt, vel solo exautorationis Wenceslai actu, ut apud Goldast. *tom. 1. Constit. Impp. pag. 379. & seq.*

seq. extat, dilucidè refutantur, ubi Palatinus præ cæteris Electoribus nullâ prærogativâ fruitus, sed potiùs Moguntinus directionem habuisse, deprehenditur, quale utiq; jus Palatino, si recenti adeò Caroli IV. Wenceslai patris, constitutione nixus fuisset, tribuendum quivis judicâsset.

6. Reprehensionem qnoq; ij merent, qui privilegij Palatini explicationem ex incompositis jurium collectionibus, ut Saxonici, aut Suevici juris Speculo, vel Magdeburgensium Weichbilt, depromere solent, prætersquàm enim quod istiusmodi collectores, atq; glossatores, in multis sibi ipsis non constant, uti Conringius *in Comment. hist. de*

Orig jur. Germ. cap. 18. 29. & seq. demonstravit, in præsenti quoque materiâ non parùm variare, id argumento est, quòd ex. gr. ê Speculo Suevico, uno sc. eodemq́; diversi scriptores contrarias opiniones defendunt, Limnæus, & quidem veram, Palatinum in criminalibus non esse Imperatoris judicem, *de jur. publ. lib. 3. cap. 9. num. 47.* Just. Asterius contrariam falsam, *in exam. Com. Ratisb. m. p. 23.*

7. Quemadmodùm igitur Hippolithus de Imperatorum depositione, (nam ad hanc solam hîc, etsi plura videatur promittere, devolvitur) & in specie de singulari aliquo circa eam Electori Palatino competenti jure, nullam legem fundamentalem

lem ſcriptam inveniri, fateri tenetur, ita ex exemplis conſuetudinē aliquam elicere fruſtrà tentat. Aventino enim, & ſuis nimiùm dedito, & aliàs in hiſtoriâ conſcribendâ non omni exceptione majori, (quod & Annal. Boj. editor Hier. Zieglerus, quando inter alia in præf. ad Lect. refert, *Beatum Rhenanum ad Aventinũ ſcripſiſſe, eumq; amicè admonuiſſe, ne temerè & inemendatos annales ſuos publicaret*, non diſſimulat) Palatino in depoſitionis causâ judicandi poteſtatem competere, ſuâ ſponte aſſerenti non ſolùm fidem non habeo, ſed & illã contra morem Imperii Reguli Saxonum capti, ac tribunali impoſiti ſolemnitatem ab hiſtorico referri, cui opponi juſtè quic-

quam nequeat, valdè dubito. Nam cum Ger. de Roo. *hist Aust. lib.2. ad ann. 1296.* eadem narrat, Aventinum ſequitur. Certè Colmarienſes *Chron part. alt. ad an. 1298.* ubi rei ipſius circumſtantias ſolicitè annotant, de Palatini recuſatione, (judicandi tamē munus, ſi eo polluiſſet, recuſaturum facilè largior, quia gener Adolphi Imp. partes ſequebatur) iſtoque Saxonum Regulo mentionem nullam injiciunt, hanc verò circumſtantiarum ferè maximam ibi præteritam eſſe, mihi non fit veriſimile. Eandem Hiſtoria Auſtrialis Matthæi Mareſchalci *ad eund. ann.* ita ſilet, ut Moguntinum etiam ſententiam dixiſſe, non obſcurè doceat. Nec ex iis, quæ H. Stero de A-

dol-

dolphi rejectione tradit, novæ illius ſolemnitatis quicquã deprehenditur, *in an. 1297. & ſeq.* ipſe potiùs *ad d. an. 1297.* & qui hujus hiſtoriã continuat, Hainricus Mo. Rebdorffenſis *in annal. d. ann. 1298.* Moguntino in omnibus primas tribuere videntur, ut & M. Albert Argentin. *de Adolph. in Chron.* Siffridus *epitom. lib. 2. ad ann. 1296.* atq; Trithem. *Chron. Hirſaug. ad an. 1298. itèm Sponheim. ad eund. ann.* Hactenùs tantùm abeſt, ut circa Adolphi Imp. remotionem ſingulare aliquod jus Electori Palatino competiiſſe, ex hiſtoriâ cõſtet, ut ne quidèm hoc exemplo ipſos qui eum deponere conati ſunt, id jure feciſſe, multò minùs ulla ejusmodi conſuetudo

probari queat. Adolphus Imp. fervente, adhuc controversiâ, cum sanguine animam effudit; ipsi autèm posteà Electores, ac Principes factæ vivo Adolpho Alberti electioni non multùm confisi sunt. Post occisum enìm, & sepultum Adolphum novâ demùm, & unanimi electione Alberto regnum verè obvenisse, historici uno ore testantur, *Matth. Maresch. hist. Austr. ad an. 1298. H. Stero, in annal. ad eund. ann. Hainr. Rebdorff. ad eund. M. Alb. Argent. in Chron. Aut. Compil. Chronolog. Ger. de Roo, hist. Austr. libr. 2. ad ann. 1298. &c.* Alberti verò Austriaci exemplum non minori vitio laborat, quin si benè attendas, ipsi Hippolitho vehementer obstat. Hainrico Mo.

Reb.

Rebdorffensi (ex quo Hartmannus Schedel, & Georg Alt / ab Hippolitho laudati, historiam hanc hauserunt, sed cui glossam nullo nitentem fundamento addidêre) fidem non detraham, quosdam Electores Alberto inimicos, Rudolphum Comitem Palatinũ Rehni, ut Regẽ seu Imperatorem Albertum judicaret, accersiisse: credibile autem est cùm Ecclesiastici Electores, (Moguntinensis enim, Coloniensis, & Trevirensis â Rege disside-bant) si soli Regem abdicarent, actum vitiosum timerent, expeditiori viæ incubuisse, atq; adeò antiqui Palatini judicii exercitiũ ad Regum exautorationẽ traducere, & scopo suo accomodare voluisse, Palatinũ etiã occasionẽ

hanc avidè arripuisse, ut qui cum Adolpho occiso semper steterat, & vindictam Alberto Regi sub justitiæ colore intentari tutiùs existimabat. Quid verò absurdius, quàm è re tantoperè suspectâ Imperii consuetudinem mutuari? Imò obstare diximus hoc exemplũ Hippolitho. Nam quid Imp. Albertus? num acquievit? Rudolphum Palatinũ inprimis invasit; eumq́; aliquot ditionum jacturâ multavit, dehinc Electores Ecclesiasticos ad pacem adegit, quod idem H. Rebdorffensis *ad ann. 1300.* tradit. Siffridus epitom. libr. 2. ad ann. 1302. *Regem archiepiscopos multùm humiliasse*: Dominic. Colmarienses in annal. ad eund. ann. *coëgisse episcopos componere secum:*

secum: M. Albert. Argent. *Principibus non ausiis sibi invicèm assistere, vel resistere Regi, regem tandem multorum precibus devictum, Moguntinum sibi sufficienter caventem, ad gratiam reassumpsisse:* Trithemius in Chron Hirsaug. ad d. ann. 1302. *Palatinum in deditionem venientem cum gratiâ receptum, Moguntinum gratiam Regis petiisse & impetrâsse, Regem Archiepiscopos Coloniensem ac Treverensem suo subjungâsse imperio, & ad postulandam gratiam non sine damnis eorum fortiter coëgisse,* idem quod in Chro. Sponheim. fide omnes digni scribunt. Et singula Ger. de Roo, *hist. Austr. d lib. 2. ad ann. 1300. & 1301.* persequitur. Fat, qui volet, & è tantis contradictionibus jus aut cõsue-

ſuetudinem conciliet, ego indè colligere aliud nõ poſſum, quàm quicquid juris in Regum abdicatione quicunq́; prætendere voluerint, vel potuerint, iſto Alberti Imp. actu eſſe expunctum, aut ſaltèm cancellatum. Palatinum equidèm duntaxàt dicis causâ ad deponendum Regem vocatũ vel ideò credimus, quod ferè tantùm hominis ætate interjectâ, in exautoratione Wenceslai, ejus temporis Palatinus privilegii alicujus curam ullam non habuit, & primas occupãti Moguntino ne verbo quidem contradixit. Quid autèm quantumq́ue juris, vel conſuetudinis ex iſto Wenceslai exemplo non ad Palatinum, ſed ad Electores omnes redũdet, cum ſuo quisq́; genio

genio disputet; quoniam nec jus, nec consuetudo de abdicatione Imperatorum certa huc usq; prodiit, exemplum hoc eò, quò ipsius rei circumstantia, (quam *sup. in cap. 3. sect. 2. num. 9.* explicavi) Electores duxerit, pertinere incorrupto animo, judicio licèt submisso arbitror, quamvis verba exautorationis aliud præ se ferant.

8. Cùm itaq; d. A.B. textus de criminalibus causis non sit accipiendus, neque ad feudales spectet, quod Reinkingius, Limnæus, &c. defendunt, relinquitur, rectè eos sentire, qui tantummodò in civilibus, (quatenùs hæ â feudalibus discernuntur, & ex allodio procedunt) ut pecuniariis causis, Electorē Palatinū

ibi

ibi Imperatoris judicem consti- tum docent, etsi hæc res, uti *numer. 3.* monuimus exemplorum sterilis est.

9. Et certè, quod *illud judicium Comes Palatinus* (verba sunt A. B.) *non alibi, præterquàm in Imperiali Curiâ, ubi Imperator, seu Romanorum Rex præsens extiterit, exercere possit*, observatu dignum esse haud inficior, non quidèm ad eum quem Hippolithus sectatur finem, sed ut indè discamus veritatem, quam tuemur, hoc Palatinum judicium ab ipso Imperatore dependere, mutatâ solùm in ipso exercitio personâ. Undè nec opus est, ne Imperatorem Palatino subjiciamus, Imperialem Curiam hìc per Imperii Comitia duntaxàt explicare.

Cer-

Certum namq; jam ante Hippolithum Limnæus docuit, *de jur. publ. d. lib. 3. cap. 9. num. 77. & seq.* per Imperialem Curiam etiam in A. Bull. aulam Imperatoris, & Imperii comitia promiscuè intelligi, qui ambiguus verbi usus ne in re magni momenti, controversiis nimirùm Imperatoris dijudicandis, quenquam suspensum detineret, Imperator Carolus IV. *Imperialem Curiam*, per sequentia interpretari voluit, *ubi Imperator, seu* Rom. *Rex præsens extiterit*, ut Imperatorem, sive in aulâ, sive in comitiis, conveniri posse nosceremus. Quam opinionem textus Germanicus omninò firmat: Sol der Pfaltz Graff dasselbig sonst nirgendts haben noch suchen/

chen/ dann an einem Kayser-
lichen Hoff/oder wo der Kayser
oder Römische König gegen-
wertig ist: ê quibus verbis quæ
consectaria ulteriùs promi que-
ant, nunc non persequor. De Re-
gibus Galliæ, aliisq́; Monarchis,
ipsi quoq́; Galli, cum aliis, Hip-
politho satisfacient. Nam ne ea
quidem quæ Hippolithus tradit,
si rata haberentur, nostræ doctri-
næ officerent, & multorum Re-
spublicas perlustrare haud no-
stri est instituti; fortaßè nec vi-
rium: Imò Hippolithus non-
dùm Imperatoris â Palatino ju-
dicati exemplum attulit, quod
unà cum Gallicis, quæ extant,
examen sustineat. Cætera hujus
sectionis omnia ad ista, qnæ ha-
ctenùs commentati sumus,
exiguntor.

IN CAPUT VI.

De Legum ferendarum potestate.

SECT. I.

1.

COncedo, ad Majestatem pertinere, *leges ferre, & latas iterùm abrogare*, hoc autèm si Rex in Comitiis cum consensu Procerum faciat, id non tantùm majestatem ejus non lædere, sed Regis quoq; esse, *sup. in cap. IV. præsertim sect. 2.* simul ad ea quæ *in cap. 1.* animadverti remittendo, abundè demonstravi, ubi & *numer. 7.* illud Regum Galliæ, *Quia sic nobis placuit*, atq; *n. 2. & seq.* contemtam Senatus Rom. autoritatẽ, Principumq́; ac Imperatorũ absolutum

tum regimen inſpeximus. *Leges* verò *in principis arbitrio perindè eſſe oportere, ut in poteſtate gubernatoris navis gubernacula*, ſano ſenſu, tanquàm ſimile, in tertio quodam locum invenit. Sicut enim gubernator navis, ubi ſcopulos timet, ventisq; impeditur, rectà quò vult curſum non tenet, ipſe etiam tempeſtate ingruente, ſuos ad clavum unà dirigendum advocat, gubernator tamen̄ propterea eſſe non deſinit, ita in Reipublicæ gubernatione, ubi nunquàm non ſcopulorum, ventorumq; ratio habenda eſt, & ab eo, qui Reip gubernaculis eſſētialiter (liceat ita loqui) ſolus aſſidet, tempeſtas, niſi ſuorum animos promtos ſciat, ſatis præcaveri nequit, ſi

in-

in Comitiis Procerum consensum, ne eo non adhibito procellis aliquando obruatur, ad Regni negotia ordinanda adjutorium sibi faciat, Rex nihilominùs manet, majestatemq; conservat; etsi ejusmodi similibus in re tàm gravi, si Hippolithus ansam non daret, facilè abstinerem. Neq; tamen vereri opus est, *ne ipsa navis cum gubernatore priùs naufragium patiatur, quàm vectores consuli possint:* Sunt enim Cæsares (ut hæc Imperio applicem) non adeò imperiti gubernatores, ut necessitati in tempore providere nesciant, undè tot egregiæ Imperii Constitutiones, quibus omni casu Respublica sustinetur, præterquâm quod hæc Imperii moles non quovis turbine dejicitur.

citur. Fortè propter iſtud ſimile Hippolitho, niſi quæ abſoluto unius regimine conſtet, nulla placet Reſpublica. Imperio noſtro, ſi eſſentialis legum condendarum poteſtas in eo penes Ordines eſſet, adhuc idem ſimile obſtaret, cùm univerſales tantum in Comitiis ferri debere, ipſe non neget, adeoque ſi tàm debili fundamento Imperium inniteretur, interim quoque, dùm inter Ordines conveniret, ruinam trahere poſſet, & idcircò quidèm certiùs, quòd remotâ Cæſaris autoritate, atque clementi interpellatione, ſæpè res ipſa omninò in ſuſpenſo relinqueretur. *Vid. ſup. in cap. 4. ſect. 2. num. 14.*

2. Augusto igitur Imperatoris pedi, quem exiguum vocat, augustos amplosq; cothurnos detrahere, si Diis placet, non debuit, quia in Comitiis consensu Procerum opus sit: Neq; enim negamus, propter istum consensum, recessum comitialem præter Imperatoris, etiam communem Ordinum Recessum, seu Imperatoris, & universorum Ordinum conclusum, unser und gemeiner Ständ Abschied/ quãvis rarò dici, frequentiùs Imperatoris & Imperii Recessum, unser und des H. Reichs Abschied/ & tùm ego, sicut & cùm tantùm, Reichs Abschied/ scriptum reperitur, valdè ambigo, an semper Imperii nomine Ordines, licèt universi, intelligantur,

tur, per ea quæ *sup. in cap. 3. sect. 3. num. 1. & 4.* attigimus. Sanè, quando cum Imperatore, sive Rege Rom. universi Imperii Ordines ponuntur, wir und gemeine Stände des Reichs / *ut R. I. Spir. ann. 1542.* §. fürter haben wir. *R. Dep. Worm. ann. 1564. ferè in fin.* §. Des zu Urkund haben wir. *Rubric. Ord. Cam. 1555. &c.* universos Ordines, & Imperium pro iisdem habere, quasi universos Ordines universorum Ordinum diceres, oppidò absonum esset. Est insuper, ubi & Imperator, sive Rex, & Imperium, & Ordines separatim efferuntur, *ut Ord Reg. ann. 1500. tit.* der Türcken halben. *vers.* Darumb und solchem. Sed quid in his indagandis oleum & operam perdimus? cùm

Cùm in Receſſibus & Conſtitutionibus Imperii iſtiusmodi loquela ferè indifferens ſit, quemadmodum *in Rubr. Ord. Cam. an. 1495.* judicium Camerale vocatur, der Römiſchen Kön. Mt. Cammergericht / at in princ. ejusd. Ord. ferè in fin. unſer und des H. Reichs Cammergericht. Ibidem Comitia, unſer und des Reichs Tag / at in Ord. Reg. *an. 1500. tit.* wie zwentzig Perſonen *&c. verſ.* und ſeynd dieſelbige. Unſers Königlichen Reichstag / quibus verbum Receſſus præponitur: Abſchied diß unſers Königlichen Reichstag. In Ordinatione tamen Reg. W*orm. ann. 1521.* Regimentum (quod in O. R. ann. 1500. non niſi Imperatoris & Imperii dicitur) non Imperii,

N ſed

ſed Imperatoris Regimentum ſtudio appellatur, in cujus reî rationem alibi inquiremus. Hic nunc ſufficiat indicaſſe, aliâs horum verborum non tantùm æquivocum, verùm etiam non ſatis accuratum eſſe uſum: & propter conſenſum Ordinum, ſeu conventionis ſpeciem, quæ in Comitiis Imperatori cum Ordinibus intercedat, non tamen æquali paciſcentium poteſtate, uti *ſup. in cap. 4. ſect. 5. numer. 1.* notavimus, Receſſum non abſurdè, Imperatoris, & univerſorum Ordinum Receſſum, **unſer und gemeiner Ständ Abſchied/** & absq; Cæſareæ majeſtatis diminutione, nuncupari. Quod itaq; Ferdinandus II. Imp ejusq; Conſiliarii, leges in Comitiis

non

non ſine Ordinum conſenſu ferri, inficias non ivère, noſtræ doctrinæ non obſtat, & eſt id ipſum quod ambabus largimur, nec hodiè Imperator diffitetur. De facto autem Imp. Ferdinandi II. tanquàm re toties diſcuſsâ, & nuperrimè ſopitâ, (*vid. ſupr. in cap. 4. ſect. 3. num. 12.*) loqui non modò ſupervacaneum, atque inutile eſt, ſed & compoſitionis lege prohibeor, alioqui ſuppeterent, quæ ſalvâ quoque eâ, quam profiteor, Auguſtæ Vindelicorum auſcultatâ religione, (cui, quod Deus ratum eſſe jubeat, tandèm immoriar) pro Imperatore dicerem.

3. Concludo deniq; contra Hippolithum, cum in Comitiis, re ab Ordinibus deliberatâ,

 penes

penes Imperatorem approbandi, reprobandivè jus sit, quod *sup. in cap. 4. sect. 2. num. 9. & seq.* extra dubium locamus, quomodocunque, propter Ordinum consensum, quædam solemnitates sese habeant, essentiali legum ferendarum potestate solum Imperatorem pollere.

SECT. II.

I.

NOn sunt de nihilo, quibus Reinkingius, consensu procerum Imperatoris majestatem non lædi, probat, at iis Hippolithus hic non nisi verba regerit: Idcircò, ne crambem coctam recoquamus, ea quæ *in cap. 1. & cap. 4. inprimis sect. 2. num. 9. & seq.* annotavimus, repeti velim,

velim, undè hæc omnia lucem accipient.

2. Monere fortassis in specie refert, non è solâ convocatione, (quæ etsi cum consensu Electorũ fieri soleat, penes Imperatorem nihilominùs essentialis est) aut propositione, aut confirmatione, aut promulgatione, sed ex his conjunctìm consideratis Reinkingium legum ferendarũ potestatem Imperatori asserere.

3. Quam autèm absimiles sint Magistratuum Romanorum rogationes Imperatoriæ propositioni, & quidèm jure decidendi munitæ, *sup. in cap. 4. sect. 5. n. 2.* vidimus, ut nec abnuamus illud Limnæi *non ad* (solam) *propositionem, sed ad conclusionem spectandum esse, Monarchiæ si certum*

velimus metiri pondus. Hoc regulare est, de singulis articulis eo ordine, quo propositi sunt, in Comitiis deliberationes institui, si tamen Ordines Imperatori demonstrent, alius, quàm qui primò locatus est, decisione reliquam deliberationem aut promoveri, aut dependere, Imperator istius discussionem præ cæteris haud difficulter admittet, quemadmodum id ann. 1555. contigit, *Recess. I.* Augsp. *ann. 1555.* §. und als der Churfürsten. *& seq.* quamvis invito Imperatore ordo propositionis non mutetur, quod vel ipsa ab Hippolitho è Comitiorum Regensp. *ann. 1608.* (quibus tamen dissipatis, universale conclusum nullum prodiit, Protocollo adducta

ducta verba innuunt, si ex iis quæ de Comitiis scripsimus, explicatio depromatur istius sermonis: Sich des modi halbē mit Ihrer Maj. vergleichē. Quin ipsi Proceres apertè fatentur, modò inevitabili necessitati consuli possit, propositionis Cæsareæ ordinē in comitialibus deliberationibus retinendū esse, veluti ex Evangelicorum excusatione, Imp. Matthiæ in Comit. Regensp. *an. 1613. ult. August.* insinuatâ, quæ der Gründlicheu Relation des jenigē/so bey jüngst zu Regenspurg &c. *sub lit. H.* annexa est, clarè elucet: E. Käys. M. nachmal endlich zu bezeugen / das so lange die von uns zu genügen angezogene unnd erwiesene Hinderungē durch wirckliche

 Ab-

Abhelffung und remedirung der Beschwerden / nicht aus dem Weg geraumbt / daß es gleichsam an sich selbsten ein unmüglich unpracticirlich ding / das zu dem Hauptwerck und den ersten Puncten E. Käyserl. Majest. Proposition (den wir sonsten billich und gern den Ersten in der Deliberation seyn lassen / auch solches modi procedendi halben / und daß die Ordnung Ewer Majestät proposition gehaltẽ werde / mit den andern Chur-Fürsten und Ständen wol einig seyn / auch unsers wissens solches modi halben nie kein differentz allhie gespüret worden) mit rechtem Nutz und Frucht geschritten werden könne oder möge. Et paulò post:

Eben

Eben darumb / weil sich bey besagtem ersten Puncten so schwere obstacula befunden / ist es unsern Herrschafften und Obern zu thun gewesen: Keines wegs aber / daß man nicht hät zugebē wollen / den Puncten Justitiæ in den Berahtschlagungen den Ersten seyn zu lassen.

4. Confirmationem quam Reinkingius dicit, nos *jus approbandi & reprobandi*, seu concisè *jus decernendi* appellamus: Id quomodocunq; voces, non Ordinum, sed Imperatoris esse, superiùs abundè demonstravimus. Ludit verò Hippolithus vocabulis, quando hujusmodi confirmationem ad eam, quæ in Recessus correctione à Burchardo *approbatio*, non satis quidèm

dèm commodè, nominatur, referre gestit, quo tamen negotio ipse Hippolithus, *sup. cap. 4. sect. 4.* Cæsareos Commissarios excludere ausus non est; at de re ipsâ ibid. *num. 7.* notata consulere licebit. Neq; etiam huc mandatæ jurisdictionis, tutorum, & hereditatum confirmationes aliter, quàm par est, applicandæ sunt: rectè autem applicatæ id quoq; quod volumus exhibent. Etsi enim confirmatum ibi non semper à confirmante, sed ex propriâ naturâ, propter specialem aliquē effectum, denominationem accipiat, confirmans nihilominùs robur atq; autoritatem omnibus addit, ita ut ea à confirmante quoq; nomen non impropriè sortiantur, *per l. lege*

130. ff.

130. ff. de V. S. istamq́; puto Reinkingii mentem esse, quam si non assequor, iis doctrinâ meâ tueri satis habebo, quib⁹ jus decidendi Imperatori tribuendum ostendi. Propterea, ne & alienis nimiùm immorari videar, quæ in singula animadverti possent, lubens prætereo, id solum adjiciens, si illa Imperatoris potestas confirmationis jure censeri deberet, ipsam Hilligeri opinionem, quam Hippolithus sequitur, mihi astipulari, quia placitum Ordinum Imperator non necessariò, sed, si velit, approbat, ut alibi scripsi, quicquid Hippolithus intrepidè asseveret. Nam quæ de decreto Wormaciensi movet, *sup. ad c. 4. sect. 4. n. 6.* excussimus, & rem totâ Hippolitho

prorsùs adversari, perspicuum fecimus.

5. Legum tandèm universaliũ promulgationẽ in Imperio soli⁹ Imperatoris nomine fieri, adeò certum est, atque ab omnibus concessum, ut mirari liceat, pertinaciam hominis, dùm aliud probare nititur, Recessuum Constitutionumq; verbis apertè abutentis. Si enim omnia illa, quæ protulit, cum antecedentibus & consequentibus vel obiter tantùm conferantur, de consilio, & consensu Ordinum intelligenda esse, cuivis facilè liquebit. Neq; quicquam refert, utrùm Ordines separatìm, an mox unà cum Imperatore nominentur. Etsi enim uno eodemq; sermonis tenore in princ.

Königl.

Königl. Satzung/ von dem gem. Pfenn. *ann. 1495.* Ordines cum Imperatore, sive Rege Rom. collocati reperiantur, id tamen non promulgationis, sed conventionis ratione factum est, iis itidèm, quæ solum Regem propriè respiciunt, brevitatis ergò simul adjectis, ita ut verba illa, **uns mit einander vereiniget und beschlossen**/ ad Regem & Ordines; **verordnet und gesetzt haben**/ ad solum Regem referenda sint: Et Regem primas præcipuasq; partes obtinuisse, obligatio ejus specialiter subjuncta, ne Constitutio ista regiâ potestate extenderetur, non obscurè commonstrat. Verùm enimverò Hippolithus, qui circa verborum corticem laborare reli-

gioni ducit, ut sæpe præceptorum suorum oblitus est, ita eum hîc contra rem exploratissimam purum putum verborum captatorem quilibet deprehendet. Cæterum nec ê nudâ legum promulgatione imperatoria legum ferendarum potestas elicitur, uti diximus, ideoq; quæ de Venetorum, & Gallicâ Respublicâ traduntur, huc minimè quadrant.

IN SECT. III.

I.

CONclusio, quâ hanc sectionem Hippolithus incipit, ex hactenùs dictis ita corrigenda est, ut Imperatorem non quidèm legibus solutum, (id quod ejus majestatem non infringat) legum tamen autorem statuamus;

mus; undè simul eâ in re quid Ordinibus tribuendum sit, ulteriùs definire integrum est.

2. Quia igitur & in Comitiis legibus fundamentalibus derogari, atq; abrogari nemo dubitat, hîc quoq; ex eo, quòd Imperatori in Comitiis jus decidẽdi asseruim⁹, essentialẽ potestatẽ soli meritò assignam⁹, quamvis & nullus Ordinũ, ut à jure suo, lege, aut consuetudine fundamentali semel quæsito, recedat cogendus, ejusmodi potiùs fundamentalis legis mutatio, aut abrogatio, tanquàm negotium in quo Ordines non ut universi, sed ut singuli considerentur, haud attentis plurium votis, amicabili compositione terminanda sit, quod iis congruit, quæ

sup.

gioni ducit, ut sæpe præceptorum suorum oblitus est, ita eum hîc contra rem exploratissimam purum putum verborum captatorem quilibet deprehendet. Cæterum nec è nudâ legum promulgatione imperatoria legum ferèndarum potestas elicitur, uti diximus, ideoq; quæ de Venetorum, & Gallicâ Respublicâ traduntur, huc minimè quadrant.

IN SECT. III.

I.

COnclusio, quâ hanc sectionem Hippolithus incipit, ex hactenùs dictis ita corrigenda est, ut Imperatorem non quidèm legibus solutum, (id quod ejus majestatem non intringat) legum tamen autorem statuamus;

mus;

mus; undè ſimul eâ in re quid Ordinibus tribuendum ſit, ulteriùs definire integrum eſt.

2. Quia igitur & in Comitiis legibus fundamentalibus derogari, atq́; abrogari nemo dubitat, hîc quoq́; ex eo, quòd Imperatori in Comitiis jus decidẽdi aſſeruim⁹, eſſentialẽ poteſtatẽ ſoli meritò aſſignam⁹, quamvis & nullus Ordinũ, ut à jure ſuo, lege, aut conſuetudine fundamentali ſemel quæſito, recedat cogendus, ejusmodi potiùs fundamentalis legis mutatio, aut abrogatio, tanquàm negotium in quo Ordines non ut univerſi, ſed ut ſinguli conſiderentur, haud attentis plurium votis, amicabili compoſitione terminanda ſit, quod iis congruit, quæ

sup. ad cap. 4. sect. 5. num 3. scripsimus.

3. Illud altioris indaginis est, an Ordines, Imperatore mortuo, leges fundamentales, & sic etiam ipsum Romano-Germanicæ Reipublicæ statum mutare possint? Rempublicam monarchicam, (nam de polyarchicâ non omninò eadem affirmo) præsertìm ubi electio viget, mortuo Monarchâ, solis legibus fundamentalibus sustineri, atq; eatenus has essentialiter administrantis sive imperãtis loco esse, *sup. ad cap. 1. num. 11.* annotavi. Si igitur nulla inter leges fundamentales reperiatur, quæ Statum Regni post mortem imperantis immutari permittat, quo jure Ordines eam potesta-

tem

tem sibi assumere possint, nõ video: Imò hîc solita unius electio non minori iniquitate intermittitur, quàm è Regno hereditario heres Regni ejicitur. Uti n. hereditarii Regni eversio regulariter unicæ regiæ familiæ præjudicat, ita in Regno, quod electione defertur, ij omnes gravãtur, qui Regno digni sunt, si electio contra legem fundamentalem tollatur. Sin nemini injuriam fieri existimes, ubi omnes de Status mutatione consentiant, adhuc obstabit, quod sine imperantis potestate Respublica ordinari justè nequeat, & propterea formã quam Electores lege, vel consuetudine fundamẽlali præscriptam habent, observare teneantur. Si adhuc, non extan-

extante qui imperet, Statum Reipubl. contra jus fundamentale impunè mutari posse dicas, jam non de jure, sed de facto loqueris, quod haud quærimus. Posse verò Monarcham post mortem ejus, qui hâc de re nihil statuit, electum, cum Procerum consensu (ut in Comitiis juris est) legibus fundamentalibus derogare & abrogare, tantum abest ut inficier, ut etiam ita eum ipsâ majestate se rectè abdicare sentiam.

3. Hinc dijudicare licet, quomodò ea, quæ Hippolithus de legum imperii nostri fundamentalium, & ipsius Status immutatione disserit, æstimari debeant. Nec opus est, ob aliquorum fortè delictum, cui coërcendo

do singulares Imperii constitutiones sufficiunt, ipsius Imperii molem debilitare, & hujus per Dei gratiam præcipuum fulcrũ, Aur. Bullam, quicquid Hippolithus adoret, incidere. Alia autem non diffiteor evenire posse, quæ Imperatori suadeant, ut alicubi Aur. Bullæ cum consensu Procerum deroget, eamvê extendat, atq; aliàs explanet, quod verbum Sleidanus (quem, ut & Hortlederum Hippolitho in nullo, quod abnuam, astipulatos reperio) *lib. 8* adhibet, ubi refert Cæsarem â Saxone hujusq́ue sociis rogatum, ut *legem Carolinam explanet atque confirmet*, quemadmodùm ij ibidèm petunt, *si Cæsari videbitur opus esse aliquo tanquàm coadiutore, tùm de*

de voluntate consilioq́ principum electorum legem Carolinam interpretetur.

IN CAP. VII.

De Homagij, & Fidelitatis receptione.

1.

Utcunque homagii variæ tradantur significationes, homagium tamen, quod Ordines Imperatori præstant, ejus esse naturæ & constat, & Hippolithus confitetur, ut in recipiente (suo scil. non alieno nomine) superioritatem, veluti loquuntur, & in præstante subjectionem designet.

2. Imperatorem homagium ab Ordinibus, neq; alio, quàm

suo

ſuo nomine recipere, ipſe Hippolithus negare non audet, quia tamen in eo non tantùm Imperatoris, ſed & Imperii mentio fit, ut Imperatori, quod largiri cogebatur, infructuoſum reddat, ad conſiderationem hîc & inconvenientem, & minimè neceſſariam dilabitur, utri iſtud homagium principaliter præſtetur.

3. Res difficultatem non habet, ſi quid in formulis iſtis ab Hippolitho adductis: Bey den Eyden und Pflichten / damit ihr uns / und dem Heil. Reich zugethan. Unſer und des H. Reichs Churfürſten / Fürſten &c. unſere / und des Reichs Unterthanen und Getrewen. præſertim in homagio ipſo: Schweren dem Römi-

mischen Käyser/und dem Reich/ trew / hold / gehorsamb und gewärtig zu seyn. per vocem, Reich/ intelligatur, benè cognitum fuerit.

4. Ex ipsius quidèm Hippolithi doctrinâ, quâ Imperatorem, quando aliquis existit, sub Imperii corpore comprehendi tradit, *sup. h. part c. 3. sect. 1. §. Nam Majestas illa*, aliam hîc vocabuli, Reich/ quàm ut eo Ordines unà cum Imperatore contineantur, usurpationem subesse oportet, quoniam ubique Imperator separatìm effertur. Maximè enim interest, ubi verbis inhæremus, & res ipsa ex iis æstimari solet, præsertìm in homagiis præstandis, sermonem cæteroquin apertum uti nec alio modo, ita nec

nec abundantiâ intricatum reddere; ideoq; cùm illud verbum, Reich/ Imperatorem cum Ordinibus (quod Hippolithus docet) significare potuit, superfluâ locutione, quæ multorum dubiorum ansam præbeat, Imperator sigillatìm exprimi non debuit: Nam & eum pro nudo Imperii capite, si hoc solùm hîc spectatũ existimetur, aliundè dignosci, longè habitum fuisset tutius.

5. Verùm in ejusmodi tricis ineptè moratur, cui facilior rei expediendæ ratio obvia est. In homagii enim formulâ Imperium significare ipsam Rempublicam, dubium nullum habeo, quo etiàm modo aliàs verbum illud usurpari monuimus, *sup. in cap. 3. sect. 3. n. 1, & 4.* ut Imperatori

tori & Reipublicæ fidelitatem ac obedientiam promittere (quam tamen promissionem solus Imperator recipit) sit, præter obsequium quod Imperatori defertur, promittere, ad promovendam Reip. salutem (ad quam, tanquàm proximum finem, & imperantem & subditum in Republicâ contendere *sup. ad cap. 1. num. 8.* scripsimus) omnes vires conferre, & jus fundamentale, quod etiam aliquando imperantis loco habendum diximus, *in id. cap. num. 11.* quodcunq; in Rep. extet, aut constituatur, fideliter observare velle: Atq; ita, unà & imperantis & Reipublicæ mentionem homagiis inseri, in specie quoq; ad interregna referri potest. Si quispiam nimis super-

superstitiosus verba, homagii, trew/ hold/ gehorsamb/und gewertig/aut similia, in Imperium (si per Rempublicam explicetur) non omnia quadrare censeat, ea quæ Imperatori convenientia putet, Imperatori; quæ Reipublicæ, Imperio accommodet, quod fieri in ipsis Imperii recessibus novum non est, *vid. sup. in cap. 6. sect. 2. num. ult. ferè in fin.* quamvis ego planè non dubitem, quin, ubi in homagii formulâ Imperator & Imperium (Respublica) conjuncta reperiuntur, singula ista de utroq; sat convenienter intelligantur: Nam quæ utriq; non conveniunt, in ipso homagio accuratè discernuntur. Sic pro iis verbis: Person / Ehr / Würde und

Standt/ soli Imperatori subjectis, quando mox cum Imperatore Imperiũ simul exprimitur, quoniam illa, Person/Standt/ ad Imperium seu Rempublicam referri nequeunt, utriq́ue apta subnectuntur: Ehr / Nutz und Frommen. Itèm soli Imperatori hîc congruentia de eodem solo posita inveniuntur: E. Käyserl. Majest. dessen unverzüglich warnen.

6. Atq; ita in formulâ homagii vocabulum Imperii non pro Ordinibus, sed Republicâ accipi, ipsorum Ordinum dignitati minimè præjudicat. Quicunq́ue enim Rempublicã salvam vult, idem simul Ordinum dignitatem, atq́ue privilegia, quod ad Reip. ordinationem conferunt, sarta tecta cupit. Imperatori au-

tèm eo, quod non ejus tantùm, verùm & Reipublicæ ſalus in homagio ſpectetur, nihil majeſtatis, aut Superioritatis, ut ita loquar, decidit. Quomodo namque Reipublicæ ſalute ipſa Imperatoris majeſtas conſervetur, *ſup. ad cap. 1. d. num. 8.* commentati ſumus. Et probè notandum, Superioritatem non ei, de quo, ſed cui homagium præſtatur, ſi nimirùm is ſuo nomine id recipiat, (quod Imperatorem facere, Hippolithus vix negat, & quæ pro Imperatoris Majeſtate ſcripſimus, luculenter comprobant) attribuendam eſſe. Iſtam prætereà Imperatoris & Imperii conjunctionem non eſſe perpetuam, etiam in nonnullis, de quibus

Hippolithus contrarium tradere audet, Limnæus nuper adductis Recessuum textibus clarè probavit, *ad Capitul. Carol. 5. artic. 2. verb.* unser und des H. Reichs Churfürsten *&c.* Solius igitur Imperatoris in Imperio majestas ex homagii quoque receptione hactenùs emicat.

7. Nihil vero obstat, quòd universi in Comitiis congregati Ordines non simul jurant. Id enim in Monarchiâ opus esse, nemo facilè obtinebit. Ubi Rex eâdem vice ab universis Ordinibus homagium non recipit, affatim est, si non modò singulis, sed & universis imperet, quod de nostro Imperatore *sup. in d. c. 3. sect. 3.* confirmavimus.

8. Quod

8. Quod ulteriùs notandum monet, in fidelitatis juramentis, quæ Monarchis præstentur, Regnorum mentionem non fieri, solâ juramenti formulâ, quâ Carolo M. fidelitas promissa *apud Goldast.* legitur, probare non potuit. Nos, cùm Hippolithus plura non afferat, in alia exempla non inquirimus: Sat ejusmodi raritate rem ipsam suspectam reddit. Id tamen non admodùm pugnabo, iis plerumq́ue, qui Regna, atq́; ditiones hereditario jure possident, absq́; istorum adjectione, vel ideò, quòd interregna hîc non adeò sunt conspicua, fidelitatis juramenta præstari solere: Ac idem si Carolo M. evenisse diceremus, â ratione essemus non omninò a-

de voluntate consilioq; principum electorum legem Carolinam interpretetur.

IN CAP. VII.

De Homagij, & Fidelitatis receptione.

1.

VTcunque homagii variæ tradantur significationes, homagium tamen, quod Ordines Imperatori præstant, ejus esse naturæ & constat, & Hippolithus confitetur, ut in recipiente (suo scil. non alieno nomine) superioritatem, veluti loquuntur, & in præstante subjectionem designet.

2. Imperatorem homagium ab Ordinibus, neq; alio, quàm suo

ſuo nomine recipere, ipſe Hippolithus negare non audet, quia tamen in eo non tantùm Imperatoris, ſed & Imperii mentio fit, ut Imperatori, quod largiri cogebatur, infructuoſum reddat, ad conſiderationem hîc & inconvenientem, & minimè neceſſariam dilabitur, utri iſtud homagium principaliter præſtetur.

3. Res difficultatem non habet, ſi quid in formulis iſtis ab Hippolitho adductis: Bey den Eyden und Pflichten / damit ihr uns / und dem Heil. Reich zugethan. Unſer und des H. Reichs Churfürſten / Fürſten &c. unſere / und des Reichs Unterthanen und Getrewen. præſertim in homagio ipſo: Schweren dem Römi-

mischen Käyser/und dem Reich/ trew / hold / gehorsaimb und gewärtig zu seyn. per vocem, Reich/ intelligatur, benè cognitum fuerit.

4. Ex ipsius quidèm Hippolithi doctrinâ, quâ Imperatorem, quando aliquis existit, sub Imperii corpore comprehendi tradit, *sup. h. part c. 3. sect. 1. §. Nam Majestas illa.* aliam hîc vocabuli, Reich / quàm ut eo Ordines unà cum Imperatore contineantur, usurpationem subesse oportet, quoniam ubique Imperator separatim effertur. Maximè enim interest, ubi verbis inhæremus, & res ipsa ex iis æstimari solet, præsertìm in homagiis præstandis, sermonem cæteroquin apertum uti nec alio modo, ita nec

nec abundantiâ intricatum reddere; ideoq; cùm illud verbum, Reich/ Imperatorem cum Ordinibus (quod Hippolithus docet) significare potuit, superfluâ locutione, quæ multorum dubiorum ansam præbeat, Imperator sigillatìm exprimi non debuit: Nam & eum pro nudo Imperii capite, si hoc solùm hîc spectatũ existimetur, aliundè dignosci, longè habitum fuisset tutius.

5. Verùm in ejusmodi tricis ineptè moratur, cui facilior rei expediendæ ratio obvia est. In homagii enim formulâ Imperium significare ipsam Rempublicam, dubium nullum habeo, quo etiàm modo aliàs verbum illud usurpari monuimus, *sup. in cap. 3. sect. 3. n. 1. & 4.* ut Imperatori

tori & Reipublicæ fidelitatem ac obedientiam promittere (quam tamen promiſſionem ſolus Imperator recipit) ſit, præter obſequium quod Imperatori defertur, promittere, ad promovendam Reip. ſalutem (ad quam, tanquàm proximum finem, & imperantem & ſubditum in Republicâ contendere *ſup. ad cap. 1. num. 8.* ſcripſimus) omnes vires conferre, & jus fundamentale, quod etiam aliquando imperantis loco habendum diximus, *in id. cap. num. 11.* quodcunq́; in Rep. extet, aut conſtituatur, fideliter obſervare velle: Atq́; ita, unà & imperantis & Reipublicæ mentionem homagiis inſeri, in ſpecie quoq́; ad interregna referri poteſt. Si quiſpiam nimis ſuper-

ſuperſtitioſus verba homagii, trew/ hold/ gehorſamb/und gewertig/aut ſimilia,in Imperium (ſi per Rempublicam explicetur) non omnia quadrare cenſeat, ea quæ Imperatori convenientia putet, Imperatori; quæ Reipublicæ, Imperio accommodet, quod fieri in ipſis Imperii receſſibus novum non eſt, *vid. ſup. in cap. 6. ſect. 2. num. ult. ferè in fin.* quamvis ego planè non dubitem, quin, ubi in homagii formulâ Imperator & Imperium (Reſpublica) conjuncta reperiuntur, ſingula iſta de utroq; ſat convenienter intelligantur: Nam quæ utriq; non conveniunt, in ipſo homagio accuratè diſcernuntur. Sic pro iis verbis: Perſon / Ehr / Wůrde und

Standt/ soli Imperatori subjectis, quando mox cum Imperatore Imperiũ simul exprimitur, quoniam illa, Person/Standt/ ad Imperium seu Rempublicam referri nequeunt, utriq́ue apta subnectuntur: Ehr / Nutz und Frommen. Itèm soli Imperatori hîc congruentia de eodem solo posita inveniuntur: E. Käyserl. Majest. dessen unverzüglich warnen.

6. Atq; ita in formulâ homagii vocabulum Imperii non pro Ordinibus, sed Republicâ accipi, ipsorum Ordinum dignitati minimè præjudicat. Quicunq́ue enim Rempublicã salvam vult, idem simul Ordinum dignitatem, atq́ue privilegia, quod ad Reip. ordinationem conferunt, sarta tecta cupit. Imperatori au-

tèm eo, quod non ejus tantùm, verùm & Reipublicæ ſalus in homagio ſpectetur, nihil majeſtatis, aut Superioritatis, ut ita loquar, decidit. Quomodo namque Reipublicæ ſalute ipſa Imperatoris majeſtas conſervetur, *ſup. ad cap. 1. d. num. 8.* commentati ſumus. Et probè notandum, Superioritatem non ei, de quo, ſed cui homagium præſtatur, ſi nimirùm is ſuo nomine id recipiat, (quod Imperatorem facere, Hippolithus vix negat, & quæ pro Imperatoris Majeſtate ſcripſimus, luculenter comprobant) attribuendam eſſe. Iſtam prætereà Imperatoris & Imperii conjunctionem non eſſe perpetuam, etiam in nonnullis, de quibus

8. Quod ulteriùs notandum monet, in fidelitatis juramentis, quæ Monarchis præstentur, Regnorum mentionem non fieri, solâ juramenti formulâ, quâ Carolo M. fidelitas promissa *apud Goldast.* legitur, probare non potuit. Nos, cùm Hippolithus plura non afferat, in alia exempla non inquirimus: Sat ejusmodi raritate rem ipsam suspectam reddit. Id tamen non admodùm pugnabo, iis plerumq́ue, qui Regna, atq́; ditiones hereditario jure possident, absq́; istorum adjectione, vel ideò, quòd interregna hîc non adeò sunt conspicua, fidelitatis juramenta præstari solere: Ac idem si Carolo M. evenisse diceremus, â ratione essemus non omninò a-

 lieni,

lieni, cum ille diversa regna in heredes transmiserit, quamvis electionis nonnihil successioni intercesserit. Et ipsum Romamano Germanicum Imperium initio hereditarium, electionis jus non omninò respuit, quemadmodùm huic juri, ex quo in eodem Imperio præcipuum fuit, successio aliqua (nisi cum nimiæ simultates Procerum animos distractos tenuêre) usq; ad hoc tempus adhæsit, ut alibi dicemus; quia tamen electio eminet, Imperii seu Reipublicæ nomē homagio nunc adjici, ratione non caret: Ne dicā, quæ Goldastus notat, specialia esse Ducū Italiæ juramenta, neq; â quibus vasallis atq; civitatib⁹ ejusmodi fidelitatē Carolus M. receperit, satis

ſatis patere, præterea fragmenta potiùs, quam integras juramentorum formulas â Goldaſto relatas videri. Quicquid ſit, non multùm refert, utrùm in homagio Monarchæ præſtando Reip. aut Regni mentio ſimul injiciatur, nec ne: Nam ſi ea omittatur, nihilominùs Regni, ſine cujus ſalute Rex ſalvus eſſe nequit, ratio habita intelligitur. Ejus rei dilucidum argumentũ ab ipſo Caroli M. cui absq; Regni mentione homagium præſtitum Hippolithus ſtatuit, regimine, in hâc ipsâ, de quâ loquimur, fidelitatis materiâ, mutuari licet. Etenim de Miniſtris & Conſiliariis regiis Hincmarus tradit, eorum neminem *ſe propter fidei ſervandam veritatem Regis*

& Regni subtrahere potuisse, vel etiam voluisse, ep. 3. cap. 17. electos esse, qui *talem fidem haberent, ut exceptâ vitâ æternâ nihil Regi & Regno præponerent*, ibid. cap. 31. Sic Consiliarios inprimis ordinâsse scribit, *quæ generaliter ad salutem, vel statum Regis & Regni pertinebant*, c. 33. Quin si verba Hippolithus crudè, ut solet, accipere voluerit, Caroli M. quoq; ætate, ubi Regis mentio omissa legitur, maiorem Regni, quàm Regis rationem habitam, existimare debuit. Nam idem Hincmarus *d. cap. 33* Regni utilitatem solam, veluti *cap. 36.* insidias Regni, absq; Regis mentione, exprimit. Sed de his satis.

9. Vocabulo ergò Imperii rectè explicato, palàm est, inconveni-

venienter, & nullâ urgente necessitate, quæri, Imperatorinê, an Imperio homagium principaliter præstetur? In homagio quidem contineri, non Imperatoris tantùm majestatem, sed & Imperii seu Reipublicæ rem, quantum in jurante positum fuerit, salvam fore, verùm id juramentum non nisi in Republicâ imperanti, id est, Imperatori ab Ordinibus præstari, atq; ita non ex eo, de quo, sed cui præstetur, Superioritatem æstimandam esse, ex his quæ exposuimus, cuivis liquebit.

10. Id verò facilè largior, Imperatori ab Ordinibus homagium præstari quà Imperatori, seu propterea quod Imperator est, von des Reichs wegē / vel quod

 idem

idem est, als Römischen König/ oder Käyser: Atque potissimè ideò, quòd Imperatori quâ Imperatori fidelitas promittitur, Imperator & Imperium ubique ferè conjunguntur. Indè etiam hîc pro iisdem habentur, uns von des Reichs wegen/&c. uns und dem H. Reich. Nam quod in ipsis ab Hippolitho adductis textibus dicitur, Befehlen euch bey den Eyden und Pflichten/ die ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan / und bey der Gehorsam/ die ihr uns/ als Römischen Käyser schuldig seyd ; in Erklär. des Landfriedens/Nürnb. 1522. §. *fin.* concisè ita effertur: Gebieten euch bey den Eyden / Pflichten/und der Gehorsamb / damit ihr uns

und

und dem H. Reich verbunden seyd. Reperitur adhuc alia, singularis tamen verborum, von des H. Reichs wegen / usurpatio, quando nimirùm negotium (ut contributionis) incidit, in quo Imperator Ordinibus de nonnullis liberiorem disponendi facultatem relinquit; tunc enim Ordinibus non quidèm territorii, quod quisq; possidet, sed Imperii seu totius Reipublicæ ratione, à ministris, quos earum rerum causâ constituerint, juramentũ præstari docet Königl. Satzung / von dem gem. Pfenn. Wormbs / *ann. 1495. tit.* von den sieben Schatzmeistern. Ibi.: Der jeglicher (de Thesaurariis sermo est) uns König Maximilian (non quà Regi aut Imperatori,

ſed quà Principi terrarum here-
ditariarum, quod præced. tit.
die Aufflegung ſol &c. proba-
tur, ratione tamen Imperii, ut
cæteris Ordinibus, quamvis in
nominatione Quæſtorum ali-
quis etiam imperatoriæ digni-
tatis reſpectus habitus ſit) auch
den Churfürſten/Fürſten/und
Ständen/von des H. Reichs
wegen/(omnia enim hîc quoq;
ad Reip. ſalutem dirigenda, & ſic
Imperatoris majeſtatem lædere
nequit, quòd in hâc juramenti
ſpecie Regis nomen absq. aliquâ
prærogativâ ponitur) Pflicht
und Eyd/auff das H. Evange-
lion/thun ſol. Alſo: Ich N.
gelobe und ſchwere/daß ich ſol
und wil der Königlichen Maye-
ſtät/(in hoc negotio non quà
Regi,

Regi, sed ut jam suprà) Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen/ von des Heil. Reichs wegen getrew seyn/ Ehr/ Würde/ und Nutz des Heil. Reichs betrachten/ rathen und führnehmen/ &c. In hoc nihilominùs casu promulgationem, & ea, quæ Majestatis propria sunt, Imperatori, quà Imperatori, salva manere, *sup. in cap. 6. sect. 2. num. ult.* docuimus. Quemadmodùm autèm hic, etsi Imperii seu Reipublicæ ratione Ordinibus juramentum præstetur, non aliis tamen, quàm Ordinibus reverâ præstari, & eos, qui præstant, Ordinibus inferiores Hippolithus haud negabit, ita quod Imperator quà Imperator, sive ratione Imperii, regulare fidelitatis

tatis juramentum ab Ordinibus, ſive univerſis, ſive ſingulis, (nam & univerſis ejusdem hujus juramenti admonitis Cæſarem imperare, alibi probavimus, ac vel è d. §. Erklär. des Landfried. *ann.* 1522. *verb.* allen ſampt und beſonders. perſpicuum eſt) ſolus recipit, reverâ ſolum recipere, & iis, â quibus recipit, & quibus in ſpecie quoq; ſub iſtius juramenti mentione univerſis imperet, & ſingulis, & univerſis ſuperiorem diffiteri non debet.

11. Et profectò nullam dubitandi rationem invenio, Imperatori ab Ordinibus homagium præſtari, quatenus Imperator ſit. Intelligendo enim faciunt ut nihil intelligant, qui Imperatorem abſolutè ſeu ſimpliciter,

&

& respectivè considerant. Si absolutè Imperatori fidelitas nulla præstatur, quæ sunt verba Hippolithi, quomodò potest existere Imperator, qui absolutè consideretur? cùm & Hippolithus ponat, quod Imperator contra Imperium quid moliens Imperatorem exuat. Imperator nimirùm ratione Imperii semper unus idemque est, quamdiu vivit, & gubernat, alia autem quæstio est, an leges fundamentales rumpens, Imperator esse desinat, aut ei obedientia denegari possit & debeat? quam rem *sup. in c. 3. sect. 2. n. 9.* attigimus.

12. Etsi igitur Imperatori non nisi ratione Imperii seu quà Imperatori fidelitatem ab Ordinibus deberi certum sit, non

tamen

tamen indè Hippolithus rectè deducit, Imperio ſeu Reipublicæ magis homagium præſtari, aut per id Superioritatem acquiri, juxta illud Philoſophorum: *Propter quod unum quodq; tale eſt, hoc magis tale eſt.* Præterquàm enim, quòd diverſa ſunt, ratione Reipublicæ, & propter Rempublicam, homagium recipere, aut præſtare, uti ê ſuperioribus conſtat, inter cætera nominatìm iſtud axioma fallit, quando id, propter quod unumquodq; tale eſt, *talis eſſe* capax non eſt. Neq́ue enim toti Reipublicæ Superioritas, quæ ex homagii receptione elicitur, ſed ſolùm parti Reipublicæ, ſeu imperanti in Republicâ, convenit.

13. Ne quidèm hoc concedimus,

mus, Imperii ſeu Reipublicæ potiorem rationem haberi, quam Imperatoris. In omnibus enim civilibus actionibus Reipublicæ ſalus ſpectatur, non propter ipſam Reip. ſalutem, ſed propter non ſolum imperantis, verùm obſequentium quoque civilem beatitudinem, quod *ſup. in cap. 1. num. 8.* demonſtravimus; tantum abeſt ut Reip. potior, quàm imperantis, ratio habeatur, ut nec ſubditorum reſpectus inferior ſit. In homagio autem, tantò magis imperantis, quàm Reipublicæ cauſam potiorem credimus, quantò certiùs eſt, in Superioritate, quæ per homagii præſtationem agnoſcitur, imperantis beatitudinem civilem propriè conſiſtere.

14. Le-

14. Levicula verò sunt, quæ Hippolithus pro suâ doctrinâ ex antiquorum diplomatum, atq; constitutionum verbis depromit. Quid enim sit, feuda *ab Imperio*, præsertim interregni tempore, tenere, feuda ad Imperatorem *ratione Imperii* pertinere, ea, quæ jam protulimus,& quæ de Imperii diversâ significatione *sup. in d. c. 3. sect. 3. num. 1. & 4.* monuimus, abundè declarant: Et continentur in ipsis è Goldasto ab Hippolitho, duce Limnæo, productis documentis, si rectè ponderentur, quæ sententiæ nostræ faveant. Quis cunq́ue etiam Imperio sive Reipublicę fidem deberi profitetur, eam imperanti in Republicâ nõ tantùm non detrahit, sed & potissi-

ciſſimè ad hunc, tanquàm in Re-
publ. ſuperiorem, referre opus
habet: Et alias iſtiusmodi ſynec-
dochica locutio non in frequens
eſt, *vid. ſup. ind. cap. 3. ſect. 3. n. 4.*
Et ita quæ de Imperio proferun-
tur, ſat quoq; commodè de Im-
peratore intelligi poſſunt, quã-
vis ſub Imperatoris mentione
totam Rempublicam contine-
ri inconveniens ſit, ut non ma-
gnoperè referat, Hippolithum
obſervâſſe, aliquando, ubi jura-
menti ab Ordinibus præſtiti
mentio fiat, Imperium ſolum
exprimi, non ſolum Imperato-
rem. Fateor, cùm vel indè, quòd
Limnæus in ſimilibus, omiſsâ
Imperii mentione, ſolum Impe-
ratorem nominatum probavit,
vid. ſup. num. 6. in fin. jung. num. 8.
in

in fin. hæc Hippolithi traditio mihi ſuſpecta ſit, nullam huic rei indagandæ operam me impendiſſe. Malo namq́;, ut Hippplitho, quàm mihi vitio vertatur, circa verborum corticem laboràſſe, contra ac ipſe cenſuit, *Nobis*, inquiens h. p cap. 3. ſect. 2. *ſi veritatem inveſtigare volumus, non circa verborum corticem laborandum, ſed res ipſa, qualis in ſemet, introſpicienda eſt.* Videtur nonnunquàm, ut hoc addam, vox Imperij ipſos Ordines, præſertim in Comitiis congregatos, ſignificare, (id quod ab inconſideratâ quâdam interpretatione ortum ducere arbitror) adeò ut etiam exiſtimem, Caroli V. ætate eam ſignificationem pro uſitatiori habitam fuiſſe, & propterea,

reà, ne perperàm applicata imperatoriæ majeſtati caliginem offunderet, Carolum voluiſſe, ut Regimentum, quod à Maximiliano I. *ann. 1500.* Imperatoris & Imperii dicebatur, Imperatoris tantùm Regimẽtum vocaretur, uti ex O. R. *ann. 1521.* apparet. Non autèm opus erat hâc ſuperfluâ cautione, quia non modò perpensâ, quam explanavimus, longè frequentiori Imperii acceptione, Imperatoris & Imperii conjunctio majeſtatem Imperatoris non infringit, ſed etiam Imperii vocabulo ad Ordines tracto, alia ejusmodi cõjunctionis ratio ſtatui non poteſt, quàm quòd Imperator non abſolutè, ſed cum Ordinum cõſenſu præcipua Imperii negotia diſpo-

diſponit, qualem reſpectum Imperatori majeſtatem non adimere, ea quæ de Comitiis ſcripſimus evincunt.

15. Quod tandèm Hippolithus ſubnectit, *juramentum fidelitatis aliquandò, reſpectu Imperatoris annullatum, reſpectu Imperii nihilominùs ſuas obtinere vires*, non niſi interregni tempore, quandocunq; & quomodocunq; hoc incidat, evenire poteſt, ita tamen, ut inconveniens ſit putare, illam obligationem, quâ Ordines, exiſtente Imperatore, Imperio ſeu Reip. tenebantur, (*vid. ſup. num. 5.*) hoc caſu eam vim habere, ut majeſtatem aliquam ad totam Rempubl. transferat: Tunc enim ſolo jure fundamentali fieri, ut Reſpublica imperio, ſeu

ſeu principali parte, aut capite, orbata ſuſtineatur, usq́; dùm ejusdẽ juris beneficio rurſus imperio donetur, atq́; etiã, ne ipſa Respubl. evanuiſſe videatur, id ipſum jus fundamentale imperantis loco eſſe, *ſup. n. 11. in cap. 1.* notavi. Quam difficile verò ſit aſſerere, cùm Imperator fundamentales leges negligit, Imperium Imperatore vacare, nedum (quod Hippolithus innuere videtur) talem Imperatorem ipſo jure poteſtate ſuâ excidere, & (quod apertè affirmat) contra eundem Ordines inſurgere non modò poſſe, ſed & debere, ex iis, quæ *d. num. 9, in c.* 3. *ſect. 2.* animadverti, deprehendere licet; undè pariter quid de renũciatâ Carolo V. â Sax. Electore & Haſſiæ Land-

Landgravio fidelitate, sentiendum sit, secum quisq; putet. Id tamen est planè alterius considerationis, quomodò segerere debeant, quib⁹ Rex, aut Imperator certam Religionis professionem obtrudere, sive quorum conscientias cogere voluerit? Quicunque ita conscientiæ rationem ducunt, ut, eâ violatâ, animæ salutem amissam constanter credant, hâc neglectâ salute, in alterius obsequium venisse videri nequaquàm possunt, cōsequenter, cùm religionis pristinæ aut mordicùs tenendæ, aut cum aliâ (sive verâ, sive falsâ) comūtandæ firmâ conscientia tenentur, â regiâ, vel quâvis aliâ majestate, cui se cum æternæ salutis amissione nunquàm subjecerunt,

runt, neutiquàm hic ad id quod nolunt, compelli debent. Si tamen & is, qui majeſtate pollet, ejusmodi religionem foveat, quâ doceatur, non ſufficere, ut diſſidentes religione animos in civilibus cauſis junctos habeat, ſed & debere ſe (ſi non ut civiliter potentem, attamen tanquã iſtius religionis patronum) eos, qui ab eâdem abhorreant, exſcindendo, exterminando, aut aliter perſequi, & ut ſummatìm dicam, cõſcientias cogere: Atq; ita ſi faciat, rectè quidèm facere ſibi omninô perſuadet, ideoque pro tyranno, quem hic inprimìs animus, haud opera demonſtrant, (imò, nec nomen huc quadrat) etiam â puriſſimæ religionis hominibus immeritò

habetur, verùm nihilominùs ij, qui ex suæ quoq; religionis ratione in conscientias imperium civile non admittunt, si, cùm alioquin in Republicâ quietè degunt, (nam quæ religio ex sese, atq; sui naturâ Reipubl. quietem turbat, non quà religio, sed quà fomes turbarum civilium rectè ejicitur, ut legitimæ defensioni locus esse nequeat, cùm nec religio, sed delirium potiùs nominari mereat) persecutionem passi propter religionem meliori quovis modo se suaque defendant, rebelles appellari non debent. A quâ sententiâ, quod ad Catholicam, ut vocatur, & Evangelicam religionem, non multùm discedit novissima pacificatio Osnabrugensis *ca-*

pit

pit. 5. numer. 4. ubi jura utriusq; partis ita consideranda statuuntur, ut conscientiæ illibatæ serventur: Antea quoque ubi Imp. inter cætera, Sedis Romanæ ac Pontificis Advocatos se professi sunt, aut aliàs Pontifici reverentiam præstandam duxêre, Evangelicos Electores nec consensum suum adhibuisse, nec tali promissione Imperatores obligatos voluisse, ipsi Imperatores, indè à Maximiliano II. in Capitulationibus suis testati reperiuntur, Et jam ann. 1555. Pax Religionis conscientias in utriusq; religionis exercitio liberas esse voluit, *R. I. d. ann. 1555.* §. und damit solcher. Hinc nunc, uti propositâ quæstione se extricare cuivis benè judicanti licet, ita cogno-

ſcere integrū eſt, quàm temerè Hippolithus Impp. Carolum V. & Ferdinandum II. pro tyrannis habeat, ſi de religionis negotio loquatur: Sin Hippolithus civiles Impp. actus ſpectet, conſulat ea, ad quæ *h. num. ferè in pr.* provocavimus, unde fateatur, de quibus univerſi Imperii Proceres vix ſe expediunt, præcoci judicio abſtinendum fuiſſe, & qualem contra Imperatores proceſſum iuculcare ſtudet, ad extremos Indos relegandum.

IN CAP. VIII.

De jure Sacrorum ſeu Religionis.

I.

NUnquàm ulli etiam â verâ religione alieni homines-

nes Rempublicam, aut Reipubl. imaginem, constituérunt, quin alicujus religionis curam in ea præcipuam habuerint. Nam cùm tales ê naturali quâdam notitiâ Numen aliquod res, actionesq́; humanas introspicere, ac judicare crederent, illud inprimis & colendum & metuendum duxerunt. Quia autèm â vero Deo patefactâ institutione non utebantur, facilè potuerunt sentire, qui summâ potestare disponendi res civiles pollerent, eis quoq́; incumbere, ut Numinis cultum præscriberent, & ordinarent, atq́; qui Monarcha esset, aut haberetur, ipsa quoq́; sacra perageret. Non tamen semper, sive in Monarchiâ, sive in Polyarchiâ, religionis curam ita

majestatis propriam existimavêre, ut eam â majestate planè abdicari, & omnem religionis potestatem alii assignari non debuisse, arbitrari fuerint: Potiùs iidem homines in Rep. non quà cives, sed quà timentes cœleste numen, ut Livius loquitur, quod rebus humanis interesse videbatur, civiliter imperanti, non quà civiliter imperanti, neq; simpliciter aut vi propriâ imperanti, sed quà simili timore (vel vero, vel simulato) ad hoc ut sacra impetaret ducto, etiam hîc se subjecisse, censendi sunt. Argumentum ex antiquis Romanorum sacris petere licet. Etsi enim Dionysius Halicarn. Livius, aliique antiquitatum Romanarum scriptores, testentur, initiò Reges

(quos

(quos pro Rerumpubl. Monarchis Hippolithus facilè agnoſcit, ſed vid. *ſupr. ad cap. 4. ſect. 2. numer. 2. & ſeq.*) Romæ omnem ſacrorum & ordinandorum & perficiendorum poteſtatem ſolos obtinuiſſe, eam tamen ipſis Regũ temporibus ad alios tranſlatam docent, quando referunt, non ſolùm præcipua ſacra quibus Reges occupabantur, flamini Diali commiſſa fuiſſe, ſed & Regem Numam Pompilium Põtifices creâſſe, quibus omnia publica privataq; ſacra ſubjecerit, qui quidèm omnes ſibi ſubjectos in religionis negotiis judicare, & punire, non vero ipſi à quoquã judicari poſſent, nec vel Senatui vel Populo rationẽ reddere tenerentur; atq; in locũ de-

functi quenquã non populi suffragiis, sed ipsorum Pontificum (quibus unus Pontifex Maxim⁹ præfectus fuerit) judicio subrogatum esse. Quod autèm quædam publica sacra per ipsos Reges factitata Livius *histor. libr. 2.* scribit, id opinor ad tempus, quo nõdùm flamen Jovi assiduus sacerdos, neq; Pontifex, creati erant, referri oportere, quæ res in memoriâ Romanis omni Regum ævo hæserit, & post ejectos Reges ita in memtem redierit, ut se in Deos ingratos fore judicarent, nisi memoriam Regum, (quibus suæ religionis curam, atq́ue dispositionem acceptam referebant) quam in civilibus omninò deleri cupiebant, in sacris aliquo modo retinerent;

rent; propterea ut aliquis sacerdos sub regis sacrorum, seu regis sacrificuli nomine crearetur à Pontificibus postulasse arbitror. Quod Dionysius Halicarn. *antiq. Rom. lib. 4. & 5.* innuere videtur. Quænam sacra hic sacerdos obierit, non obvium est: Nisi flaminem Dialem (qui sacra à Regibus fieri solita exercuit, teste Liv. *l. 1. c. 20.*) permansisse constaret, hujus locum regem sacrificulum occupasse, verbis Dionys. *d. lib. 4* motus existimarem. Id apertè à Liv. *d. libr. 2.* traditum, regis sacrificuli sacerdotium Pontifici subjectum fuisse. Et in Polyarchia tantum abest, ut apud Romanos religionis cura summæ civili potestati propria fuerit, ut etiam aliquando inter

poteſtatem ſacram, & ſummam civilem poteſtatem certamen fuiſſe doceatur *epitom. Liv. lib. 19.* Cæcil. Metelli Pontificis Maximi, & A. Poſtumii Conſulis exemplo, ad quod Valerius Max. *fact. & dict. mem. lib. 1. cap. 1.* notat, *religioni ſummum imperium* (quod tamen non penes Conſulem erat, ſed eos, qui ut Conſul in bellum iret, decreverant) *ceſſiſſe*.

2. Quæ omnia eò â me dicta ſunt, ne cùm Hippolithus religionis jus antiquorum Imperatorum (quos ille quidèm ſummo imperio polluiſſe non dubitat) ſine controverſiâ fuiſſe ſcribit, quenquã perſuadeat, Ethnicos, religionis curam adeò majeſtatis propriam crediſſe, ut ab

ab ea divelli non deberet: Quin imò apparet, ubi majeſtas civilis cum ethnicorum ſacrorũ poteſtate concurrit, hanc majeſtati, non quà majeſtati competiiſſe. Poſtquàm iterùm in Romana Rep. unius poteſtas facta eſt eminentior, talem etiam Pontificis Maximi nomen (quod tamen antiqui Reges aliis inditum haud affectabant) non averſatũ eſſe, vel quòd ante adeptum imperium pontificatu functus fuiſſet, vel quod vellet, ut Pontificatus â civili potentiâ dependere videretur, & ex nimiâ inſolentiâ facilè evenire potuit. De Tiberio ex illo, quem Hippolithus laudat, flaminis Dialis apud Tacitũ ſermone, *Deûm munere, ſummum Pontificũ etiam ſummũ homi-*

num esse, cognoscere perquàm est obscurum, quod simul & Principatum & reverà Pontificatum obtinuerit. Nam non tantùm adulatoria fuêre flaminis, ut causæ suæ inserviret, verba, sed & indè nomen duntaxàt, non rem ipsam põtificatus Tiberio astruendam discet, qui attendet, cùm adversùs flaminis postulatum, (referente mox Tacito) augur Lentulus, aliiq; variè differerent, eò decursum fuisse, ut Pontificis Maximi (Tiberius igitur reverà Pontifex Max. haud fuit, neq; enim duo erant Pontifices Maximi) sententiam opperirentur. Neq; satis mirari possum, quod boni quoq; autores Christianis Imperatoribus ex ethnico instituto Pon-

Pontificis Max. nomen tribuendo tantum sibi placeant. Summū quidèm sacerdotem eo designant, (atq; ita interdùm non attentâ origine, ejusmodi appellationem ê solo loquendi usu adhibitam, ubi res patitur, ipse sequor) sed nec in Judaicâ Republicâ, sive Ecclesiâ, Moses summi Pontificis, seu summi Sacerdotis nomen usurpavit, etsi eum proximè ad Ecclesiasticarum personarum conditionē accessisse non sine ratione statuerim in meâ dissertatione *de Verb. div. Ministr. cap. 3. num. 10.*

3. Cæterùm in orthodoxâ N. Test. Ecclesiâ Magistratui, summo sc. (quod verbum hîc, quia hodiè & majestatem & sum̃am aliquam potestatem majestati

analogam vulgò denotat, & hæc magnâ affinitate inprimìs in religionis negotio seinvicèm contingunt, deditâ operà adhibeo) si in orthodoxâ Ecclesiâ reperiatur, qualis potestas competat, eâd. dissert. *de Verb. Ministr. d. c. 3.* ostendi: Sententiæ ibi hâc de re expressæ nondùm me pœnitet, & puto cordatos Theologos, etiamsi vulgatiorẽ opinionem hactenùs secuti fuerint, re penitus consideratâ, aliter haud sensuros. Quas verò à quibusdã, qui & Theologiæ Doctores audire cupiunt, in istam meam sententiã, totamq; dissertationem secretas cavillationes effundi inaudio, nil quicquã moror: si eas mihi communicare, aut publicas facere ausi fuerint,

habe-

habebo quib⁹ me tuear. Interim tales ita delirare pergant licet, qui quòd literis nihil produnt, quin aut doctiorum lucubrationes expilent, aut minimum omnium ê propriâ penu depromptum ita comparatũ sit, ut unâ liturâ deleri mereat, aliorum labores non parvâ industria digestos æstimare nesciunt. Sed redeo ad Hippolithum, qui si illud nostræ dissertationis caput lectione dignabitur, inveniet quæ doceant, summo Magistratui, non quà tali simpliciter, sed quà tali orthodoxo, in orthodoxâ Ecclesiâ certã administrationẽ competere: Ecclesiam nimirũ ab externâ iniuriâ defendere; atq; ecclesiasticos actus politicâ potestate excitare, & executioni man-

mandare. Neq; admittere Ecclesiam aliud quàm non visibile Caput quod sit ipse Christus, Theologi A. Conf. addicti abundè probarunt. Utinàm verò Rex Angliæ (cujus factum Hippolithus urget) pro Ecclesiæ Capite se non venditasset!

4. In Imperio nostro qui Imperatoribus Christianis tribuebatur Pontificatus non per Pacem Religionis, ut Hippolithus existimat, sed multò antè usurpari desiit, & indè ab Henrico IV. Imp. ex quo Hildebrandina secta inducta est, labascere cœpit, quod nec Goldastus *in dedic. tom 3. Const. Imp.* dissimulat, tantùm per pacem Religionis, traditis peculiaribus regulis, ea ratio perdurare jussa est, quà majestati

jeſtati civili conſcientiis vim inferendi jus nõ eſſe evicimus, *ſup. cap. præc. 7. num. ult.* conſequenter poſtquàm ea religio tolerata, quæ Romani Pontificis ſacerdotium rejiciendum docet, in eâ quidem Imperii parte, ubi hæc religio viget, non verò in Imperio (quemadmodum Hippolithus infinitè loquitur) Romano Epiſcopo iſte Pontificatus abrogatus eſt, quod vel Capitulationes Cæſareæ clarè oſtendunt. Certè Imperatores ab orthodoxiâ haud abſunt, quòd ſe, ut alibi, ita in Capitulationibus, Chriſtianæ religionis Advocatos appellant, illudq́ue nomen non ſolum merent, quod ad Catholicam quam vocant, & cujus ipſi ſunt, ſed & Evangelicam, ſicuti nomi-

nominant, religionem, quando & huic addictis Religionis pacem in Imperio sartam tectam conservant, & circa ea, quæ salvâ consciẽtiâ in Evangelicorum Ecclesiis â sese attendi non posse existimant, his quoq; Ecclesiis relicta conscientiæ libertate, specialem pro religionis ratione Advocatiam, ut huic verbo hic inhæream, Evangelicis Ordinibus permittunt. Sin Impp. suâ etiam religione in generali ejusmodi Advocatiâ impediri arbitrentur, ista difficultas, quam *sup. d. n. ult. ad cap. præc.* notavimus, non poterit evitari.

5. Quamvis igitur Imperatori Pontificatum non astruam, summam tamen Advocatiam suæ inprimis religionis & ego, &

Hip-

Hippolithus contra aperta Capitulationis verba denegare uti non valemus, sic nec debemus, quam adeò sibi asserunt Impp. ut nihil ejus tribuant Ordinib⁹, qui nec hîc quicquam deposcũt, quod literæ Caroli V. Imp. ab Hispaniâ ad Ordines datæ, istiusque rei historia apud Sleidan. *l. 4.* cum iis quæ *supr. in c. 4. sect. 4. n. 6.* scripsimus, luculenter cõfirmant. Talem tamen Advocatiam Imperator exercet, qualẽ Pontificia religio summæ politicæ potestati largitur, quemadmodùm Evangelicæ religionis intuitu illud Imperatoris jus in eo solùm consistit, ut Evangelicis contra religionis Pacẽ gravatis patrocinium præbeat, præsertim ne eorum, quib⁹ ea pax data est,

eſt, conſcientias cogi patiatur, ſicuti nec aliàs conſcientias cogendas eſſe *ſupr. d. num. ult. in cap. praeced.* diximus. Si quid autem hâc de re legibus fundamentalibus comprehenſum Imperator ipſe ſervandum promittat, majeſtati ſuae nullum vulnus infert, ut in genere talem promiſſionẽ, aut obligationem â majeſtate haud alienam eſſe, alibi oſtendimus. Quid verò ſentiendum ſit de iſtâ Hippolithi doctrinâ, *Imperatori omne jus praeciſum, in Religionis negotio, cauſisq; illi annexis, quicquam ſtatuendi, ordinandi, aut innovandi*, ea quae *ſup. in cap. 4. ſect. 3.* notavi, perſpicuum reddent. Undè ſimul, itèm ê n. 14. *in h. cap. 4 ſect. 2.* Imperatorem in Pace religionis tantùm ut

par-

partem conſiderari, falſum apparebit: neque cùm Imperator Ordinibus eodem ſermonis tenore jungitur, eum æquali cum Ordinibus jure cenſendum eſſe, *ſupr. in cap. 6. ſect. 2. numer. ultim.* monuimus. At ratione conſcientiæ Evangelicos in terris, ê civili quoq; â nobis *d. num. ult. in præc. cap.* indicatâ causâ, neminem ſuperiorem agnoſcere, haud negabo.

6. Eſt etiam ſummæ Advocatiæ eccleſiaſticæ jus (quod Imperatori reſpectu Ordinum abſolutè competit) diſcernendum â turbarum, quæ in Reipublicâ ob diverſas religiones exoriantur, componendarum, ſeu Pacis religionis conſtituendæ jure, quale quidem penes Imperatorem eſt,

eſt, ita tamen ut hîc regulariter nihil niſi cum Ordinum conſenſu ſtatuat. Si igitur ulterius, quàm quod ſtatutum eſt, quicquam in Imperio conſtitui opus fuerit, ad Comitia recurrendum eſſe, quod Hippolithus operosè probat, inficias non eo. Sed quomodò ſibi conſtet haud percipio, quod, *ſi controverſia quædam, Religionem, aut à Religione dependentia, concernens, inter Ordines oriatur, nullus Imperatoris partes eſſe, ſed Aſſeſſores* (compromiſſarios) *utriusq; religionis* (textus ab Hippolitho adductus compromiſſarios admittit, de quibus inter partes cōvenerit) *certo numero, in hujusmodi caſib⁹, ad litem decidendã, conſtitui oportere*, eâdem quoq; paginâ, affirmat. Verba receſ-

recessus sat clarè de speciali casu loquuntur. Sin lites inter Ordines ortas secundùm Constitutiones jam factas decidendas intelligat, malè compromissariis ordinato quasi jure tribuit, quod Imperiali judicio expressè defertur eod. Rec. *an. 1555.* §. Und dann/ dieweil. *vers.* zu dem / das. Videat igitur Hippolithus, quomodò id tueatur, *Imperatori, ne minimum quidem, in Religionem, & Sacra, jus esse.* Verba enim d. R.I. *ann. 1555.* §. Und nachdem ein Vergleichung. hoc non innuunt, sed illud, quod concessimus, Imperatorē conscientias cogere nec velle, nec posse, nec debere: nam de consciētiarum conciliatione in d. §. sermo est, von einer Vergleichung der Religion unnd Glau-

Glaubens Sachen / Christlicher/freundlicher und endlicher Vergleichung der spaltigen Religion. Illa autèm conscientiæ libertas non prohibet, quo minùs Imperator in cæteris Religionis negotiis cum consensu Ordinum Paci religionis pro utilitate Reipublicæ deroget. Et Ordinum consensum aliàs quoque tàm in derogandis, quàm ferendis Imperii legibus adhiberi, dubium non est.

7. Hodiè quidem, per novissimam pacificationem Osnabrugens. quemadmodùm in omnibus aliis causis, ubi Ordines non ut universi, sed ut singuli considerantur, ita in quibuscunque Religionis negotiis in Comitiis tractandis consensus Ordinum

num non ex plurium votis regulari jure, ſed ex amicabili cõpoſitione æſtimatur, *vid ſupr. ad cap. 4. ſect. 5. num. 3.* quamvis anteà hæc res periculoſis litibus plena fuerit, quod vel ea ipſa, quæ Hippolithus adducit, teſtatum faciunt, ut non poſſit meritò Saxoniæ Electoris Legatos, tanquàm in re decisâ, erroris arguere, ne dicam, ex ipsâ Camerarii relatione patere, eosdem Legatos negotia, de quibus locuti ſunt, nondùm omninò pro Religionis negotiis habuiſſe. Nec ſatis probavit Hippolithus, *ubicunq; dubia inciderint, & tractatus ſuper Religionis pace habiti ſint*, amicabilem compoſitionem omnibus placuiſſe, quam probationem Ratisbonenſia inprimis

Comitia *an. 1613.* difficilem reddunt, & nunc cùm controversia ista decisa sit, ab Hippolitho nec desidero, nec desiderare debeo. De istiusmodi nihilominùs negotiis adhuc ad Cæsarem referendum esse, nemo facilè ambiget.

IN CAPUT IX.

De Jure Belli indicendi, Pacisque & Fœderum faciendorum.

SECT. I.

I.



Xtra dubium locamus, belli gerendi, pacis ineundæ, & fœderum faciendorum potestatem in Republicâ haud alii, quàm qui majestate

ſtate prædicus ſit, propriè atque eſſentialiter, uti loquimur, competere. Quam poteſtatem cùm Hippolithus indubitatè olim Imperatoris fuiſſe, dicit, ad quod ſeculum ipſe ſpectet, non ſatis explicat. Juſtiniani quidem I. ætatē deſignare videtur, quòd Novellam CV. allegat, & præterea, quando legem unic. *C. ut arm. uſus inſ. princ. interd. lib. 11. & l. 3. ff. ad leg. Jul. majeſt.* laudat, non ſolùm Impp. Valentiniani & Valentis, ſed & Antonini Pij (ſub cujus, aut, ſi Lampridio credimus, Alexandri Severi imperio Martianus JCtus, cui d. l. 3. *ad L. Jul. maj.* aſcribitur, viguit) ævum non poteſt non innuere: quin, quòd alibi, *ſup. h. part. cap. 4. ſect. 2.* indè à Julio Cæſare ad

 Theo-

Theodosium usq; haud obscurè Imperatoribus majestatem tribuit, nunc etiàm Imperatoriam majestatem ad Justinianum extendit, imò, adhuc in Carolo Magno eandem, uti superiùs monui, nec contradixi, agnoscit, & vel cum Carolinâ progenie, vel non multò pòst (usque quò Imperatores merè hereditario jure præfuerint, quod suo loco examinabimus) desiisse *infr. h. part cap. 10. sect. 2.* existimat, consequenter â Julio Cæsare usque ad Ottonem Magnum, aut non ultra Ottonem III. (Henricum enim primum, aliàs secundum, hic iis anumerat, qui Ordinum consensum majestati, ut putat, inconvenientem in belli negotio adhibuerint) penes

Im-

Imperatores bellandi pacificandiq; potestatem essentialem fuisse, sentire putandus est. Verùm quàm benè talia de omnibus istis Imperatoribus statuantur, ea quæ *supr. ad cap. 4. sect. 2. num. 5.* notavimus, docere poterunt.

2. Qui rem totam accuratiùs, ut Imperatores nunc â Senatu, nunc ab exercitu, nunc ab ipsis Impp. nunc propriâ violentiâ Romanis datos, Senatum ab Imperatoribus, hos â militibus, omnes ab omnibus perpetuò metuisse, miserrimam multorum & Procerum & Imperatorum lanienam, ac singulos Romanorum actus ex historiâ animo contēplabitur, omni ferè Impp. tempore ad Carolum M. usq; in Romanâ Republicâ Rempubli-

 cam

eam ipſam deſiderabit. Etſi nemo fermè illorum Imperatorum verum Reipubl. ſtatum reapſe obſervârit, quicunq; tamen voluêre boni videri, haud ſecus ſe geſſerunt, ac ſi in Senatu aut populo Romano majeſtatem revererentur, ut ita ipſi majeſtatis', quam Imperatores reverà & unicè uſurpabant, ad ſe non pertinentis indicium profeſſi ſint. Adhuc Antoninus pius his quos anteceſſor Adrianus damnaverat, non ipſe veniam dedit, ſed in Senatu indulgentias petiit: Senatui tantum detulit imperator quantum quùm privatus eſſet deferri ſibi ab alio principe optavit: Omnium quæ geſſit, & in ſe-

natu

natu & per edicta rationem reddidit, *Jul. Capitolin. in vitâ Antonini P.* Et Alexandrum Sev. ex Senatus autoritate, atque consilio, magistratus constituisse, Lampridius testis est. Cùm Valerianus Imp. Aurelianum Consulem designaret, non veritus est Aurelianus, ipsi Imperatori, actâ gratiâ, dicere: *Dii faciant & deus certus Sol, ut & Senatus de me sic judicet*, Flavius Vopiscus in Aureliano. Idem Tacitum Imper. ad Senatum orationem habuisse, refert: *Ego cuncta ex vestra facere sententia & potestate decrevi. Vestrum est igitur ea jubere atque sancire quæ digna vobis, digna modesto exercitu, digna*

gna populo Romano esse videantur. Probus Imp. eodem narrante, magnificè de Senatu seu P. C. sensit, quando, *Et estis*, dixit, *mundi Principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis*, & iisdem mox majestatem apertis verbis tribuit, ac deindè summa quæq; patribus permisit. In immensâ autèm rerum confusione non omnibus idem sedisse consilium, aut animum, & sæpè Imperatores aliena ad sese traxisse, minimè mirũ est, nemo tamẽ facilè ex ejusmodi usurpationum colluvie certam ac sanam aliquam Reip. formam exprimet. Bellandi potestatem, fateor, (ut rem de quâ nunc agimus propiùs attingam) etiàm ij sæpè, qui alia omnia Senatus popu-

populiq; judicio submisêre, pleriq; isti Imperatores sibi solis arrogabant, quâ & mali ad tyrannidem aliquatenus fovendam, & boni ad confusum rerum statum utcunq; tuendum opus habebant; & docet inprimis hæc Imperatorem historia id quod *supr. ad h. part. cap. 1. numer. 22.* monuimus, confusionem, distractionemque Reipublicæ, & Dominatum, ac tyrañicum imperium, ut summatìm dicam, Rempublicam non Rempublicam, Deo permittente, diutiùs aliquando consistere. Quamvis igitur initio concesserim, in verâ Republicâ bellandi pacificandiq; jus essentiale (uti cætera jura) cui competat, majestate munitum esse oportere, non tamen

existimandum est, ubi certa Reipublicæ forma se haud offert, qui idem, aut similejus indubitatè exerceat, huic protinùs majestatem ascribi debere.

3. Verum enimverò nec isti Imperatores omnes semper aut essentiale belli, pacis, ac fœderum jus sibi arrogârunt, aut circa eadem Senatus, populique Romani consensum excluserũt. Mæcenas Augusto ut Principatum arriperet strenuè suadens, nihilominùs ei aliter consultum nõ existimavit, quàm ut, quemadmodùm alia quæ ex usu fuerint, neque contradicente neque repugnante quoquam ex populo, decerneret, ita suo unà & optimatum arbitrio bella gereret, legatos ab hostibus, aut

â con-

â confœderatis regibus populisque missos in senatum introduceret, nihilq́ue injussu ejus cum quoquam ageret, *Dio Cassius Rom. hist. libr. 52.* Refert quidèm hic Dio, *libr. 53. ferè in fin.* Augustum â Senatu omni legum necessitate liberatum fuisse, sed ego id de legibus tùm merè civilibus, tùm fortè aliis etiàm, quarum neglectus Senatui Populoq́ue Romano majestatem reverà non eripuerit, (*vid. supr. in cap. 5. sect. 2. numer. 1. in fin.*) accipiendum opinor: hoc vel indè fit verisimile, quod postmodùm, Dione pariter teste, idem Senatus Augusto novos honores decernendo, unà ipsum aliquib⁹ Reipublicæ legibus solvit, imò de Teridatis & Phraatis contro-

 versiâ

versiâ cognitionem ei mādavit. Si verò Augustus anteà legibus omnibus solutus fuit, & solutus esse apertè voluit, (de quo & plurimùm ambigi potest, quia maxima quæq; paulatim prendere malebat, quàm palàm & simul accipere) invidiæ pleno, periculoso, ac supervacuo negotio, quod haud credibile, ea res non caruit, aut Dio, quod nemo senserit, eâdem propè paginâ sibi contradixit. Summa tamen multa Augusto, ut aliis quoq; Imperatoribus, contra Reipublicæ naturam, & corruptis ex causis, oblatâ, ac eadem ab iis aliquando usurpata, facilè concedo; ita dominico etiam ausu ejusmodi potestas verè extorta, & propterà non omni tem-

tempore apud Imperatores eadem fuit. Id quidèm, quod antè Dio *eod. libr.* tradit, Imperatores ſuſceptis variis ſummorum officiorum nominibus, atq́ue adminiſtrationibus, omnia quæ Conſulibus, aliisq́; cum pleno imperio magiſtratibus licuerint, agendi jus habuiſſe, de actione & adminiſtratione accidentali Reipublicæ mutatâ, (neque enim Conſulibus, atq́; aliis iſtis, eſſentialis Reipublicæ poteſtas, ſive majeſtas competebat) ita ut â S. P. Q. R. eſſentialis omnium poteſtas non diſceſſerit, intelligendum dicerem quamvis in Romanâ iſtâ Rep. (ſi hoc ei nomen convenit) eſſentialis atque accidentalis adminiſtrationis diſcrimen certam fixamq́;

ſedem vix habuerit. Quin cùm Hiſtoricus Imperatores legibus ſolutos docet, non tantùm tale eos jus habere, dicit, quale nulli unquàm Romano apertè & in omnibus rebus conceſſum ſit, ſed & omnia quæ in populari formâ Reipubl. multùm valuerint ſenatu populoque volentibus, Imperatores cum ipſis nominibus, exceptâ dictaturâ, in ſe ideò recepiſſe teſtatur, ne ex potentiâ potiùs quàm legib⁹ (iſtis nimirùm, quibus in populari Reipublicæ ordinatione illa diverſorum officia ſtabilita ſint, uti *ibid.* Dio monet) ea habere viderentur: & aliàs res tota adeò intricata eſt, ut nec ipſe Dio ſatis ſe expediat. Hinc ſimul ſuſpecta mihi eſt multorum

rum de latâ quâdam peculiari lege Regiâ assertio; de quâ sanè ex Dione, cui plerique innituntur, haud liquet. Porrò (ut redeam ad id, undè diverti) ex h. Dione s. *libr. 60. supr. ad cap. 4. section. 2. numer. 5.* ostendimus, quæ pacta Claudius Imper. ejusque legati cum Britannis icerint, singulari decreto rata fuisse quasi â S. P. Q. R. facta: Cùm longo tempore in corruptâ Rep. Senatus autoritas circa belli potestatem contemta esset, de veteri more, sub Imper. Theodosio, Stiliconis operâ reducto Claudianus Poëta *libr. 1. de laud. Stilic.* sic gloriatur:

--- non ante fretis exercitus adstitit ultor,
Ordine quàm prisco censeret bella Senatus.

Negle-

Neglectum Stilico tot jam per secula morem
Rettulit, ut ducib⁹ mandarent prælia patres,
Decretòq; togæ felix legionibus iret
Tessera. Romuleas leges rediisse fatemur,
Cum procerum jussu famulantia cernimus
arma.

4. Sed hæc & similia fortè Hippolithus, ut solet, ad nuda simulacra referet. In verâ Republicâ si specie tenus absque ullo effectu aliquibus quædam, quæ aliquando reapse ipsis competierint, tribuerentur, simulacra dicerem, & in his pristinum solum honorem, aut reverentiam servatam; at cùm olim apud Romanos vel adulatione, vel metu, vel sanguine, & cæde, oblata, atq; quæsita potestas veræ Reipublicæ locum vix reliquerit, quomodò nihlominùs

Res-

Respublica debuerit esse constituta, ex eâ potestate æstimandum est, quam meliores Imperatores, non simulacri ratione, sed ut anteà indubitatè obtinentem, in Senatu Populoq; Romano agnoverunt, quamvis ne tunc quidèm fundamentalia omnia rectè ordinata reperiam. Imò adeò varium fuit antiquorum Imperatorum tempore, Romanum regimen, ut nec inficias eam, quibusdam Imperatoribus ultrò, ac liberè majestatem tributam, atque ita Romanam Rempublicam interdùm monarchicæ consentanem fuisse, quemadmodùm & Justiniani Imp. ætate accidit, qui proptereà *d. Novell. 105. in princ.* bellandi pacificandiq; potestatem sibi

ſibi aſcribit, indè tamen haud ſatis apparet, an majeſtatis jura abſolutè poſſederit? Quòd, Impp. Theodoſii & Valentiniani ad Senatum reſcriptum Codici ſuo inſeri curavit, ſaltem leges generales absq́ue Senatus, & Procerum conſenſu haud tuliſſe, non levi eſt argumento, *vid. l. humanum. 8. verſ. ſcitote. C. de legib. & conſt. pr.*

5. Protuli hæc omnia, ut quænam, ſicuti aliàs, ita circa bellum, pacem, ac fœdera antiquis Imperatoribus poteſtas competierit, cuiq́; judicare facile eſſet. Sub Carolo M. Reſpublica Romana luculentiorem & monarchicam quidèm, quod Hippolithus non negat, formam ſortita eſt. Et hic tamen, velut in cæteris, ſic in belli,

belli, pacis, fœderumque negotiis, tàm in Francico Regno, & nominatìm in Germaniâ, quàm Romano Imperio, consensum Ordinum adhibuit, quod in genere *sup. ad c. 4. sect. 2. num. 13.* probatum dedimus; de hujus capitis materiâ in specie ex Hincm. *ep. 3. c. 30.* cognosci potest. Hic monendum, quamvis Romanum Imperium â Regno Francico diversum semper fuerit, neminẽ tamen dubitâsse, ex quo ad Francorum Reges Imperiũ pervenit, quin huic eodem cum Francico regno gubernationis modo Reges isti præfuerint. Ita quoq; , postquàm exclusis penitꝰ Occidentaliũ Francorũ Regibus ad Reges Germaniæ (quæ ad Imp. Conradũ usq;

Fran-

Franconiæ Orientalis Ducem, regnante nimirùm inibi Caroli Magni progenie, ad Occidētalis Francorum Regni, Galliæ ſc differentiam, Francorum Regnum Orientale dicebatur) perpetua Romani Imperii poteſtas translata eſt, (quod ab Ottone Magno initium duxiſſe, Conringius *de Germanor. Imp. Roman. cap. 10.* exactè docet, etſi ad Germaniæ Rempublicam potiùs, quàm Reges, translatam velit) & Romanum Imperium & Germanicam Rempublicam eâdem (monarchicâ nimirùm, uti hoc ſcripto oſtendimus) formâ cenſeri nemo ambigit, ut etiam vulgò Germania, atque Italia Longobardica, cum Romano Imperio, ſub unico Romani Imperii nomine

mine audierit, (ſed quâm benè, vid. Conring. *d. libr. de German. Imp. Rom. cap. 12.*) & indè hodieque Romano-Germanici Imperii appellatione diverſarum formarum conſideratio otioſa abundè ſignificetur. Quemadmodùm igitur olìm Otto Magnus cum Romano Imperio Germaniam monarchicè gubernaverit, ita etiamnùm eos qui Romano Germanico Imperio (quod dicitur) ſub Imperatorum nomine præſint, majeſtate præditos eſſe, ea quæ *ſup. ad cap. 2. n. 3. & ſeqq. ac alibi* ſcripſimus, paſsìm indicant. Rurſus, quemadmodùm Hippolithus Carolo Magno, quem etiam in belli, pacis, ac fœderum rebus conſenſum Ordinum requiſiviſſe, docuimus,

mus, majeſtatem non denegat, ita vel Henrico I. vel Henrico III. vel Friderico I. vel aliis deindè quibuscunq́; Impp. proptereà majeſtatem abjudicare non debet.

6. Et cum Hippolithus ipſe in Imperio jus belli indicèndi, ac fœderũ faciendorũ cuiq́; *aſcribat pro eâ proportione, quâ aut ad Imperatorem, aut Ordines, Comitiorum jura ac poteſtas pertineãt*, ex iis quę de Comitiorũ jure expoſui, ſoli Imperatori horum negotiorum eſſentialem poteſtatem competere, palàm erit.

7. De Imp. Friderico I. quem absq; Procerum conſenſu bella non indixiſſe ex Ottone Friſing. clariſſimè elucere, haud dubiè credit, quid ſibi ipſi reſponſurus

eſt

est Hippolithus, si contrà, undè *sup. c. 7.* majestatem Imperatoribus adjudicandam censet, eidem Imperatori, nullâ inter copiosum sermonem regni mentione factâ, juramentū fidelitatis præstitum apud Radevicū, scriptorē Imperatori isti itidèm coætaneum, legat? *de gest. Frid. Imp. lib. 1. c. 19.* quin idem historicus *eod. lib. c. 12. in fin.* quarè Fridericus Ungaros bello petere omiserit, caussam non in Principū dissensum, de quo ipse Otto Frising. rationes perspectas se non habere ultrò fatetur, sed in difficultatem rei, atq; inopportunum tempus confert, cùm & aliàs hæc historia ambiguitate involuta sit, quòd eam autores ad diversos annos referunt. Cæterùm nihilominùs utri-

utriusque annales pervolventibus actus Friderici Imp. majestate pleni, aliaque imperatoriæ majestatis documenta abundè occurrent; nec opus est rei, per quam maximè concessam nostræ opinioni nihil decedit, diutius inhærere, atq; adeò reliqua de Ordinum consensu nobis haud obstant, & quę de Regimēto movet, superioribus *ad c. 4. sect. 4. num. 3.* discutienda sunt. Interim admodùm incom̄odè loquitur, quando Hungariam nondùm Austriacæ ditionis fuisse dicit, quasi, postqàm hoc Regnum ad Austriacos pervenit, vel cum Austriacâ ditione coaluerit, vel sub hâc comprehendatur. Facilè quidèm conjicio, istis verbis ipsum innuere, Hun-

Hungariam, anno ſc. Chr. 1526. nondùm Auſtriacorum poteſtati ſubjectam fuiſſe. Sed etſi Hungaricas expeditiones, quando nimirùm fieri eas Imperii quoq́; interfuit, eædemq́; Imperij auxilium deſiderârunt, cum Ordinum conſenſu ſuſceptas haud negem, hujus tamen conſenſus neceſſitas major non eſt, ex quo Hungariæ regimen ad Auſtriacos, aut Imperatorem Auſtriacum pertinet, quàm cùm Imperii Ordines extraneo ſubvenire rogati ſunt, quo tempore eum magis neceſſarium fuiſſe, quivis benè judicans ſentiet. Ferdinandi tamen etiàm Auſtriaci (tunc Vicarii fratris Caroli V: Imp. poſteà & Regis, atq́; Imperatoris) cauſa agebatur, quando d. ann.

1526. Imperii auxilia in Hungariæ gratiam decernebantur. Ferdinandus enim ex matrimonio Annæ Hungaricæ, & pacto quõdam inter Maximilianum Imp. & Uladislaum Hungariæ Regem inito, & Bohemiæ & Hungariæ regna ſpe concipiebat; eo ipſo quoque anno, quo dicta Imperii auxilia Hungariæ obveniebant, in prælio Rege Ludovico ſuccumbente, utrumque Regnum ſibi attribuit.

8. Ulteriorem verò refutationem vix meret, quod Hippolithus in belli, pacis, ac fœderũ rebus non plus juris Imperatori, quam ſigillatim cuilibet Ordinum, competere ſtatuit. Quòd enim de quolibet Ordinum, eum absq; Imperatoris autoritate,

tate, (hoc enîm necessariò addẽdum Hippolithus omisit) & cõmuni Ordinum consensu non debere bella movere, asserere licet, de Imperatore docere absonum est, de quo tantùm negatur, ipsum absq; Ordinum consensu (qui hodiè per pacificationem Osnabr. requiri videtur, etsi ê Capitull. Cæss. sex Electorum consensus sufficiebat) bella inire; ipsa autèm belli gerendi autoritas nihilominùs penes Imperatorem residet. Falsum hinc est, Imperatorem, quando in Handhab. des Fried. Rechtens/&c. cum Ordinib⁹ eodem sermone conjungitur, universis Ordinib⁹, nedùm uni eorũ, juris attributione pare ibi, nec majorẽ fieri: nàm præterquàm, quòd

eorundem verborum nexus æqualitatem, ut alibi ostendi, non inducit, textus iste ad annua Comitia expreßsè provocat, in Comitiis verò quomodò Imperatoris autoritas emineat, superiùs deduxi. Nec etiàm indè parilitatem elicere convenit, quod Ordinibus aut contra aliorum armatas injurias armis se defendere, æquè ac Imperatori liceat, ad hoc enim non singularis potestas, sed ipsa natura quemq; jure stimulat; aut pro publicâ Imperii pace conservandâ quibuscunq; eò pertinentibus præsidiis uti integrum sit, id quippè ipse Imperator in Comittiis Ordinibus cum universorum consensu pro sui, omniumque Imperii civium salute muni-

muniendâ injunxit, neque cuiquam Ordinum alio, quàm certo, & in Comitiis præſcripto modo exequi conceſſum eſt, ut hìc quoq; variis allegationibus Hippolithus contra Imperatoriam majeſtatem fruſtrà ſudet, ea verò jura prætereat, ê quibus & in deliberatâ hâc publicæ Imperij pacis materiâ majeſtas illa elucet, *ut* §. Wo ſich aber über diß. *& ſeq.* §. Und ſo abermals. *R. I. an. 1555.* Cammerg. Ordnung. *part. 2. tit. 15. & tit. 18. in fin & §. penult.* Und wo ſich zutrüge. *part. 3. tit. 49.* §. Demnach ſetzen / ordnen und wollen wir/das hinfüro. *R. I. 1582. cum Receſſ. in § praced. hujus Receſſ. laudatis. &c.* Cæterùm quod Princeps, aut aliàs aliquis Imperij Status, ſubditos ſuos *inobedi-*

entes, contumaces, refractarios & rebelles, bello ac manu armatâ petere jure poſſit, haud indiſtinctè affirmandum eſt: Reinkingius, quem Hippolith⁹ adducit, de ſubditis refractariis, â quibus ipſis armorũ vis metuitur, haud obſcurè agit, quando *tr. de reg. ſec. & eccl. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 24.* ad cap. ſeq. num. 30. (ubi, *& numm. præcedd.* non ſolùm contra præſentem, ſed & ingruentem vim, defenſionis juſtitiam tuetur) lectorem ablegat, quali caſu peculiarem Imperatoris permiſſionẽ haud neceſſariò requiri, maximè ne cuiquam naturæ jus difficile reddatur, ultrò largior.

9. Uti autêm cuiq; Ordinum contra armatam vim armis ſe defendere, aut pro publicâ Imperii

perii pace eadem movere licitum eſt, ita ob iſtas cauſas, ſeu eo fine fœdera pangere conceſſum. Duo præcipuè textus hâc de re â publici juris Doctoribus in Imperio Romano Germ. circumferuntur: unus ex A. Bull. *tit. 15. verſ. Illis confœderationibus.* alter ex **Handhabung des Friedens** &c. ann. 1495. **aufgericht. §. Auch ſollen wir.** *ibi*: **noch enig Bündnüß.** Uterq; ea fœdera tantum admittit, quæ pacem Imperii publicam concernunt, ſive quæ Imperio non nocent, in priori tamen peculiariter ſimul diſponitur, talibus etiàm fœderib⁹ Imperatoris poteſtatẽ eſſe reſpiciendam, quando ejus declarationi reſervantur, nõ quidèm quaſi ad horum robur ſpe-

ciali Imperatoris cōsensu, quemadmodùm nonnulli statuére, opus sit, (neq; enim defendendi necessitas consensum hunc requirere videtur, &, quod ad cōservandam Imperii pacem, consensum publicâ lege impertitum sufficere putē,) sed ut Imperatori, istius prætextus fœdera, si tandèm contra seipsum & imperium inita reperiat, infirmandi copia eò sit expeditior; â quâ interpretatione nō multùm abest Limnæus *de jur. publ. libr. 4. cap. 8. num. 20.* Hinc est, quòd non solùm in ipsis fœderum articulis Imperator & Imperium nominatìm excipi solent, ita ut his Ordines quicquam præjudicare nolint, verùm nonnulli quoq;, sive necessarium existimaverint,

rint, ſive ſecuriores eſſe voluerint, ejusmodi fœderum confirmationem ab Imperatore ultrò petiêre: nec culpanda eorum ſolicitudo, qui Imperatorem ad amovendam omnem mali ſuſpicionem, de fœderis naturâ per Ordines certiorem fieri, cõſultum duxerunt. Poſterior textus *in d.* §. Auch ſollen wir. *ibi*: noch enig Bůndtnůß. priorem (*d. verſ. Illis confœderationibus. A. B. tit. 15.*) ſigillatim explicat, per hanc nimirum ampliationem: *Quod fœdera, quæ non turbent Imperii res, ac pacem, Ordines quoq; cum exteris inire jure poſſint.* Etſi enim tantùm, prout, verba habent, fœdera Imperio detrimentoſa cum exteris fieri prohibeat, quia tamen ulteriùs nihil prohibet,

 ſen-

ſenſu, & neceſſariâ conſequentiâ hocquoque comprehendit, in cæteris non prohibitis regulæ ſtandum eſſe, quæ indiſtinctâ textus A. B. locutione continetur: *Fœdera Ordinum omnia* (ſive cum indigenis, ſive cum exteris) *pro pace Imperii facta, licita eſſe*. A quâ doctrinâ iterùm non abhorret Limnæus, *d. libr. & capit. numer. 28.* Atque ita utrumque textum intelligendum, vix dubito: ſed aqua mihi hæret, ut recorder, quomodò Imperio non obſit, quenquàm Imperii Ordinum cum exteris fœdere jungi. Vel enim id facit ratione territorii, aut bonorum extra Imperium ſitorum, at tùm non ut Status Imperii, ſed ut extraneus conſidera-

deratur, adeoque fœdere pangendo iſtis limitibus ſe continebit, ne tamen ullum præjudicium Imperio creet; vel ratione ſtatus ſui, atque territorii, quod intra Imperium obtinet, & tùm quomodò ille, quem ê ſalutari pacis publicæ conſtitutione proveniens auxilium, atque, totius Imperii vires tueri poſſunt, & debent, exteris ſe, Imperatore, & cæteris Ordinibus inſalutatis, fœdere aſſociando Imperii res haud afficiat, ab hominibus, qui plurimùm ſapiunt, edoceri cupio.

10. Et quoniàm noviſſimâ pacificatione Oſnabrugenſi conſtitutũ, *jus faciendi* (verba Inſtrumẽti pacis *ex c. 8. §. Gaudeant ſine.*

refero) *inter se & cum exteris fœdera, pro suâ cujusq; conservatione ac securitate singulis Statibus perpetuò liberum* esse debere, *ita tamen, ne ejusmodi fœdera sint contra Imperatorem & Imperium pacemq; ejus publicam, vel hanc imprimis transactionem, fiantq; salvo per omnia iuramento, quo quisq; Imperatori & Imperio obstrictus est,* insignes istas hactenùs de jure, quod Ordinibus circa fœdera competat, in Imperio habitas velitationes, ad eam, quam è duobus illis supradictis textibus eruimus, sententiam, certamque decisionem reductas esse, cognoscere apertè licet: unde ulteriùs apparet, Ordinibus fœdera feriendo aliò non collimandum, quam ut sui naturali defensioni, & pa-

& pacis Imperij conservationi tantò firmiùs provideant, quod cum ipsi non minùs, ac Imperator, liberum habeant, Imperatori idcirco fœderum jure quemlibet Ordinum parem censendum eâdem meritò ratione negamus, quâ num. præced. 8. quando simili modo Hippolithus Cæsarem armorum jure cuiq; Ordinum parem, nec majorem statuere satagit. Quin eò usq; progreditur, ut *in fin. hujus sect.* existimet, Imperatori minorem quoq; potestatem, quàm singulis Ordinum, circa fœderum horum defensionis ergò initorum jus competere, sed clarè confutatur, non ipsâ tantùm, quàm pro se adducit, Ferdinandi II. Imp. Capitulatione, sed &

aliorum Imperatorum cæteris, ut Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, & hodiè gloriosè regnantis Ferdinandi III. §. Wir sollen und wollen uns (auch/ *Ferd.* III.) darzu. *in fine:* Wo wir aber von des Reichs wegẽ/ oder das Heilige Reich angegriffen und bekriegt würden / alsdenn mögen wir uns dargegẽ aller Hülffe gebrauchen; quæ verba in Capitulatione Maximiliani II. §. und ob ob wir selbst. 7. *in fine*, ad compendium ita conferuntur: Defensivè aber mögen wir uns aller Hülffe gebrauchen. Quanta verò verborum horum, aller Hülffe/ laxitas sit, nemo non intelligit, præthereà cùm Imperator superiorem inter mortales

les non habeat, quem in hoc præsertim defensionis negotio observet, Ordines autem in iis, quæ ferire ipsos posse, vidimus, fœderibus defensivis, ut ita loquar, Imperatorem inter alia excipere inprimis teneantur, quod dicta novissima transactio abundè firmat, quis justè negabit, hîc quoque Imperatoris potestatem non parùm prævalere, absurdè Ordinum potestate minorem dici? Quod ad Capitulationes Cæsareas attinet, eæ *in* §. Wir sollen und wollen (auch / *Maxim. II.*) darzu für uns selbst. de generalibus Imperii fœderibus loquuntur, quæ Hippolithus cum specialioribus iis, de quibus egimus, malè confundit: In isto autèm Im-

Imperii fœderum jure singulis Ordinum potentiam imperatoriæ æqualem (nedùm eà majorem) ex Capitulatione Cæsareâ ridiculè tribuit, cùm inibi nullius Ordinum, nisi Electorum, & horum quidèm tantùm majoris partis consensum fœdera illa desiderent. Hodiè etiàm, quòd per transactionem Osnab. *d. cap. 8. § Gaudeant fine.* in Comitiis cum consensu non modò Electorum, sed & cæterorum Ordinum, Imperator de ineundis dictis totius Imperii fœderibus decernit, id non magis Ordines Imperatori æquales reddit, quàm quod in aliarum quoque rerum Imperii deliberationibus consensum Ordinum exquirit, quem tamen Imperatoris

ris

ris majestati nihil demere, jam aliquoties ostendimus.

33. Ex his igitur, quæ de fœderum jure commentati sumus, nulli non liquet Hippolithum recensendo varia exempla, quibus probet jus fœderis pangendi Ordinibus competere, operam inutilem & supervacaneam insumpsisse. Nam fœdera illa Hippolitho memorata aut inter civiles discordias prodiêre, & sic nihil probant; aut defensiva, uti nuncupantur, fuêre, & pro pace publicâ, ac eadem aliquando cum approbatione Imperatorum inita, & tùnc etiamsi cum exteris fiant, quia sic quoq; Imperatori & Imperio non præjudicare censentur, haud prohibita fatemur; quædam etiam religio-

ligionis fervor extorsit, sed quando, atq; quâ ratione hujusmodi fœdera sustineri queant, ea, quæ *sup. num. ult. in. cap. 7.* tradidimus, explicabunt. Quid magis inconveniens, quàm è rebus sub fatali isto interregno, quo omnes Imperii leges perrumpebantur, inprimis ætate Wilhelmi Hollandiæ Comitis, qui inter Imperatores â multis nec numeratur, nec numerari meret, gestis jus aliquod Imperii deducere? Nec tamen diffiteor, tùm temporis fœdus illud, quod & urbes & Principes (quorum catalogum texit Maresch. Chron. Augustensis ad ann. 1247. & qui non tàm fœderis jus exercere, quàm necessitati consulere volebant) invicèm panxerunt, Im-
perio

perio in tanta rerum confusione utcunq́; subvenisse, ideoq́; minimè damnandum. Neq́; meliùs ex iis, quæ inter diversos Ordines tàm ante, quàm post Adolphi electionem acta sunt, fœderum jus æstimatur, cùm non fœdera propriè, sed perniciosas factiones fuisse, istorum annorum historiam vel limis oculis intuenti obvium fiat. Cæterùm à Ludovico Palatino, qui & anxiè deprecari iram Imperatoris, & innocentiam suam jurejurando purgare, & pacem inter Principes conciliandam promittere, postquàm pleraq́; ejus loca Cæsar à Mogũtino, & reliquis ad Rehnum Electorib⁹ adjutus bello invasisset, ipse coact⁹ est,

eſt, (*Ger. de Roo, hiſt. Auſtr. libr. 2. ad ann. 1292. in fin.*) Adolphus Imp. licèt fœdere ab eodem Palatino cum aliis contra Imperatorem inito, cujus tamen Gerh. de Roo, diligens ſcriptor, non meminit, coactus Aventino *libr. 7. annal. Boj*, haud ſatis veriſimiliter dicitur, quamvis idem hiſtoriam ipſam, uti retulimus, nō diſſimulet. Fœdera Principum & Civitatum, Ludovici & Friderici Anticæſarum ævo, ipſa natura vim repellens expoſtulavit, quod ê Mutij, quem Hippolithus laudat, Chron. *lib. 24.* (ubi tamen hæc hiſtoria ad ann. 1294. perperàm refertur, nam illa Ludovici & Friderici diſcordans electio ann. 1314. demùm celebrata) manifeſtum eſt. Fœdus

dus Bavarorum Joannis & Ludovici contra fœda consanguineorum odia, ac turbas initum certam ponere juris regulam nequit: Nàm & tùm temporis ipse Imperator fœderis pangendi autor fuit, postquàm Henricus de dividendis Bayariæ terris legibus atq; judiciis se subduxerat, & Ludovicum, teste Aventino, *annal. Boj. libr. 7.* neci destinans, eum à convivio redeuntem, an. 1417. improvisò stricto ense invaserat, Ludovicus quoque, tamesi fortiter Henrico resistés, ab hujus comitib⁹ graviter vulneratus erat, ut pro mortuo judicatus fuerit. Istâ ætate florens Andreas Presbyter Ratisp. *Chron. de Ducib. Bavariæ, ad ann. 1431.* adeò sui seculi iniquitatem aversa-

veriatur, ut eam obliterari cupiat, quando ſcribit: *Hîc ſub ſilentio plura pertranſeo, more Moyſis, qui tacens crimen filiorum Jacob, refert quod Joſeph fratres ſuos crimine peſſimo apud patrem accuſavit.* Fœdus Suevicum quis ignorat defenſionis gratiâ ictum? Nec tamen exiſtimare debet Hippolithus, cum hoc Receſſibus Imperii approbatur, fœderis initium reſpici, ſed ſolùm pacta ruſticorum motuum cauſâ (*de quibus Sleidan. libr. 4. ad ann. 1525.*) â fœderatis ordinata approbtione iſtâ contineri; quamvis initio quoque ad præſcriptum comitiale, & ut Nauclerus, *Chron. vol. 3. gener. 50. ad ann. 1486.* tradit, Suevi ad man-

mandatum imperatoriæ maje-
statis in societatem coierint. I-
dem testatur Mutius *ad eund. ann. Chron. German. libr. 29.* Fœ-
dus quoque contra Albertum
Brandeburgicum ipsius Cæsaris
autoritate munitum fuit, de
quo Hortlederus acta publica
prolixè collegit, *tom. 2. libr. 6.*
De fœderis inter Saxonem, Hes-
sum, & Bavaros justitiâ certi
quid definire nemo ausit, cùm
ex aliis causis non obscuris, tùm
quòd illud omnem vim ami-
sit, ex quo Ferdinando Regi ob-
servantiam æquè, ac cæteri Ele-
ctores promittendo, fœderis
causæ renunciavit, *Sleidan. libr. 15. ad ann. 1544. Hortleder. tom. 2. actor. publ. de bello German. libr. 3. cap. 11. num. 58. ubi*
istius

istius rei integram transactionem reperire licet. Et Saxo ipse fatetur, fœdus illud etiàm, antequàm penitùs perfectum fuerit, expirâsse, *Hortled. d. libr. cap. 19. num. 3.* quamvis *num. seq.* id excusare ipse & Hessus velint, quod defensionis gratiâ initum fuerit. Verùm ex hoc, itèm fœdere Smalcaldico, & Pontificiorum Sancto, Unione Potestantium, & Pontificiorum Ligâ, Lipsiensi, Heilbruñensi, & similibus fœderibus quid juris resultet, intestinis bellis ultra seculum quæsitum est, & inter utriusque partis contradictiones ad decisionem perveniri non potuit, antequàm amicâ ratione ea res determinaretur, quod novissimâ pacificatione per Dei gratiam feliciter

liciter peractum est, uti verba pacificationis *num. praced.* adducta demonstrant: quibus si jungantur ea, quæ de fœderum jure paulò superiùs ê legibus Imperii, & de religionis causâ *sup. d. num. ult. in cap. 7.* explicavimus, quid de fœderibus istis sigillatìm sentiendum sit, cuivis liquebit. Cùm autèm verba illa *Instrum. pac.* fœderibus, quæ libera Ordinibus permittantur, inter cætera, Imperatorem non petendum, & juramento, quod Ordines Imperatori præstiterint, non præjudicandum esse, clarè habeant, quemadmodùm id anteà quoq; obtinuit, atque Imperatorem excipiendum Hippolithus ipse non negat, quid tali Ordinum jure Imperatoris ma-

jestati decedat, nimiùm perspicax fuerit, qui videat. Indè est, quòd non multùm referat, prævio Imperatoris consensu hujusmodi fœdera ineantur, nec ne, quemadmodùm id *supr. num. 9.* ferè in medio reliquimus: nec omninò Hippolithus dubiũ hoc exemplo Caroli IV. Imp. eximit, possent enim reponere, qui Imperatoris cõsensum necessarium ducunt, Imperatorem hunc, qui ann. 1354. Tigurinis fœdus cum quoquã se in consulto fieri haud debere constanter objecerit, tandem non juris necessitate, sed uti eò promtiùs Tigurinos ad solita obsequia reduceret, suâ quasi autoritate roborata ipsorum fœdera admisisse, aut quod fortiùs urgen-
dum

dum putabunt, A. Bullam, quâ Ordinum fœdera declarationi imperatoriæ relinquuntur, undè consensus necessitatem probare volunt, cùm post istam inter Albertum & Tigurinos factam conciliationem, anno nimirùm 1356. promulgata sit, anteacta omnia diluere.

12. Quomodo Ordinibus cum exteris fœdera pangere liceat, jam vidimus, quâ de re exempla quæ Hippolithus affert, ad eam doctrinam, quam proximè protulimus, exigenda sunt. Ubi autem Ordines cum exteris fœdera contrahere possunt, ut iisdē tanquàm potentioribus, & majoris autoritatis ergò directionē committant, ratione non caret, atq; hoc neq; ipsorū Ordinū dignita-

rem imminuit, neq; in Imperatoris & Imperii præjudicium, quæ excipienda sunt, cedere debet. An vero, quando non tantùm cum exteris fœdera ab ordinibus icta, sed & fœderum directio exteris delata, id jure semper, & saltèm Imperii bono factum sit, adhuc prudentiorum judicio partìm subjacet, partìm hâc de re exit⁹, & ea quoq;, quæ de fœderum in Imperio jure disseruimus, consulenda sunt. Sanè secretissimo isto Chambortico fœdere â Germanis Principibus Regem Galliæ pro superiore agnitum fuisse, alius, quàm Bodini testimonio Hippolitho probandum fuit: sincerè magis Thuanus, *hist. libr. 8. ad an. 1551.* exercitus regendi summam potenti-

tentiam Mauritio concessam scribit, & â fœderatis promissum, se deinceps Regem pro beneficio (quod præstiturus esset) amici & parentis loco habituros, & (inter cætera) omni ope enixuros, ut ipse, si vellet, in Cæsarem eligeretur; adeoq́; demùm, si hoc effecissent, Galliæ Regi, non jure tamen, se subjecissent. Et idem Rex, quòd occupatas, Metim, Tullum, & Virodunum, Imperii civitates sibi vendicavit, non sine magnâ Imperii jacturâ fœderi isti immixtus fuit. *vid. Hortled. tom. 2. act. publ. de bell. Germ. libr. 5. cap. 4. n. 20. notata.* Illud negari nequit, Electorem Saxoniæ Regi Suediæ, qui nunc gloriosè defunctus, directionem tribuisse, sed executionis eorum,

quæ unanimi deliberatione decreta forẽt; Wir wollen in dem Jenigen was mit einhelligem Rath beschlossen/ Jhre Königl. W. bey Verrichtung der Execution, die völlige direction in Handen lassen / promisit Elector, uti *ex actorum publ. quorum collectionem Londorpius inchoavit, tom. 3. libr. 3. tract. 190.* videre est, qualem directionem idem Elector Reginæ ac Regno Suediæ, sive Legato Oxenstirnio invidisse non reperitur, nisi quòd fœderatos Protestantium Ordines hortatus sit, ne cum directione ipsam potestatem agẽdi dimitterent, damit die Macht und direction (directio igitur hic non solius executionis, sed quæ omnem rerum agendarum poten-

potentiam continet, intelligēda est) in der Evangelischen und Protestirenden Stand Händē verbleiben möchte/quemadmodùm verba habent, *in d. act. publ. tom. 3. libr. 6. tr. 147.* §. Es werden aber die. atq; ideò etiâm in Conventu Francofurtensi ann. 1634. congregati Evangelici Ordines directionem dicto Legato ita se commisisse responderunt, ut, intermediâ institutione certi Senatus, ipsam agendi facultatem, & quasi nervum directionis sartum tectum sibi servaverint, *d. act. publ. tom 4. libr. 1. tract. 46.* §. Was S. Churfl. Durchleucht. quāvis si ipsā illā executionis directionē exteris Elector nō deferendā existimavisset, notissima circūstantiarū differētia ejus tēporis,
 poris,

poris, quo Rex Suediæ Gustavus Adolphus directionem obtinebat, & alterius, quo post ipsius Regis mortem directio restauranda erat, eundem Electorem de Imperii salute vehemẽter solicitum petulantiæ notâ, quam temerè nimis Hippolithus tantæ Imperii columnæ impactam vult, abundè eximeret. Sed meâ hic defensione minimè opus, cùm prudentiores, & publicarum rerum scientiâ magis instructi, feliciùs eam suscepturi sint.

13. Quale igitur fœderum jus Ordinibus competat, hactenus vidimus, undè simul apparet, istiusmodi quoq; fœdera contra Imperatorem non esse ineunda. Hippolithus quidèm justum

ſtum fœderis contra Imperatorem genus ex quâdam Jodoci Moraviæ Marchionis conſtitutione (cujus illum *ſupr. in cap. 3. ſect. 2. numer. 13.* in depoſitionis materià oblitum diximus) jam eviciſſe, putat. Non regeram, conſtitutionem iſtam privatâ, & publicæ autoritatis incertâ diligentià hiulcam editam, fidem nunquàm meruiſſe, neque neceſſum eſt, ſi latam, viridiq; obſervatione veſtitam concederem, ad ea, quæ *ſupr. in cap. 1. num. 14. & d. cap. 3. ſect. 2. num. 9. & ſeq.* ſcripſi, provocare; verùm id ſufficere dicam, Jodocum Imperatoribus non eſſe annumerandum, ideoque hanc conſtitutionem etiam ei, qui adeò amens ſit, ut fictam haud

credat, floccifaciendam. Nec in Chron. Maresch. Elwangensi, nec in Compilatione Chronol. inter rerum Germ. scriptores â Pistorio editâ, nec â Trithem. in Chron. Sponheim. nec in paralipomenis Abbatis Ursper. Jodocus inter Imperatores recensetur. Paulus Langius *in Chron. Citizensi ad ann. 1411.* quo Sigismundum electum esse Imperatorem, eodem posteà Jodocum Marchionē Brandeburgensem, & Ducem Moraviæ, (absq; ulla imperatoriæ dignitatis mentione) octogenarium obiisse narrat. Et qui electum dicunt, diverso eum ordine locant, alii etiàm quinto, alii sexto post electionem mense, mortuum referunt, eo consentunt omnes, quo

se

ſe Imperatorem geſſerit tempore, oppoſitum ſemper habuiſſe, & quidèm Rupertum Palatinum, Nauclerus, ſed ambiguus nonnihil, *Chron. vol. 3. gen. 47. ad ann. 1400.* Mutius *Chron. Germ. lib. 26. ad ann. eund. Gerard. de Roo, hiſt. Auſtr. libr. 4. ad eund.* At minimè omnium Gobelini Perſonæ eâ ætate ſuperſtitis fidem in dubium vocare licet, qui, mortuo Ruperto, Sigiſmundum Ungariæ Regem, & Jodocum iſtum diſcordibus ſuffragiis Imperatores cooptatos, poſtquàm verò Jodocus eodem, quo electus, anno defunctus ſit, Sigismundum ab illis quoque, qui hactenùs ei fruſtrà obſtiterint, pro Imperatore agnitum refert, *Coſmodr. ætat. 6. cap. 90.*

 ad

ad ann. 1410. Gobelino adhæret autor magni Chron. Belg. *ad d. ann. 1410.* qui addit: *Vixit (* Jodocus *) electus ad quinq; menses, & ita obiit nihil insigne faciens. Quapropter inter Imperatores non est accensendus, & in præsenti Chronographiâ novum numerum non facit.* Videat igitur Hippolithus, quomodò Jodoci constitutioni, si unquàm aliquam emisit, autoritatem conciliet.

14. Licèt autèm Hippolithus fateri tandèm cogatur, Imperatorem in fœderibus excipiendum esse, ut tamen simul hoc declinet, iterùm in frigidâ istâ distinctione Imperatoris vel absolutè atque simpliciter, vel respectivè considerati, refugium quærit, quapropter hîc ea repetenda

tenda ſunt, quæ *ſupr. num. 11. & ult. in cap. 7.* animadverti, undè etiàm quid in adductis ab Hippolitho exemplis probandum, aut reprobandum ſit, cuivis patebit, quamvis & hâc ſectione jam notatis omnia diſcuſſa ſint: undè pariter conſtabit, meliùs ſenſiſſe Brandeburgicum, quando diſtinctionem illam, cujus meminimús, & quæ Saxoni atque Heſſo, *apud Hortleder. tom. 2. act. publ. de bell. Germ. lib. 3. c. 11. n. 54.* probatur, repudiavit, *apud eund. d. libr. cap. 17. num. 11.* quàm cùm eam ipſe ſecutus eſt, *locc. ab Hipp. allegg.* præſertìm ſi conſideretur, etiamſi quis religionis causâ licitam defenſionem ſuſcepiſſe existimet, propterea fidelitatem Imperatori promiſſam, quæ poliți-

liticam cauſam reſpicit, uti *ſupr. d. num. ult. in cap. 7. annotavimus*, non expirare. Quis verò cavillandi modus, quòd apud Hiſtoricos in Ducis Auſtriæ rectiùs & apertiùs, quàm Comitis Wirtemburgenſis conciliatione cautum dicit, fœdus, in quo S. Imperium non exceptum ſit, abolendum eſſe? cum & Nauclerus, *Chron. vol. 3. gen. 46. ad an. 1360.* de Auſtriaci conciliatione agens, utrumq;, tàm Imperatorem, quàm Imperium, hâc locutione reverà comprehendat, nõ tantùm quòd ſynecdochica eſt, *juxta ſup. n. 14. in c. 7. notata*, ſed potiùs, quia de illo ipſo Auſtriaci fœdere Hiſtoric⁹ loquitur, quod (ut idem paulò ſuperiùs refert) Imperator contra ſe cum Auſtria-

ſtriaco factum dixit, ideoque ei renunciare Wirtemburgenſem coëgit; & Mutius, (quem tamen Hipp. pro ſe allegat) *Chron. Germ. l. 25. add. an. 1360.* expreſſis verbis teſtetur, Ducẽ eò adactũ, ut *renunciaret omnia fœdera, in quib⁹ non exceptus eſſet Imperator, ipſumque Imperium.* Circa fœderũ denique jus majorem poteſtatem Ordinib⁹, quàm Imperatori cõpetere, *ſup. n. 10.* ubi etiàm eâ in re Ordinum facultatem inferiorem oſtendi, abundè refutatum reperire eſt.

IN SECT. II.

I.

AD hanc ſectionem multa notare haud opus eſt, cùm pleraque etiàm hactenus dictis explanari queant. Quod Bodinus non

non Imperatorem, sed Ordines in Comitiis congregatos de bello ac pace decernendi jus habere dicit, hoc meritò Reinkingius corrigit Bodino largiens, Impetatorem ratione Imperii non posse bellum incõsultis Proceribus decernere. Si indè Bodinus non Imperatori, sed Proceribus belli decernendi potestatem tribuere voluerit, rectissimè eidem respondetur, Procerum consensum requirendi necessitatem ut ipsi Imperatores statuerent, atque admitterent, (nam causam efficientem legum fundamentalium principalem in solo Imperatore residere, alibi ostendimus) non fuisse causam impulsivam προκαταρκτικὴν, uti vocãt, Ordinum potestatem, ad im-

impulsivam potiùs προηγουμένην, quam dicunt, (Reinkingius enim ideò potissimum hanc adducit, ut Procerum potestatem causam hîc necessariò non statuendam indicet) spectari debere, Imperatorum nimirum prudentiam, quâ perspectum habuerint, si simul quem æquitas exigit, Procerum consensum sibi non prætereundum lege promittant, animos eorundem ad obsequium alacriores redditū, eâq; re ad Reipublicæ, atq; adeò sui ipsius conservationem plurimum collatum iri, quemadmodum id *sup. num. 8. in cap. 1.* consideravimus. Ordinum verò potestatem hîc inter causas non referendam Reinkingius ulterius confirmat, adducendo vari-

varios juris imperii textus, quibus consensum Imperatori ab Ordinibus cum quâdam subjectionis contestatione præbitum ostendit. Hos textus Hippolith⁹ ad simulacra iterùm refert, sed virum non decet tale effugium, & indicium ipse profitetur, quando verba ad Comitiorum naturam exigenda docet, in quibus summam potestatem Imperatori competere, jam suprà Comitiorum jus ponderantes probatum dedimus.

2. Galliæ Regibus non honestũ modò, sed necessarium esse Statuum, Parlamentiq; consensum, præsertìm si Reges audire velint, *sup. n. 7. in cap. 4. sect. 2.* vidimus. De regno Angliæ res ipsa loquitur. Verùm de his, item-

temq; Poloniæ Regis potestate, agere, iisque tanquam exemplis uti peritos quosq; sinam, quamvis silentio non prætermittendum sit, Hippolithum parùm proficere ex Cromero, qui eodem libro, quo Regi Poloniæ sine comitiis & assensu amplissimi consilii bellum facere non posse testatur, illud nihilominùs, quod eidem Regi in Comitiis placuerit, regulariter decreti comitialis & legis vigorem habere scribit: Et quod subjicit, Regni Statibus aliquando Principis placito refragandi jus esse, id ipsum est, quod largimur, absque Statuum assensu Regem in Comitiis de Reipubl. rebus nihil decernere.

IN

IN CAP. X.

De supremâ jurisdictione.

Animadversio generalis.

I.

HIppolithus supremam jurisdictionem non soli Imperatori, sed Imperio (per quod Imperatorem, si quis extet, & universos Ordines intelligit) competere, hoc capite docet. Etsi enim negare nequeat, uti antiquos, (quemadmodùm ipse putat, sed vid. quæ *sup. num. 5. in cap. 4. sect. 2. & num. 2. cum seqq. in cap. præced. 9. sect. 1.* scripsi) ita Germanos Imperatores, quamdiu Imperium fuerit hereditarium, supremam jurisdictionem essentialiter tenuisse, con-

constituto tamen per electioné Imperatore ad Ordines transiisse arbitratur quidèm, sed non probat, & malè ex mutato acquirendi modo ipsius rei naturam mutatam ponit. Nec enim majestatem magis possidet, qui jure cognationis, quam qui solâ lege, aut consuetudine fundamentali (cujus ipsos quoq; Imperatores autores esse alibi demonstravimus) eam acquirit: & hoc in nostro Imperio tantò apertius est, quantò certius, idem imperium nunquam fuisse purè hereditarium, inprimis indè à Carolo M. Imperatores, etiam quando ad successores hereditarium Imperium transmisisse existimati sunt, de liberorum, & cognatorum suorum successione

one plerumq; cum Ordinibus egisse, eorundemque consensum obtinuisse, ut suo loco dicetur; adeoque cum Carolinæ posteritati, primisque Germanorum Imperatoribus propter hoc circa successionem Ordinib⁹ competens jus de majestate, quicquam detractum non appareat, (neque enim & Hippolithus id inficiatur) electio, etsi posteà liberior, per se causa esse nequit diminuendæ imperatoriæ majestatis, & hoc ideò minus dubii habet, quod *sup. num. 13 in cap 4. sect. 2.* probavi, Carolum Magnum (qui etsi electione ad Imperium pervenerit, reliquisse tamen illud planè hereditarium, ab Hipp. indubitatè existimatur) majorem, quàm Impera-

rato-

ratores hodiè, potestatem in Comitiis sibi haud vindicâsse. Quoniam igitur adhuc pro Imperatoris majestate firma est præsumptio, fidem Hippolitho neutiquàm habem⁹ temere absque ullâ ratione, aut documento asserenti, per liberiorem, quam concedimus, electionem ad Ordines majestatem, & speciale illud jus majestatis, supremam nimirùm jurisdictionem, essentialiter pervenisse, aut ipsos eam sibi reservasse, (cùm contrarium potiùs ex ipsâ electione præsumendum sit, secundùm ea, quæ scripsimus *sup. in c. 3. sect. 2. n 3.*) tùm eandem Imperatori ab Ordinibus mandatam esse, multò minùs admittimus.

2. Ex

2. Ex quo Cameræ judicium peculiari loco figi, certisq́; regulis ordinari cœpit, Imperatores non tantùm quod justitiæ ullâ in re deesse noluerunt, sed & ut Ordines ad judicii istius conservationem in sumptib⁹ conferendis eò alacriores redderent, facilè admiserunt, ut qui initio in Comitiis constitui solebant, ejusdem judicii futuri assessores ab Ordinibus speciali jure præsentarentur, nominarenturq́;. Hinc factum, ut in ipsâ Ordinat. Cam. *part. 1. tit. 8.* Assessores Ordinū loco in Camerâ collocati dicantur, cùm non sit dubitandum, quin si Ordinibus commodum visum fuisset, ipsos ordinato Cameræ judicio assidere, per Cæsares, tanquàm jus in aprico,

&

& integrâ fide reddituros, id iis licuisset; quia tamen uti Imperatori, sic Ordinibus, ad hoc judicium ipsos adesse, opportunū haud accidit, illis, quos Ordines nominaverint, unà cum Imperiali judice in supremo Imperii judicio sedere concessum est, iidemq́ue Ordinum loco ibidèm sedere dicuntur. Ad istum enim Ord. Cam. textum notari convenit, verba: an ihrer statt sitzen: de Assessoribus, quos Ordines, non quos Imperator, tanquàm Imperator, præsentat, accipienda esse; per illa verò: an solche hohe Justitien verordnet: rectè omnium Assessorum quosdam ab Imperatore, quosdam seu reliquos ab Ordinibus constitutos intelligi. Ii quippè, qui

ab Imperatore, quà Imperatore, nominantur, non propterea nominantur, ut Imperatoris vicesgerere, ejusq; loco ſedere dici poſſint, (ea enim de Judice Camerali non dicuntur tantùm, ſed & reapſe ei competũt, qui demùm ſi impediatur, demandati officii Vicarium, Cam̃erichters Verweſer dictum, ex Aſſeſſoribus habet, & regulariter ex Comitibus, aut Baronibus, qui in Camera Præſides, Preſidenten/ appellantur) ſed ut indè potiùs diſcamus, quamvis Aſſeſſores ab Ordinibus præſentati, ſi ipſam præſentationem, & præſentationis rationẽ, quam paulò ſuperiùs indicavi, intueamur, Ordinũ loco poſitos, non malè loquamur, in ipsâ tamen Juſtitiæ adminiſtratione hunc reſpectũ ab-

esse, & cum iis quos Imperator, tanquàm Imperator, constituit, adeò in unicum corp⁹, vel collegiũ coalescere, ut ab ipso Imperatore non secus ac hi, quos ipse nominat, omnes propriè dependere credi debeãt, quod ea, quib⁹ ulteriùs supremã Imperii Jurisdictionem solius Imperatoris propriã demonstratũ imus, dilucidũ facient. Nec aliâ, quàm præsentationis ratione evenit, ut nõ absurdè Camera non tantũ Imperatorẽ, sed & Ordines repræsentare dicatur. At malè indè Hippolithus *h. c. sect. 5.* deducere conatur, Camerã non ab Imperatore solùm, sed etiàm ab Ordinibus jurisdictionem accepisse, quamvis multos quoq; ita sentire non ignorem.

3. Jurisdictionem, quatenus est majestatis jus, seu effectum, in Imperio nostro â solo Imperatore descendere, largiatur, usq; dùm liquidò probaverit, quam Carolinis Imperatoribus ultrò tribuit, ad Ordines transiisse, quod quomodò præstiturus sit, non video, antequàm ea sufficienter removerit, quibus hodieq́ue etiam in Comitiis soli Imperatori majestatem competere ostendimus. Etenìm indè, quod Imperator de iis, quæ ad ordinationem jurisdictionis Cameralis pertinent, in Comitiis cum Ordinibus deliberat, & absq́ue eorundē cōsensu nihil decernit, ut propthereà ipsi quoq; Assessores (imò, alibi ipsius Cameralis judicii constitutio Ordinibus quoq; ad;

adſcribitur, *ut R. I. ann. 1541. §. Und damit auſſerhalb.*) non â ſolo Imperatore, verùm & ab Ordinibus ad adminiſtrandam Cameralem juſtitiam conſtituti dicantur, *Ord. Cam. part. 1. d. t. 8.* non protinus concludendum, ipſam jurisdictionem, tanquàm Ordinum propriam, ab iisdem Cameræ mandatam eſſe, quemadmodùm *ſup. ad cap 1.* ſummatìm demõſtravi, eum, qui ſummâ poteſtate utitur, poſſe iſtius poteſtatis exercendæ modum ſibi ipſi præſcribere, ut propterea nec amittat ipſam ſummam poteſtatem ſeu majeſtatem, nec communicet, nec transferat: ad modum autèm exercendæ jurisdictionis ſuæ Cameralis Imperatores tantùm ſe aſtringunt,

quando quoties res Camerales ordinandæ, in Comitiis Ordinum consensum requirendum statuunt. Quin si propter consensum Ordinum loqueremur, Cameræ & ab Imperatore & ab Ordinibus jurisdictionem mandari, non magis idcircò in specie supremam Imperii jurisdictionem Ordinibus propriam faceremus, quàm in genere indè, quòd consensum istum respiciendo, Recessus seu Constitutiones Imperii aliquando & Imperatoris & Ordinum Recessus nuncupantur, essentialem juris in Imperio statuendi potestatem Ordinibus tribueremus, contra ea, quæ *supr. num. 2. in cap. 6. sect. 1.* annotavimus, quamvis nondum mihi clarè occurrat, ubi ab Ordinibus jurisdi-

ctio legantur Cameræ mandata. Quàm enim Hippolithus *h. c. d. sect. 5.* ex replicâ quâdam certorum Electorum loquelam obtinere gestit, das Herrn Cammerrichter und Beysitzer ihre Jurisdiction von Keys. Mayst. auch Chur: Fürstē uñ allgemeinē Standē des Reichs samentlich haben / Imperatoris iteratâ respōsione, quæ est in iisdē actis publ. *tract. 5.* controversiam pacitur, quando Imperator ejusmodi sermonis genus non obscurè improbat, ibi: So viel nun die ersten &c. Puncten berührt / da haben Ih. Mayest. sich in näherer ihrer Antwort / wegen &c. gleicher administration der Justitien &c. dermassen richtig und erbar erklärt / auch erbottē /

daß sie sich darüber weiter zu erklären nicht wissen / sondern solches alles hiehero erholt haben / unnd darbey verbleiben wollen lassen. In illâ verò responsione, näherer Antwort/ ad quam hic se Imperator refert, verba ita habent: Ihr May. haben dem Cammergericht gleichwol ihre Jurisdiction in etlichen Fällen communicirt, aber sich derselben darum̃ nicht abdicirt noch begeben. *in iisd. actis tr. 3.* Ubi verbum, *communi*cirt / dextrè explicandum est. Cùm enim ne ipsis quidem Ordinibus jurisdictionem ab Imperatore cõmunicatam docuerimus, nec Cameræ, aut iis, qui inibi Ordinum vice fungi censentur, eam propriè communicatam credere de-

re de-

re debemus, ut absq; dubio vox (*communicirt*) hîc idem significet, quod, *mandirt*. Maluit verò Imperator communicationis vocabulum adhibere, quò jurisdictionem à se Cameræ ita mandatam innueret, ut regulariter nec causarum, quæ ibidem introductæ fuerint, avocandarum jus retinuerit, quod alioqui, si simpliciter jurisdictionẽ mandâsset, reliquum habuisset. Et aliàs nodum certè in scirpo quærunt, qui ê promiscuis istis vocabulorum usurpationibus principia, sanâ ratione ex integrâ rei naturâ depromenda, extruere satagunt. Ut ex ipso quoq́ue exercitio jurisdictionẽ Cameralem soli⁹ Imperatoris propriam agnosceremus, Imperato-

res, nullo Ordinum contradicẽte, ne quod jurisdictionis negotium ê Camerâ ſub alius, quàm Imperatoris nomine, & ſigillo emanaret, ſedulò caverunt, prætereà haud parvi momenti alia extant, undè ſummam Imperii jurisdictionem eſſentialiter, uti loquimur, nemini niſi Imperatori competere, ulteriùs liquere poteſt, quæ Paurmeiſterus *libr. 2. de jurisd. cap. 6. num. 18. & ſeq. edit. Francof.* perſequitur, etſi nõnulla eorum, quæ ibidem tradit, principiis noſtris non reſpõdeant, adeoq́; ad hæc ita exigenda ſint, ut Limnæo etiàm, qui *de jur. publ. lib. ult. cap. 2. num 51. & ſeqq.* â Paurmeiſtero diſſentit, ſatisfieri queat.

4. Quibus ſic conſideratis, parum

rùm refert, tritam illam quæstionem hìc cum Hippolitho discutere, Nùm Imperator cum Camerâ cõcurrentem habeat jurisdictionem? Cùm enim Cameræ propriè à solo Imperatore jurisdictio sit mandata, & licèt causas ibi ventilare cœptas ad Consilium, vel judicium aulicum non retrahat, reverà nihilominùs Cameræ jurisdictio sit jurisdictio ipsius Imperatoris majestati Imperatoris nihil decederet, etiamsi nullâ præventione, quæ dicitur, nullisque causis Aulæ reservatis, omnes in Camerâ exigi permitteret. Neque nunc, cùm causas feudorum regalium, uti nuncupantur, sibi reservasse certum est, si vel legem sibi diceret, vel consuetudinem admitteret,

teret, quâ nullis nisi Germanis Principibus Assessoribus, certarumq́; circūstantiarum aliarum observatione, illustres istas caussas dirimere teneretur, non magis eo majestati, ac jurisdictioni suæ præjudicaret, quàm similibus de Cameræ judicio ordinatis, quæ *sup. num. 4. in sect. 4. c. 4.* expendimus. Cùm denique, quòd Imperatores non universalem, nec supremam, verùm cùm certorū Circulorum ordinariis judiciis concurrentem, pluribusq́; limitatā jurisdictionem Rotwilensi judicio concesserunt, ita ut hoc idem judicium liberiori quidèm suæ dispositioni seposuerint, judicio tamen suo sive Aulico, sive Camerali adæquare nolint, non Cæsarum

im-

impotentiæ, sed voluntati, quã hîc ipsi pro lege servant, (quemadmodùm hoc eos absq; majestatis diminutione facere, sæpiùs monui) imputari debeat, infirmum utiq; est â judicio Rotwilensi contra supremam Imperatoris jurisdictionem deductum argumentum. Quanquàm igitur hactenus dicta satis ostendunt, Hippolithum hoc toto capite nihil minùs, quàm supremã solius Imperatoris jurisdictionem expugnâsse, specialiorem tamen operam non defugiam.

Animadversio specialis.

IN SECT. I.

I.

NOn solùm ex Legistarum, ut vocat Hipp. opinione, sed & ipsis juris publici hodieq; in Imperio

perio obtinentis principiis, supremam jurisdictionẽ Imperatoris propriam esse, atq; etiamsi Imperatoris Aula in istius jurisdictionis exercitio cum Camerâ nõ concurreret, Imperatoris nihilominùs majestatem ipsâ Cameræ jurisdictione sartam tectam conservari, jam vidimus. Attamen etiam invicta veritas nos cum illis facere cogit, qui jure Cæsarem non modò per Cameram, verùm quoq́ue per Aulicum judicium supremam jurisdictionem exercere, vel ut hæc quæstio vulgò formari solet, Cæsarem cum Camera in omnibus causis (Cameræ sc. commissis) concurrentem jurisdictionem habere, statuunt. Hæc sententiâ Paurmeistero *de*

juris-

jurisdict. libr. 2. cap. 6. numer. 29. & multis seqq. contra quandam inprimis dissertationem Ambergæ *ann. Chr. 1613.* excusam, quæ inscribitur, Gründlicher Unterricht &c. Ob der Kayserl. Hoff Raht/ mit und neben dem Kayserlichē Cammergericht zu Speyer/concurrentem jurisdictionem, in allen und jeden Sachen/ohn unterscheid habē? masculè defensa est, ut ego actū agerem, si texib⁹, rationibus, observantiæ, autoritati, ibidē productis insisterē: tantùm nobis nunc hîc liceat nostris principiis inhærere, qæ in hâc etiàm controversiâ hactenùs aliorum ē diversis fontibus petitis argumentis dilui non animadverto. E quibus principiis conspicuum est, supre-

ſupremam jurisdictioné ab Imperatore Cameræ eſſe mandatam, mandatæ autèm jurisdictionis, uti conſtat, hæc eſt natura, ut avocare eam, & impedire, multò magis prævenire mandās poſſit. Imperator quidèm recepit, (quamdiu nempè in Comitiis conſenſu Ordinum aliud haud ſtatuerit) lites in Camerâ cæptas nolle ſe avocare, aut ullo modo impedire atq́; , ſic tantisper jurisdictionem Imperii ſibi propriam limitavit, illam tamē jurisdictionem in non expreſſis liberam ſuam naturam retinere, conſequenter, quòd Imperator velle ſe per ſolam Cameram judicare, nullà lege cavit, eidem cauſas, quæ nondùm in Camerâ cœptæ fuerint, dijudicandi pote-

poteſtatem extra Cameram, & in Aulâ ſuâ integram eſſe, vel eundem ita Cameram prævenire poſſe, negari non debet. Quod argumentandi genus Paurmeiſtero quoq; placuiſe deprehendo, & rectè Hippolithus inter præcipua fundamenta ab iis, qui Cæſari concurrentem jurisdictionem tribuunt, numerandum arbitratur, atq; ipſe etiam *h. cap. ſect. 7. in princ.* per unicam ex iisdem principiis planè inverſis extructam contrariam rationem quæſtionem hanc decidit. Noſtram verò etiam ſententiam pacif. Oſnabr. firmari non ambigendum, in quâ *cap. 5. n. ult.* non tantum Aulico Cæſaris Cõſilio Ordinatio Cameræ, nullo facto cauſarum diſcrimine, applica-

plicatur, ſed &, cum de cauſis majoribus in Aulæ judicio verſantib⁹ ſpecialis Cæſaris poteſtas ibidèm referatur, reliqua de minoribus, & aliis, quæ in Camerâ quoq; ventilantur, exaudienda eſſe, indè in propatulo eſt.

2. Quemadmodùm igitur hactenus, præſertìm in h. c. animadv. gen. *n.2. & ſeq.* quòd Camera â ſolo Imperatore jurisdictionem acceperit, contra Hippolithum aſſeruimus, ita cum eodem inficias haud ivimus, Cameræ jurisdictionem non ordinariam, verùm (non quidèm ab Ordinibus, ſed ab Imperatore) mandatam ſive delegatam eſſe; & licèt quædam reperiantur in Cameram collata, quæ ordinariam jurisdictionem ſapiunt, ea tamẽ jurisdictionem illius ordi-

nariam reverà non faciunt, sed tantùm probant, jurisdictionem diverso modo posse mandari, aliàs simpliciter, aliàs cùm quâdam ordinariæ (propriæ nimirum ei, hìc Imperatori, qui mandat) jurisdictionis limitatione, quæ tamen ipsa limitatio cum ipsâ mandatâ jurisdictione in Comitiis ab Imperatore cum consensu Ordinum quovis tempore potest aboleri, quod Cameralem jurisdictionem reverà mandatā esse luculēter demonstrat, quæ jurisdictionis mandatæ distinctio inter simpliciter, & cum limitatione ordinariæ mādatam, omnem difficultatem, quæ â variè circa hanc quæstionem sentientibus movetur, tollere, nisi nimiùm fallor, potest.

IN SECT. II.

I.

DE antiquo Romanorum Imperatorum regimine alibi egimus, undè justè dubitare possis, an majestatem Reipublicæ sibi vendicâre debuerint? tantum abest, ut isti rectiùs fons omnis jurisdictionis audiant, quã nostri Imperatoris, quibus ex comitiorum naturâ majestatem propriè competere, vidimus: cùm etiàm Majestatem in Rep. per legibus solutam potestatem perperàm definiri demonstraverimus, nimis largè Hippolithus cum aliis pronunciat, Principem jure majestatis omnem potestatem Magistratibus, Curatoribusque concessam iisdem pro arbitrio eripere posse. Ejusmodi

modi imperium non Reipublicæ Monarchæ competere, sed â Tyranno, aut Domino usurpari, & olìm quoq; â Romanis Principibus, quando potestatis suæ limites excessêre, usurpatum aliquoties monui, quale quemadmodùm nostris Imperatoribus non tribuendum, ita ipsi sibi nõ tribuũt, ut præstitisset, propterea quidèm quod Imp. Rudolphus II. Aulico judicio concurrentem cum Camerâ jurisdictionem asseruit, degenerem istam Romanorum potestatem eidem ab unitis Principibus in Christiani Principis Anhaldini propositione, quæ in Londorp. act. publ. *tom. 2. tract. 3. num. 1.* extat, non fuisse objectam, præsertim cùm, etsi nondùm satis constet, an

quæ

quæ jure communi antiquis Romanis Principibus ſuprema jurisdictio aſcribitur, horum re ipsâ propria fuerit, illam tamen in Imperio noſtris Imperatoribus propriè competere, comitiorum Imperii jura ponderantes dubitare jure nequeant.

2. Quando itaq; de veterum Tyrannide, aut Dominatu ſermo eſt, non hodiè tantùm Imperatores noſtri, ſed nec alii indè â Carolo M. eorum veſtigiis inſiſtere aut voluerunt, aut debuerunt, at ubi veteres extra genuinam potentiam haud ivêre, apertiùs tàm hodiernis Imperatoribus, quàm Carolo M. ejusq; proximis ſucceſſoribus, majeſtatem, adeoq; ſupremam jurisdictionem attribuendam eſſe, ea

quæ

quæ alibi scripsimus, probare possunt. Et quoniam *h. cap. animadv. gen. num. 1.* ostendi, successionem non magis, quam electionem, Imporatorũ majestatem conservare, jure liberioris electionis supremã Imperii Jurisdictionẽ Imperatoribus ablatã ad Ordines pervenisse, partimque Imperatoribus ab iisdem mandatã fuisse, Hippolithus frustrà obtinere tentat, nec in tàm ponderosâ facti assertione ullo vel antiquitatis documento vel verisimili alio argumento, quin nec præsumptione aliquâ nititur.

3. Duplex esse supremum in Imperio judiciũ, (utrumq; Cæsaris jurisdictionem exercẽs) alterũ Aulicũ, Camerale alterum, supe-

ſuperiora oſtendunt. Antequã autèm jurisdictionis exercitium certo loco alligabatur, unicum Cæſaris tribunal vigebat, quod Camerale, das Cammergericht/ jam olìm dictum fuiſſe, cum Hippolitho non pugnabo, quã-vis idem, quia non in Comitiis modò, verùm etiàm alibi habebatur, quò nimirùm Imperatores ire etiàm extra ordinem ſolebant, aliquando quidem, uti laudata ab Hipp. Friderici II. Imper. conſtitutio indicat, non ſemper tamen ordinario tempore celebratum fuiſſe, vero haud abſimile ſit: at ex quo ſeparatam ab imperatoriâ commoratione ſedem ſortitum eſt, ut Cameralis judicii appellationem retineret, ipſorum quoq;
Impe-

Imperatorum interfuit, ne jurisdictio Cæsaris propria nominis mutatione im̃inuta videretur, indeq́; alterum tribunal (supremum enim Imperii judicium, Imperatores Aulâ haud abdicâsse indicavimus) Aulæ judicium vocari cœpit, quod licèt non ita ut Camerale loco fixum sit, tantùm tamen aut in ordinariâ Imperatoris Aulâ, aut ubi Imperii comitia habentur, convenienti etiàm temporis serie, hodiè celebrari constat. Utroq́; verò solius Imperatoris jurisdictionẽ exerceri, jam suprà probavim⁹; & nimis profectò fragile est supremæ jurisdictionis ad Ordines translatæ argumentum, quòd etiam ante Cameræ ordinationem appellatio ad Imperato-

rem & Imperium interposita legatur. Imperii enim voce hîc Ordines non significari, sed ad *Nos & Imperium* appellare, idem esse quod ad *Nos ratione Imperii* appellare, *supr. num. 10. ad cap. 7.* docui, quamvis ea locutio rarissima, & stylus Imperii notissimus sit, appellationem ad Cæsaream Majestatẽ & (pro hâc conjunctione quoque particula disjungens *vel*, ac promiscuè quidèm, adhiberi solet) Cæsareæ Majestatis Camerale judicium (quod insuper, non Imperii, sed Imperatorium, Käyserlich/ atq; interdùm simul Spirense vocatur) interponi, & interpositam dici, ut si hîc quod Hippolitho familiare est, ex nudis vocabulis rem æstimandam duxerit, seipsum evidenter juguler.

4. An verò ante Cameræ ordinationem, (annum sc. Chr. 1495.) præter unicum, quod diximus, summum judicium, aliud obtinuerit, vel post Cameræ ordinationem, præter duo, quæ hodiè vigent, necessariò tertiũ peculiare Principum judicium detur? hactenùs sum̃â cõtentione quæsitum fuit. Non sunt, fateor, de nihilo, quæ in scripto, quod ann. 1613. in Petri Copsii librorũ officinâ prostare cœpit, & cujus in act. publ. Londorp. *tom. 2. tr. 2. pr.* Marquardus Freherus autor dicitur, proferũtur, quib⁹, antequã Camera com̃odo loco assignata fuit, præter Camerale illud unicũ, singulare aliud judicium observatũ docetur, quo solæ Principum causæ (& qui-

dèm istis conditionibus, quas Hippolithus hìc enarrat, & quæ in illo, quod nominavimꝰ, scripto omnes continentur, undè etiam Hipp. reliqua hujus sectionis omnia, & seq. sectionis pleraq; hausit, ut multa quoq; in d. seq. sect. ab aliis dicta referat) dijudicandæ fuerint: etsi non desint, quæ regeri haud immeritò queant, præsertìm si existimaveris, Sigismundum Imperatorem judicatis & constitutis, quibus præcipuè scriptor iste nititur, tempori inserviisse, cum quidam Principes litigantes foro Imperatorio se subducere, & causas ad Romanæ Sedis, atque Concilii Basiliensis audientiam devolvere satagerent, cæterique Imperii Principes, hâc arreptâ ansâ,

ansâ, Principum assessorum in hujusmodi causis assumendorũ modum, qui hactenùs Imperatorum arbitrio relictus fuerat, ad legis necessitatem trahēdum ducerent, majoriq́; indè adipiscendæ dignitati studerent, ideoq́; Imperatorem, quod ad asserendam Imperio supremam provocationem Principum se auxilio indigere sentiret, eorundem desiderio, etiam cum professione indubitati juris, astipulari maluisse, quàm pati, ut suprema Imperatorum jurisdictio â Clericis violaretur; quod tamen indultum post Fridericum III. Imp. tanquàm â Principibus affectatum, pro lege esse desierit, maximè ex quo duo, de quibus egimus, suprema judicia vigere

 cæpe-

cœperint. Certè, quomodocunque se res quondam habuerit, istud Principum jus nõ esse perpetuum, & hodiè in Aulâ suâ Imperatorem, non attentis tot requisitis, de Principum causis cognoscere jure posse, §. Ob auch Sachen fürfielen. Ord. Regim. *an. 1521.* & Ordin. Cam *part. 2. tit. 7.* satis probari arbitror. Vidi, & ponderavi, quibus responsionibus hi textus excipi soleant, sed nondùm iis responsionibus rem omnem evictam censeo. Si enìm saltèm eo adhuc tempore ista vetus consuetudo certa, atq; pro lege observata fuit, â causarum illarum regalia feuda concernentium dijudicatione ineptè prorsùs in istis textibus Regimentum, aut Camera, excludun-

duntur, cum inibi oppidò paucorum Principum, (quos tamen meros cum Imperatore ad illius Principum judicii essentiam requirunt) & in Camerâ quidêm nullius Principis (nec enim Cameræ judex necessariò talis est, *Ord. Cam. part. 1. tit. 1. in pr.*) præsentiâ opus sit, ut majoris dubii res æstimari debuerit, an indistinctâ locutione, quâ Imperatori, Regiq; Romanorum, illarum causarum decisio reservabatur, Principum necessaria præsentia rejiceretur, quàm nùm, vigente Principum jure, Regimento, aut Cameræ ejusmodi causarum discussio competeret. Deindè, cùm Ord. Cam. *part. 2. d. t. 7.* istius requisiti, quòd regalium feudorũ causæ intra Germaniã ventilari

debeant, expressà mentio fiat, non est verisimile, si tale judicium cum cæteris quoq; conditionibus, quas Hippolithus enumerat, necessariò instituendum esset, eas Imperatorem & Ordines ibi reticere voluisse; nam & multò magis id requisitum exprimendum fuit, quod non expressum tot disceptationibus, & arte & Marte exercitis ansam præbere, experientiâ teste, potuit, quodq; Hippolithus *sect. seq.* aliquot paginis urget. Et tandem non leve est istius haud juris necessitate observandi peculiaris judicii argumentum, quòd in adductis textibus Principatus atque Ducatus cum Comitatibus (addito etiam, *&c.* qualis adjectio quid hic comprehendat, Ord.

Ord. Cam. Cost. *ann. 1507. tit.* Wie es in Fiscalischen Sachen/ *&c.* aliquatenùs indicatur) eodem jure censentur. Principum autèm judicium, quod dicunt, nō Comites, multò minùs declivioris gradus alios, qui per *&c.* denotantur, sed solos Principes cōcernere, nemo negat, & Hippolithus ipse pro singulari requisito tradit. Adhuc igitur Reg. & Cameræ Ordinatio satis evincit, de Principum Regalibus feudis, aut causis, justè Imperatorem hodiè inprimis, in ordinario suo Aulico judicio cognosere, nec tertium aliquod peculiare Principum judicium in Imperio vigere. Quam quidèm sententiam ampliùs in dubium vocare, pacificatio Osnabr. nō patitur,

quæ non tantùm *cap. 4. in fin.* Juliacæ ſucceſſionis cauſam indiſtinctè ordinario proceſſu coram Cæſareâ Majeſtate, niſi pacatiora alia remedia huic cauſæ inveniantur, decidendam ſtatuit, ſed & *d. cap. 5. num. ult.* in cauſis majoribus ſententias atq; vota Electorum & Principum accerſere, clarè Imperatoris arbitrio permittit, undè Reinkingius *tr. de regim. ſec. & eccl. l. 1. claß. 4. cap. 19. poſt num. fin. in noviß. addit.* Imperatorem de iſtis regalium feudorum cauſis ſolum judicare non immeritò concludit. Poſito deniq́ue, quod credendum non eſt, Imperatorem teneri cauſas Principum in ſingulari judicio dirimere, idcircò tamẽ majeſtati Imperatoriæ quicquam

quam decedere, haud putandum esset, uti *animadv. gen. h. cap. num. ult.* jam monui.

IN SECT. III.

I.

INdè quòd *ad sect. praeced.* docuimus, singulare Principum judicium, hodiè præsertìm, nullâ juris necessitate constitutum reperiri, simul corruit illud, in quo totâ hâc sectione Hippolithus occupatus est, tantùm nimirùm Principes tali judicio necessariò assidere.

2. De veteri observantiâ quid sentiendum, sit, jam vidimus, & tàmen quæ exempla ad eam obtinendam Hippolith⁹ hîc addit, vel potiùs ipse addere videtur, (publicis quippè actis â Londor. editis, manu quasi ductus est, ut

historicorum verba, quibus hãc sectionem auctiorem redere voluit, levi operâ excerperet) parùm ad rem faciunt. Non enìm diffiteor, sæpè veteres Romano-Germanicos Imperatores, cùm plerumq́; in Comitiis jus dicerẽt, in causâ inprimìs magni momenti Principum sententias atq́ue vota exploràsse, & per eadem ipsam causam decidisse, sed Hippolithus ab aliis jam responsum novit, id Imperatores ultrò, & nullâ necessitate coactos fecisse, atq́ue hoc indè maximè verisimile fit, quòd Ordines, cùm commodo loco, certisq́; regulis justitiam in Imperio administrari cuperent, ejusq́; ordinationi interessent, non tantùm de istiusmodi jure nil qui-
quam

quam moverunt, verùm ipsis quoq; constitutionibus, quibus talem necessitatem Imperatori haud impositam demonstravimus, non contradixerunt, consensum autèm præbuerunt. Nihil igitur juvabit, multa jurisdictionis cum Principibus exercitæ exempla congerere. Ex Monacho etiàm Hirsfeldensi, qui est Lambertus Schafnaburgensis, quando formulâ loquendi utitur, *juxta jurisdictionem Principum satisfacere*, peculiare jus Principum Hipp. perperàm effingit. Nam *jurisdictio Principum* hîc nihil aliud significat, quâm Principum sententias & vota, quæ Imperatores ex iis plerumque, nullâ lege pressos, exquisivisse concessimus, quemadmo-

 dùm

dùm aliàs quoq; tales scriptores verborum proprietati minimè student, & insignis horum verborum abusus, ut alibi, ita in sententiâ â Sigismundo ann. Chr. 1431. Norinbergæ latâ, apud Freher. & Londorp. deprehenditur, quando mox Principibus consilium tantùm, & Imperatori sentẽtia, mox hæc quoque Principib⁹ & vel solis adscribitur, ibi: Darum̃ unterreden wir uns mit unsern Churfürsten und Fürsten / die bey uns zu Gericht sassen / und ward uns von ihn gerahten. paulò post: sprachen darumb / als sie uns dañ auch gerahten haben / mit unserm Königlichẽ Spruch und Urthel / &c. zum Recht. Deindè: So sind diss die Churfür-

fürsten und Fürsten / die bey uns zu Gericht gesessen sind/ uñ Urthel gesprochen haben. Et sæpius dixi controversias ex nudis vocabulis non decidendas. Imò, cùm apud eundem historicum, ubi istam quoque locutionem adhibet, ne ipsum quidèm judicium necessarium sit, an Principes necessariò judicare debeant, indè disci nequit. Etenim rebelles Saxones per hoc, quod se Imperatori *juxta jurisdictionem omnium regni Principum satisfacere paratos* dixerunt, ei necessitatem judicii non objecêre, cui adeò supplices fiebant, ut nudis pedibus obviàm procedere, & sententiam quamcunque vel iratus dictasset porrecto jugulo excipere vellent.

Quan-

Quando item circa litem inter Henricos Duces agitatam, Nauclerum, Aventinum, & Ottonem Frisingensem, &c. nunc sententiam Imperatori, nunc eandem, uti & decretum, atq; judicium, consilium quoq;, Principibus tribuere legimus, hoc simili vocum lusu eos facere, dubitare non possumus, quamvis etiam ex ejusmodi historiâ civilis discordiæ, rerumq; extraordinariarum plenâ, regulare jus elicere non conveniat, quemadmodùm & in reliquo ferè omnia hæc eadem responsio quadrat: ad multa quoque rectè regeritur, non tantùm, quòd de integris Comitiis, ideoq; non solis Principibus loquantur, atq; consilii voce aliquoties adhibitâ,

tâ,

tâ, non necessariæ leges declarationem accipiant, verum etiàm quòd, præter amicam transactionẽ, aperta initi compromissi, haud ordinarii juris, vestigia edant, quale Imperatores in rebus, quæ se suosq́; tangebant, ne aut ipsi, aut soli jus dicendo indignâ suspicione se gravarent, facilè admisère, id ut ex aliis, sicê controversiâ, quæ Rudolphi I. Imp. ætate de Austriâ, vicinisq́; ditionibus acriter movebatur, satis elucet. Intereà Hippolithus verba iterùm ad mentem suam flectit, quando in causâ Henrici Brunsvicensis, & Adilberti Frisingensis, sententiam Principibus, nundam executionem Friderico I. Imp. tribui existimat, tali Imperatoris sermo-

ſermone: *Super eâdem cauſâ à Principibus curiæ noſtræ requiſitâ ſententiâ judicatum eſt, quod præfati Henrici factum temerarium in irritum ducere Imperialis deberet authoritas.* Nihil enim hæc aliud probant, quàm mandâſſe Imperatorem Principib⁹, ut ſententiã, ſeu, quod hîc idem eſt, vota promerẽt quomodò eâ in cauſâ juſtitiam adminiſtrare jure teneretur, & Principes reſpondiſſe, quod deceat Imperatorem, ut factum temerarium infirmet. Qualia Principum ſuffragia, ſicuti Imperatores pro ſuâ ſententiâ, ſic propriè dictâ, agnoſcere ſolebant, (quod ex ſuperioribus Germanicis Sigismundi Imp. verbis conſpicuum eſt) ita hîc quoq; Fridericus Imp. pro ſen-

ſententiâ ſuâ valere juſſit, & mox eam executus eſt, ut appareat, ejus ibi propriè ſententiam fuiſſe, cujus fuerit executio, aut ſententiæ pronunciationē mandatam ab eo, qui poſteà eam exequi vellet: nam Principes hoc modo jurisdictionem mandatam exercuiſſe, illa oſtendunt, quæ de jurisdictione ſolius Imperatoris propriâ tradidimus. Undè iſta veterū documētorū, *apud Freher. & Londorp.* verba: Wir (Imperator) die (Principes) umb Urthel und Recht hierin zu ſprechen mahnten. Item: Nach beyder Theil Rede/Antwort und Wiederrede/ ſprachen wir zu den Fürſten/ Die bey Uns an dem Rechten ſaſſen/ Recht auff ſolche Rede/

Rede/ Wiederrede und Antwort zu sprechen. Et: Wir haben &c. dir (Archiepiscopo Moguntino) gebotten andre unser und des Reichs Churfürsten zu besenden/ und ihn einen Tag zu setzen/ zusammen auf ein genandt Statt zu kommen. Post: Wir ewr (Electoribus, seu Principibus) die Sache zwischen ihn und auch uns besonder um̄ das Niederland zu richten befohlen haben.

3. Malè verò Hipp. ubi non exemplis, sed legibus judicandũ ponit, has è Principum querelas deducendas arbitratur, quia indè potiùs tale jus controversum esse statuere debebat. Inspiciatur transactio Passaviensis, & cuilibet obvium erit, de Catto-

torum ditione controversiam per transactionem illam non ad ordinarium aliquod Principum judicium, sed ad Electores & Principes tanquàm compromissarios, ut ab iis discuteretur, delatam fuisse. Sic compromissi jure Trevirensem causam decisam, ipsa sententiæ verba demonstrant. Juliacam quoque causam novissimâ pacis Osnabr. constitutione ad Cæsaris aulicũ judicium, inter cætara, remissam *sup. ad h. cap. sect. præced. 2. num. ult. in fin.* vidimus. Quæ tertiò, 4. 5. & ult. pro sententiâ suâ Hipp. affert, jam suprà præsertim d. sect. 2. num. ult. consideravi, undè etiàm, an fundamenta eorum, qui mecum faciunt, suâ responsione prorsus everterit,

rit, perpendentis esto judicium. Totius autem rei controversiam dictâ Pacis constitutione decisionem hodiè invenisse, *in d. sect. num. ult.* annotavi. Sed tandèm iterùm si concederem, ab Imperatore Principum causas non nisi Principum votis terminari, propterea Imperatoriam majestatem jacturam non facere, ea quæ *sup. num.* 4. *in sect.* 4. *c.* 4. scripsi, docere possent.

IN SECT. IV.

I.

IN hâc sectione Hippolithus præsumtâ opinione, ab Ordinib⁹ supremam jurisdictionem tàm vulgarium, quàm regalium causarum, has quidem ut cum Principibus, illas ut solus judicaret, Imperatori mandatam esse, faci-

facilè ſtatuendum habet, ex quo Cameræ certum judicium inſtitutum fuerit, iſtam ſoli Imperatori mandatam jurisdictionē ab Ordinibus revocatam, atq́ue in Cameram translatam eſſe. Verùm cùm præſumtam illam opinionem (quicquid de antiquitatis Germaniæ ruderibus, ac fragmentis glorietur) nondum probaverit, nos contrà etiàm ſupremā omnem Imperii jurisdictionē Imperatoris propriā demonſtraverimus, non tantùm corruunt, quæ arenæ hic ſubſtruxit, ſed ipſe quoq́ue noſtræ ſententiæ fundamentà agnoſcit, quando ex nobiliorum cauſarum jurisdictione retentâ cœterarum jurisdictionem mandatā, omnemq́; adeò jurisdictionem ori-

originaliter, uti loquitur, aut potiùs essentialiter, ut ita dicere liceat, penes eum, qui nobilius jurisdictionis exercitium retinuit, residere docet. Hoc vero Imperatores ipsos in Aulico suo judicio, quoscunque etiam assessores adhibédos credamus, retinuisse, satis, nî fallor, superiùs deduxi, quamvis si Principibus, atque Cameræ, certâ distributione, omne jurisdictionis execcitium, retentâ tantùm sive per se sive per alium directione, comisisset, nondùm essentialem jurisdictionem amisisse dicendus esset. *vid. supr. d num. 4. in sect. 4 cap. 4.* multò minùs exemplum â Venetis petitum nobis obstat.

2. As-

2. Assessores non esse omnes ejusdem naturæ, minimè inficior, quando tamen quorundum largior in judiciis potestas est, assessores nihilominus manent, quemadmodùm eam quoq; jurisdictionem mandatam esse, quæ cum quâdam ordinariæ (propriæ nimirum ei, qui mandat) jurisdictionis limitatione mandetur, *supr. in sect. 1. h. cap. num. ult.* diximus. Sed quòd Imperii Assessores, *Judices*, Urtheiler vocari, iisq; sententia ascribi solet, id impropriè, & indè fieri, quòd Imperator eos suo nomine judicare jubet, *in sect. præc. 3. num. 2.* ostendi. Germanis tamen etiam Urtheiler non esse idem, quod Richter sive Judex, potiùs quod Beysitzer sive Assessor,

ſor, inter cætera, Ord. Cam. *ann. 1521. tit.* Benennung Cammerrichters. *&c.* docere poteſt, ubi Judex Cammerrichter peculiariter, & Beyſitzere / und Urtheilere / tanquam ſynonyma, ſcribuntur. Si deniq; tanquàm comitiale negotium Treverenſis cauſa examinata fuiſſet, Comitiorũ natura, quam deſcripſi, Imperatoriã majeſtatem ibi non læſam teſtaretur, at cauſam eam compromiſſo ſubjacuiſſe, ſuprà animadverti.

IN SECT. V.

11 NUnc quod *ſect 1.* pollicitus eſt, Hippolithus oſtẽdere conatur, Cameram accepiſſe jurisdictionem non ab Imperatore tantùm, verùm etiam ab Ordinibus. At hoc indè non pro-

probari, quòd Aſſeſſores Cameræ ſive pauci, ſive multi ab Ordinibus ſpeciali jure præſentantur, quòd Judex & Aſſeſſores Camerales Imperatoris & Ordinũ vice fungi, quòd eosdem repræſentare dicuntur, ſi nec verba aliud, quâm quod Cameræ ab Ordinibus quoq; jurisdictio mandata fuerit, alicubi præ ſe ferrẽt, *in h. c. animadv. genèr. num. 2. & ſeq.* docui: & quomodò ad Imperatorẽ & Imperiũ ſimul appellari, non modò infrequens ſit, ſed & nihil ad rem Hippolithi faciat, *ê not. in h. c. ſect. 2. num. 3.* videre eſt. Quibus primũ Hippolithi argumentũ â Cameræ conſtitutione deſumptũ concidit.

2. Interim hîc monere fortè operæ pretium eſt, (quamvis ſuſ-

q́ue deq́; haberi queat) Hippolithum non rectè calculum ponere, quando duodecimam tantùm, Aſſeſſorum partem ann. 1530. ab Imperatore constitutam dicit. Nam duos illos Comites, vel Barones, quos Imperator nominat, Hippolithus aut numerat inter Aſſeſſores, aut ab iis ſegregat: Si numerat, cum duobus aliis, quos Imperator, tanquàm Imperator, præſentat, (istos enim quos Imperator ratione Auſtriæ, & Burgundiæ nuncupat, non immeritò ad Imperatoris, quà Imperatoris, Aſſeſſores Hipp. non refert) 24. Aſſeſſorum non duodecima, ſed ſexta pars erunt; ſin Comites, vel Barones ſegregat, 22. remanent Aſſeſſores, quorum duo non

non duodecima, ſed undecima pars dici debent. Et ipſe Hippolithus hîc variat, quòd ad ann. 1521. reſpiciens, Comites, ſive Barones, Aſſeſſorum appellatione non comprehendit, mox tamen de mutatione ann. 1570. factâ loquens, Comites, ſive Barones, (duobus eo tempore unus addebatur) inter Aſſeſſores habet, ſi enim eos ſeparâſſet, 38. tantùm Aſſeſſores numerare potuiſſet. Imperii verò Receſſibus, & ordinationibus Comites illos, vel Barones, Aſſeſſorum appellatione contineri, textus ipſos inſpicientibus obvium eſt, quamvis hodiè in ipsâ Camerâ non Aſſeſſores, ſed Præſides (Preſidenten) vocari ſoleant. Quod ad numerum attinet, Oſn.

pacis constitutio 50. Assessores, Præsidibus inclusis, requirit, d. cap. 5. num. ult.

3. Cum Procuratorem, Advocatum, & Notarium Fisci, Imperator, cæteros Procuratores, atq́ue Advocatos, & Pedellos, uti dicuntur, prævio supplici horũ libello, Camera ipsa constituat, nimis largè Hippolithus tradit, præter Assessores, reliquos Cameræ ministros ab Electore Moguntino constitui: quòd autèm hic Elector, tanquàm Imperii per Germaniam Archicancellarius, Cancellariæ Cameralis Magistrum eligit, ejusdemq́; Cancellariæ ministros per Magistrũ vocat, id utiq́; Imperatoris majestati non præjudicat, quia quicquid Imperii Archicancellarius

larius ordinat, tanquàm ab Imperatore mandatum agit, quemadmodùm etiàm in Comitiis (quibus Imperatoris majestatē elucere docuimus) ea provincia Cameralis eidem delata est; imò ipsum Archicancellariatus officium ab Imperatoribus descendit, adeò ut Electoribus in officio substituti quoq; â Romanis Principibus dati dicantur, *A. B. tit. 29.* tùm ejusmodi locutione per *Imperium* non denotari Ordines, alibi sat evicimus, sed diversâ ejusmodi appellatione, Imperii Archicancellarii discernuntur ab Aulæ Imperatoriæ, sive juxta verba A. B. *d. tit.* Imperialis Curiæ Cancellario, Hoff-Cantzler. Nam & Carolus M distincta habebat Palatii, & Regni

officia, uti Hincmarus Rehm. *ep. 3. apud. Goldast, proleg. tom. 3. Const. Impp.* testatur, propterea tamen Hippolithus isti majestatem denegare ausus non est, aut per Regni vocem Proceres intellexit. Sed hæc vocabula solicitè sectari opus non est, cum personæ Camerales, etiàm ab Electore Moguntino electæ, non Ordinibus, nec huic Electori, sed aut Imperatori ipsi, aut ejus loco Cameræ (nonné si ordinibus principaliter fides promittenda, & Imparator juramentum nomine Ordinum recipiendo tantùm minister esset, Cameræ non Imperatoris, sed Ordinum nomine jurandum statueres?) fidelitatis juramentum præstare debeant, *Ord. Cam. part.*

1. tit.

l. tit. 26. in. fin. Sollen alle obgemelte und andere Cantzley Personen der Käyserl. Mayt. oder an statt ihrer Liebd / und Käys. Mayt. unserm Cammergericht ihre Eyd und Pflichten thun / und demselben / wie andere Cammergerichts Personen verwandt und zugethan seyn.

4 Quis autem credat, in Comitiis Constantiæ ann. 1507. habitis, quemadmodùm, cùm Ordines Protonotarium quendam ab Imperatore nominatum in Cameræ judicium certas ob causas haud recipi peterent, iisdem gratificari Imperator nō dedignatus est, ita si institisset Imperator, Ordines præfractè dissentire voluisse? Quin, cùm negotium hoc in Comitiis tra-

ctari Imperator permiserit, si consensum Ordinum obtinere planè non potuisset, regula solùm hic locum haberet, Imperatorem in Comitiis absque Ordinum consensu nihil statuere, quâ uti ejus majestatem non infringi demonstravimus, sic indè in præsenti materiâ Ordinum potestatem Imperatoriâ superiorem fieri, Hipp. malè deducit. Nec etiàm ex plurimorum Assessorum præsentatione potiorē potestatem æstimandam; tùm, Cameram non absurdè, sed merito, ac propriè Judicium Imperatoris nuncupari, ea quæ de suprema Imperii jurisdictione solius Imperatoris propriâ comentati sumus, affatìm ostendunt.

5. Cæteris â Cameræ reformatione,

tione, ut vocat, rei judicatæ executione, jurisdictionis revocatione, ductis, cùm apertũ ſit, ea omnia dependere â Comitiis, & ſic Imperatoris Comitiali poteſtate, quâ majeſtatẽ retinet integram, argumentis Hippolithus fruſtrà laborat. Quæ in ſpecie de Regimento, & judicio Rotwilẽſi docet, iis quæ *ſup. n. 3. in c. 4. ſect. 4. & h. cap. animadv. gen. in fin.* ſcripſimus, declaranda ſunt. Et deniq; libenter fatemur, ſecundùm ordinationẽ executionis, vermög der Handhab/und Execution Ordnung/ non nudum Imperatoris arbitrium (quale Imperatores noſtri, qui legitimi Reges ſunt, non Tyranni, aut Domini, nec habent, nec habere volunt, undè nec jurisdictio-

dictionem absq; Comitiis revocant) rerum in Camerâ judicatarum executionem fieri. Executionis verò Ordinatione perspicuè continetur, ultimum executionis remedium & extra & per Comitia ab Imperatore expectandum esse, *R. I. a. 1555.* §. Und so abermals. *Ord. Cam. part 3. t. 49.* §. *penult* Und wo sich zutrüge.

6. De Polonorum & Venetorum rebus disceptent, quibus libuerit, supremum certè Imperii nostri judicium non simulacri ergo, sed propriè Imperatoris seu Imperatorium Cameræ Judicium, das Käyserliche Cammergericht / appellari, & appellandum esse, quæ superiùs tradidimus evincũt; undè nec inane est, sed rem ipsam exprimit, quòd

quòd processus atq; decreta Camerae Imperatoris nomine & sigillo expediuntur, ac â solo Imperatore Cameræ Judex constituitur. Et licèt Camera, rarissimè quidèm, Imperatoris & Imperii judicium dicatur, per Imperium tamen Ordines non intelligi, aliquoties notavi.

7. Eo verò Imperatoris majestatem haud minui, quod Cameræ Judex in causis decidendis ordinarium calculum non addat, *supr. num. 4. in cap. 4. sect. 4.* vidimus. Cæterùm verbum, Urtheiler/ *sup. h. cap sect. 3. num. 2. & sect. 4. ferè in fin.* consideravimus. De Gallorum quoq; moribus sunt, quæ regerere possumus, sed eos ad Imperium nostrum non attinentes aliis exa-

minandos relinquimus. Sciendum deniq; est, perperàm Hippolithũm in colligendis Assessorum votis adhuc eos, qui Assessores præsentaverint, respicere: nam in ipsâ Justitiæ administratione Assessores non â singulis Ordinum, sed omnes tanquàm unicũ corpus, â solo Imperatore propriè dependere, *sup. h. c. animadv. gen. n. 2.* docui. Ejusdem sententiæ (nisi quòd Status Imperatori jungit) videtur esse Limnæus *de jur. publ. l. ult. c. 2. n. 77.* Neq; id simpliciter asserendum, in votis seu suffragiis totam judicii (potiùs, sententiæ) Cameralis vim consistere, sed quatenus Judicis Cameralis inspectioni, ut secundùm Impererii leges atq; consuetudines edantur, subjacent,

cent, nec à Revisoribus corrigũtur, quæ omnia, consequenter ipsa vota, & ex votis emergens Cameralis sententia, à Comitiis, & sic ab ipso Imperatore, quemadmodùm alibi probavim⁹, vim accipere manifestùm est. *vid. sup. d. n. 4. in cap. 4. sect. 4.* ne dicam, Imperatoris mandato Assessores suffragia promere, & Imperatorem sententiam ex iis prodeuntem suam facere, quemadmodùm & olìm, quod *sup. h. c. sect. 3. n. 2.* annotavi, ut ita Hippolithi argumentum ab Assessorum votis petitum non uno vitio laboret.

IN SECT. VI.

1 Cùm ut antiquitatis, rerũq; præteritarum monumẽta docent, Imperatores olìm in Imperii

perii mediatos imediatosq́; , uti loquimur, ſubditos jurisdictionē ſine diſcrimine exercuerint, adeò ut nō tantùm Caroli IV. ſed & adhuc Friderici III. Imp. ævo, non ex ordinario jure, verùm duntaxàt ex privilegio profectū dicatur, quòd ab Electorum, & quorundam aliorum immediato judicio ſubditos ad ſe avocandi licentia Imperatoribus non competierit, uti documenta *in causâ Donaverdicâ ab autore* Beſtändiger *Information &c. part. 1. ſub num. 12. & 13. edita, junct. A. B. tit. 11.* oſtendunt, alienum videri nemini debet, Conradum III. Imp. certorum Circulorum ſubditis, qui omnes uno Circulo Rotwilenſi, Rotweiliſchen Bezirck/ comprehendi dicun-

cuntur, ordinarium Rotwilense judicium præstituere potuisse, in quo omnes omnium causæ per certas personas â solis Imperatoribus dijudicarentur.

2. Quemadmodùm autèm paulatìm Imperatores magis magisque jurisdictioni suæ leges dixerunt, aut admissis consuetudinibus eam temperârunt, ita hoc quoq; judicium paulatìm â primævâ suâ naturâ deflectere passi sunt, cùm de querelis denegatæ in eo, aut protractæ justitiæ, nullitatis, & similium, supplicationes in aulâ suâ reciperent, multos eodem judicio eximerent, aliquot tamen casibus, sub apellatione Ehehafften / exceptis, ordinaria quoq; alia judicia in toto Rotwilensi Cir-

Circulo haberi permitterent, cum quib⁹ hoc Rotwilense judicium concurreret. Et hodieq; illud cum aliis ita concurrere censetur, ut, etsi solius Imperatoris ordinationi subjaceat, & ipse Imperator in eo jus dicere videatur, quia tamen ab eodem tribunali ad Imperatoris, & quidē hodiè tam ad Camerale, quàm Aulicum judicium appellatio interponitur, istorum, quæ diximus, ordinariorum judiciorum naturam reverà assumpsisse, & imperatorii judicii indolem deposuisse, dicendum sit. In illâ vero huj⁹ temporis usitatâ Rotwilensi ordinatione, atq; vigente sub Cæsareo nomine jurisdictione, si quæ retulimus benè perpēdantur, luculenta veteris juris vestigia deprehendere facilè est,

Imperatorem nimirùm ab inferioribus judiciis causas avocasse, & deniq; jus dicẽdo cum omnibus quondam concurrisse, exclusâ tamen appellatione, cum cõcurrens judicium reverà suum & sum̃um esse vellent. Qualia avocationis, ac concursus jura hodiernis Imperii legibus, atq; moribus, Imperatoriâ licet majestate minimè læsâ, im̃utata reperiuntur. *vid. Limn. de jur. publ. l. ult. c. 2. n. 81. usq; ad n. 104. inclus. jung. d. c. n. 60. & seqq.* Et qui plura de Rotwilensi judicio cognoscere cupierit, consulat Wehner. *pract. jur. obs. lit. R. verb.* Rotweilisch Hoffgericht. *& lit. E. verb.* Ehehafften.

3. Verùm quòd Imperatores Rotwilẽse judiciũ hacten⁹ eam,

quam

quam hodiè obtinet, formam subire permiserunt, nequaquàm indè Imperatoriam majestatẽ, aut peculiariter Jurisdictionem infringi, jam *supr. animadv. gener. num. ult. in fin.* consideravimus, & hîc tantùm ulteriùs excussâ hujus judicii naturâ, supremam Imperatoris jurisdictionem firmari potiùs, quàm vulnerari, cuivis judicandũ relinquere voluimus. Id tandèm subjungim⁹, cum ex adhibito solius Imperatoris nomine, judicium Rotwilense solius Imperatoris esse, Hipp. arguere velit, ejusmodi quoq; argumẽto Cameralẽ jurisdictionẽ soli Imperatori asserere ipsum debuisse. Nam etsi raro admodùm Camera simul Imperatoris & Imperii (quâ tamẽ voce Hipp. Ordines falsò intelligit)

judicium nominetur, Hippolithum tamen ſcire oportuit, frequentem eum eſſe ſermonem, quo judicium Rotwilenſe pariter Imperatoris & Imperii judicium dicitur, uti vel è ſolo Maximiliani I. diplomate, in quo plus decies ita appellatur, obſervare licet, apud Limn. *de jur publ. libr. ult. cap. 3. num. 9.* Quinimò in eodem diplomate Judices Rotwilenſes Imperatori & Imperio juramentum præſtare referuntur; & ordinationes, leges, &c. iſtius judicii Imperatoris & Imperii ordinationes, leges, &c. nuncupantur. In vetuſtâ itèm ipſius Conradi ordinatione, quam ex Goldaſto Limnæus *eod. cap. n. 6.* laudat, ſicuti & in noviſſimâ Oſn. pacificatione,

tione, ſimpliciter judicium Rot-
wilenſe Imperii vocatur. Wehnerus etiàm ſibi opponit, quòd alicubi verba habent: das Hoffgericht uñ Hoffrichter Ampt zu Rotweil von uns (Imperatore) und dem Heil. Reich zu Lehen rührt/ *pract. jur. observ. lit. R. d. verb.* Rotweilisch Hoffgericht. Si hæc toties (plura, licèt facilè occurrerent, inquirere operæ pretium non duxi) de Camerâ pronunciata Hipp. legiſſet, Imperatori vix quicquam in eâ juris tribuiſſet, ego tamen, etſi largiar Hippolitho, talia non obſtare, quo minus judicium Rotwilenſe ſolius Cæſaris ſit, ac dicatur, adducere hæc volui, ut quo ruat Hippolithus, quando vocabulis inhæret, cuilibet obviũ fieret.

Ge-

Generalis conclusio, quam huic sectioni subnectit, iis quæ hoc toto capite commentati sumus, refellitur.

IN SECT. VII.

I.

SIcuti positis Hippolithi principiis, deductâ indè ratione, dicendum videbatur, Imperatorem in supremæ justitiæ administratione cum Camera haud cõcurrere, sic hactenus illis dejectis, inversâ ratione statuendum est, Camerã in omniũ causarũ, quas demandatas habet, jurisdictione cum Aulâ Imperatoris concurrere, quemadmodùm hoc *supr. num. 1. in sect. 1. h. capit.* ponderavi. Ex nostris etiàm principiis animadvertere est, quando hunc jurisdictionis concursum admit-

admittimus, ideò quod Cameræ jurisdictio cum Ordinum cõsensu ordinatur, vel quod in Comitiis quoq; jus dicere Imperator potest, propterea perperàm doceri, non solùm Imperatorem, (rectiùs, Imperatoris Aulam, quod & ab aliis admonitum est) sed Ordines quoque, & ita juxta Hipp. sententiam, totum Imperium cum Camerâ concurrere. Eadem commonstrant, inscitiæ ab Hippolitho, socordiæ, negligentiæ, & siquid durius, imeritò insimulari Principes, qui post constitutam quoque Cameram Aulæ Cæsareæ jurisdictionem agnoverunt; & quamvis alicubi vana non sit, sed nimiùm vera Cominæi querela, eam tamen huc non quadrare,

drare, affirmare audeo, quantumcunq; me Hipp. in jure Imperii noſtri publico pro hoſpite habiturus ſit. Atq; cum tantùm noſtris principiis hìc inſiſtamus, aliorum quidèm probationes, quibus hujusmodi concurſum aſſerunt, tuendas non ſuſcepimus, quia tamen Hippolithus in cujusdam â Maximiliano I. editi reſcripti, & textuum *R. I. ann. 1512. ac Paſſav. transact.* explicatione ſibi videtur placere, eam jam tàm exercitii, (quo ſolo gravis adeò controverſia ab Hippolitho, ſi veritati cedere voluit, non erat exagitanda) quàm veritatis ilustrandæ gratiâ paucis ſcrutabimur, poſtquàm eam contradictionem, quâ Ordines, interrupto Camerali judicio,

Maximiliani Imp. propositum exceperint, nostræ sententiæ nõ objiciendam ostenderimus.

2. Et quidèm intercessionem â cæteris Electoribus an. 1502. pro Coloniensi Electore Imperatori insinuatam (*apud Donav. autorẽ* Beständiger *Information &c. part. 1. sub n. 14.*) concursum Imperatoriæ Aulæ, & Cameræ non impugnare, sed ad jus Austregarũ, quod dicitur, defendendũ pertinere, ex contextu, & illo ipso autore liquet. Alterum autẽ documentum, quod inprimis Hippolithus, *hîc*, quemadmodùm *h. c. sect. 4.* respicit, & reperitur apud eund. aut. *part. 1. sub. n. 24.* non de Aulici judicii jurisdictione loquitur, sed querelã Deputatorum profert, quòd absq; consensu Ordinum, & legibus inso-

litis, & præcipuè quidem intra sexennium, quod ann. 1500. Camerali judicio Norinbergæ habendo præstitutum fuerat, novum Camerale judicium Ratisbonæ formare Imperator voluerit: cujusmodi querela, etsi de eâ quid sentiam nunc non edissero, id tamen minimè probat, quod Hippolithus hîc intendit.

3. Conjecturis dehinc admodũ fragilib⁹ interpretatur Maximiliani Imp. rescriptum, quod integrum extat apud Antoniũ Benbellonã de Godentiis, *comment. ad pragm. const. de pace relig. part. 2. c. 15. mihi p. 169. & seq.* cuj⁹ etiàm literulas qui Hippolithus captat, verba, quæ quidèm ad rem faciunt, adducenda sunt, uti in ipso Benbellonæ commentario scri-

 pta

pta reperiuntur: Sich gebühr-lichen Rechtens für Unser/oder Unsern und des Heil. Reichs Cammerrichtern / als seinen ordentlichen Gericht/und dar-zu wir sein gewaltig vñ mäch-tig von ime (nempè, Philip-pen Graffen zu Viernberg) begnügen zu lassen. Mirum vi-deri nemini debet, isto, quo hæc scripta sunt, tempore, etsi jam duplex esset Cæsaris, Aulicum nimirum, & Camerale judici-um, utrumq́; tamen aliquando voce notiori, generaliter, & ex antiquo usu Camerale appella-tum, ac utriusq́; judices dictos fuisse Camerales, nihilominus Imperator adductis verbis, ne promiscuâ istâ appellatione ju-dicia diversa confunderet, stu-dio

dio ita loquitur: für unser/ (Aulico) oder unsern und des Heil. Reichs (Camerali sic in speciè dicto Judice, non quòd Aulicum judicium non sit, & vocetur Imperii judicium, sed quia Camerale judicium in speciè dictum non sequatur Cæsaris palatium sive aulam, verùm ab aulâ separatum in Imperii certo loco sedem habeat) Cammerrichtern. Hîc verò particulam, oder/ corrigendi ergò adjectam Hippolitho pro autoritate conjicienti haud assentimus, sed vulgatissimum, & proprium hujus particulæ usum retinemus, usq; dum ratione nos convicerit. Nam illud â proprietate vocabuli recedere non jubet, quòd hîc verbum, Gericht / singulari quasi

 nume-

numero effertur. Non tantùm n. ejusmodi locutio indè defenditur, quod in utroq; judicio unius ejusdemq; Cæsaris versatur jurisdictio, sed etiam quòd regularis sit constructionis, rei singulari propiori singularē numerū adhiberi, qui tamen vi interpositæ cōjunctionis (quæ hîc est particula, oder) rei remotiori similiter applicari debeat. Quin etiā nōdum constat, verbū Gericht/ singulariter hîc proferri. Ex istius enim ætatis diplomatib⁹ orthographiam frustrà quis aucupatur, & vel ex hoc ipso Maximiliani Imp. rescripto cernere licet, ultimas literas, ut, e, n, en, &c. sæpe omissas fuisse, quando scribitur, glaublich abschrifft/ Gnad/ unser befehlche/ bey straff/ Rent Zinß/ Zehent/ in Arrest leget &c.

ac quemadmodum in allegatis verbis, unſer/& unſern/ indifferenter proferuntur, ſic à verò nõ abſimile eſt, gericht / hic idem poſſe ſignificare, quod, gerichtē; præſertim cum verba non habeant, ut vult Hippolithus, ſeinem ordentlichem Gericht/ verùm, ſeinen ordentlichē gericht: imò, cum vocabulum, Cammerrichtern/præcedat, cur Hippolithus adeò verbis, non ſenſui intentus, legendum haud judicat, ſeinē ordentlichen Richtern? & ego, ſi ſuperſtioſæ verborum explicationi indulgere vellē, meliori ratione colligerem, per pluralem numerum, Cam̃errichtern/ diversa judicia ſignificari, cum propriè unius judicii in Imperio unus tantum̃odo, eodē tempore, dicatur judex,

4. In

4. In R. I. *ann. 1512.* §. Zum dritten / nachdem. res plana est, si attendatur, Cæsaris aulicum judicium ibi vocabulo adhuc usitato Cameræ judicium nuncupari, sicuti id eâ præsertìm ætate fieri, *num. præc.* vidimus. Imperator in Aulâ suâ causas, quæcunq; inciderint, celerrimè expediri optat. Id verò succedere putat, si vel amicâ transactione, (mit Freundschafften ableinen/ vel, vertragen) vel extraordinario â partibus ipsis approbato & brevis temporis & minorũ sumptuũ processu (mit gutem willen richten / auch ausserhalb des Cammergerichts vertragen) causæ ibidẽ pendentes componantur. Sin partes hoc consiliũ sequi noluerint, causæ ordinario

rio

rio Aulæ processui relinquuntur, ultimis inter cætera verbis: doch soll kein Parthey dadurch &c. adeò ut Hippolitho hæc clausula supervacanea videri non debeat. Quòd verò existimat, in dicto textu de judiciali cognitione verbum nullum extare, textum ipsum inspicientibus vix probabitur. Illa enim: mit Freundschafftē/und gutem willen in der erst/ableinen und richtē/ auch ausserhalb des Cammergerichts vertragen: in der erste gütlich und freundlich niederzu legen: quid sibi aliud volunt, quàm si prior iste conatus in Aulâ Cæsaris non successerit, ad ejusdem Aulæ ordinarium Cameræ judicium recurrendum esse? quod verba, in der erst/

clarè innuunt, ubi namq́; prioris &posterioris distinctio fit, necessariò posterior actus priorem, juris saltem potestate, subsequi intelligitur. Si igitur prior est, extra Cameræ judicium causæ compositionem tentare, posterior necessariò erit in Cameræ judicio causam decidere. Si verò posterior actus non in Aulæ, sed speciali ab aulâ remoto Cameræ judicio necessariò perficiendus esset, unicus actus malè pro priori in Aulâ haberetur, in speciali etiam Camerâ itidem unicus actus posterioris naturam non retineret, atq́ue ita textui verba, in der erst / & iterata quidem, absurdè inserta essent, ut vel hinc quoq́; per vocem, Cammergericht / Aulæ judicium accipi-

cipiendum esse, facilè appareat. Textu sic explicato, Hippolithi interpretatio, ultrò evanescit. Et quoniam ipsi Hippolitho suboluit, hunc & similes textus de judiciali etiàm cognitione agere, id tandèm ad compromissum, aut jurisdictionis prorogationem restringit. Sed in nostro textu extraordinarium aliquem processum, verbis, mit gutem willen in der erst richten/ auch ausserhalb des Cammergerichts vertragen / ita ob ordinario aulicæ Cameræ processu discerni jam ostendimus, ut hic processus, etiamsi facto partium impediatur, juris saltèm potestate, illum â partibus rejectum subsequi necessariò intelligendus sit.

5. Undè porrò liquet, Cæsarem quidèm, ejusve Consiliarios, antequam in ordinario Aulæ judicio causæ ventilentur, arbitrium earum â partibus oblatum non modò non subterfugere, sed & hujusmodi quid, inter cætera, ab ipso Imperatore tanquàm beneficium promitti, verùm malè nihilominùs Cæsarem, ut alium quemvis, ex compromisso adiri Hippolithus statuit. Eum enìm etiàm ita non tanquàm nudum arbitrum laudum pronunciare, sed potiùs velut Judicem sententiam dicere, hinc manifestum est, quod admissâ hujusmodi aulici judicii cognitione, eidem ipsa executio nunquàm denegata fuerit, quæ utiq;, si Imperator in Aulâ

la tantùm arbiter esset, soli Cameræ competeret, ut quæ immediatas Imperii causas, de quibus loquimur, ordinario processu sola, sentiente Hippolitho, dijudicat.

6. Sui verò oblitus est Hippolithus, aut Legistas, quos vocat, & severo supercilio contemnit, non consuluit, quando per jurisdictionis prorogationem Cæsarem causarum legitimum judicem fieri dicit. Considerat enim Imperatorem vel inter Ordines, ut Principem Imperii, vel ut Imperatorem. Si ut Principem Imperii, sententia ejus nullam habebit efficaciam in eâ causâ, cujus decisæ executio non ad quenquam Ordinũ, sed Imperatorem, vel, ex mente Hip-

te Hippolithi ad Imperatorē & omnes Ordines pertinet, quali casu jurisdictionis prorogationi planè nec locum esse, constat. *vid. Paurm. de jurisdict. libr. 2. cap. 27. numer. 31. 37. & seq. inprimis num. 42. quem in hâc materiâ sequitur Bachov. ut alibi, ita comment. in prim. part. Pandect. libr. 2. tract. meth. de jurisd. tit. de jurisdictione prorogatâ, & quidèm quæ h. tit. num. 2. tradit, huc maximè faciunt:* quamvis his omnibus non opus sit, cum Hippolithus negare nequeat, se hîc de Imperatore, quà Imperatore, non quà Imperii Principe, differere. Quoniam autèm de illo, quà Imperatore, loquitur, explicet, quæso, quâ ratione, quem jurisdictionem Imperii ne quidèm

dèm mandatam habere docet, jurisdictionis prorogatæ capacem statuat, cum quæ non adest jurisdictio, per rerum naturam prorogari non possit; atque si circa fractæ pacis publicæ negotium mandatam jurisdictionem (omnium enim, præter regales, causarum Imperii jurisdictionem, sed mandatam Imperatores quondàm solos exercuisse, suprà tradere voluit.) Imperatori relictam putaret, contra communem saniorum juris interpretum doctrinam, mandatam non universatis, sed singularis causæ jurisdictionem prorogatæ jurisdictioni locũ facere perperàm sentiret. Quinimò cùm, ne in aula

Cæsa-

Cæsareâ, verùm certo alio, fixoque Imperii loco Imperii jurisdictio exerceatur, non quarundam partium, at omnium Imperii subditorum, totiusq; Imperii favorem concernere, Hippolithus haud dubiè censeat, non potest, salvis his & similibus suis principiis, prorogatam jurisdictionem Imperatori tribuere, per tradita â Gaill, *libr. 1. pract. observ. 40.* Rectiùs igitur nobiscum, misso hoc prorogatæ jurisdictionis figmento, ordinariam jurisdictionem in Aulâ quoque Imperatori non invidebit.

7. Quod deniq; ad transactionem Passav. attinet, inprimis notandum est, in §. Demnach soll die Erledigung. per Cæsaris aulicum Consilium, der Käys. Mayest.

Mayest. Hoffraht/hic non tantùm aulæ Cæsareæ judicium, quod & peculiariter dicitur, des Reichs Hoffraht / (vide tamen quæ infrà scribimus *in part. 2. c. 5. sect. 1. num. 2. seu ult.*) sed aulæ quoque Cæsareæ, seu Cæsaris Consilium secretum, der Kayserl. geheime Rath / quemadmodũ hodiè vocatur, designari, cum etiã de cõmunib⁹ Ordinũ negotiis, der Stände gemeinen Sachen/ in aulico illo Consilio deliberationes institui dicantur, qualia in aulico judicio non tractari, satis liquet. Ad communia autèm Ordinum negotia referendum est verbum, berahtschlagen / nempè in Consilio secreto, aut etiàm, si ipsa negotia non nimiùm secreta, in Consilio isto,

rum, *Matthiæ*, §. Wir wollen uñ sollen auch allen. *& seq. Ferdinandi II.* §. Wir sollen und wollen. *39. & seq. atq; hodiè gloriosè regnantis Ferdinandi* III. §. Wir sollen und wollen. *43. & seq.* abundè astipulantur, ibidemq́; istius §. transact. Passav. materia ita dilucidatur, ut de indistinctâ Aulæ Cæsareæ jurisdictione ampliùs non dubitandum sit. Quibus novissima Osnabr. pacis constitutio *cap. 5. num. ult.* accedit. Et quoniàm res universos Ordines concernentes, ideò quòd duntaxàt vocabulum berahtschlagen/ ad eas referendum est, in d. transactione Passav. in Aulico consilio terminandæ haud statuuntur, absolutam indè Monarchiam non induci, nec

nec Comitiorum jura, avitamq; libertatem, quod metuit Hippolithus, perverti, in propatulo est. Omnia quippè Imperii negotia, de quibus in Comitiis non modò deliberatur, sed quæ etiam ibi deciduntur, quod Imperator, etsi in aulico secreto Consilio, aut, si non adeò secretæ habeantur deliberationes, in Consilio Reichs Hoffraht in specie dicto, & quidèm extra judicium, uti jam monuimus, ea definire non debeat, in iisdem tamen, firmioris considerationis, celerioris expeditionis, suæ itèm tuendæ majestatis causâ consultationi subjicit, Imperii juribus præjudicium nullum creat. Et hactenùs quidèm, quàm feliciter Hippolithus *h. sect.* argumenta ea oppugnaverit, quibus Au-

lici, & Cameralis judicii concursum Cæsarei communiter defendunt, quia & rationem, quam sequor, afficere videbatur, detegere volui, quamvis quod initio monui, argumenta aliorum mea non faciam. Id profiteor, me non inani Imperatorii nominis splendore deceptum, ut putabit Hippolithus, sed rei evidentiâ compulsum, soli Imperatori quemadmodùm majestatem, sic supremam Imperii jurisdictionem, salvâ Ordinum illustri libertate, quâ cum Cæsareâ Majestate nihil antiquiùs habeo, adscripsisse.

IN CAP. XI.

De Proscriptione, seu Banno Imperiali.

IN

SECT. I.

1. CUm, ut *c. praeced.* vidimus, ſuprema Imperii jurisdictio ſolius Imperatoris propria ſit, jurisdictione verò non tantùm ſententiæ dicendæ, ſed & exequendæ poteſtas comprehendatur, rurſus proſcriptionis (quæ exequendi modus eſt) irrogãdæ poteſtas ad executionis poteſtatẽ referenda ſit, hinc Banni quoq; ſeu proſcriptionis Imperii infligendæ poteſtatem propriè ſolius Imperatoris eſſe, & quoniam non in Camerâ modò, verum etiam in Aulâ haud illicitè, uti probavimus, jus dicit, in hâc quoque Cæſarem proſcribendi jus habere, neceſſariò conſequitur, id quod non ad cauſas ſolum fractæ pacis, ſimili-

um-

umq́ue delictorum cum Hippotho restringendum esse, sed & ad contrumaciam circa reliquas omnes causas cõmissam, pertinere, ea ostendunt, quibus indistinctè ab Imperatore causas, etiàm quę mãdatæ Camerali jurisdictioni non subjacent, in Aulâ dijudicari posse docuim⁹. Enimverò cùm frequenter ipse Hippolithus argumentari soleat, cui majus concessum sit, ei min⁹ cõcessum videri, rationem ab Hippolitho desiderio, cur, quod in fractæ pacis, similiq; magni momenti materiâ proscribendi jus Aulico judicio tribuit, circa multas minoris negotii causas denegei? Cùm itẽ in gravissimâ fractę pacis causâ, licèt Camera Bannum Imperii decernat, ad absolutio-

lutionem, nolente Imperatore, procedere non possit, *Ord. Cam. part. 2. tit. 18. in fin.* quemadmodùm in genere executionem ab Imperatore dependere diximus, *supr. n. 5. in cap. praeced. sect. 5.* sicut jurisdictionem, ita ipsum Banni negotium Cameræ demandatum, & propriè Imperatoris esse, dubitari haud debet.

2. Cæterùm quod Imperator juxta executionis Ordinationẽ Bannum Imperii exerceat, majestatem ejus non lædit, veluti *d. num. 5.* de executione generaliter monuimus; ipsa potiùs Ordinatio, *d. part. 2. Ord. Cam. tit. 18. in fin.* suprema Banni jura Imperatori asserit. Indè etiàm est, quòd Ordines sæpè hìc, præter Ordinationis executionẽ, non-

nulla

nulla, quorum *in fin. h. sect.* ipſe Hipp. meminit, Imperatoris nudo arbitrio relicta voluerint.

3. Quia verò certum eſt, non modò cùm fractæ pacis, aliusvé delicti, cauſa proceſſum aliquē, & declarationem requirit, ſed etiàm quando ob crimen notorium ex ipſis Imperii Conſtitutionibus Banni declarationi jam ſubjacet, in Aula Imperatoris non minùs, quàm in Camerâ executionis negotium tractari poſſe, quod tot Imperii Conſtitutiones ubiq; ſine hoc diſcrimine loquentes clarè probant, & ipſe Hippolithus fatetur, Banni executionem neutro (utroque ergò juxta executionis Ordinationem rectè Imperator, ſc in Aulâ, Bannum exequitur) caſu

pro Imperatoris libidine fieri posse dicens, non video, quid moverit Hippolithum, ut considerationε delicti notorii, & nō notorii, quæ planè scopum dissertationis non ferit, adeò solicitè evagaretur, nisi quod circa Fe lectoris Palatini, & Ducum Megapolensium res indigandi ansam habere cupierit, â quibus ego tantò libentius tempero, quantò magis earum recordationem ad præsens propositum nihil conferre reperio. Ut tamen meam, absque aliquo particularium litium respectu, de istiusmodi delictorum proscriptionem merētium differentiâ, sententiam promam, eorum delictorum alia notoria dico, alia nō notoria. Hæc ea esse arbitror,

quæ

quæ & processum summarium, & sententiam declaratoriam, ut nuncupant, cum denunciatione, ante executionẽ requirunt, quando non modò in singulis ferè pacis publicæ Ordinationibus citationis edendæ mentio fit, vorhergehender Citation oder Fürheischung/ (quò pertinet, quod dicitur, so sie ordentlicher weis darin gefallẽ seyn mit Recht erkennt und erklärt werden/ Käys. Landfr. *ann. 1548. tit.* von *Execution* der Acht/ *&c. R. I. a. 1555.* § Uñ nachdem zu erhaltung.) sed & indè â Carolo V. in Capitulationib⁹ Imperatores omnes promittunt, se curaturos, ne absque debito processu, qui inibi vocatur, ordentlicher Proceß/ Banno quis puniatur. Notoria

iterum, meâ opinione, sunt vel in genere, vel nominatìm prohibita. Illa solam declaratoriam atq; denunciationem, & postea executionẽ postulare videntur, id quod ex §. Wir sollen und wollen auch. *30. Capitul. hodiè gloriosè imperantis Cæsaris Ferd. III.* inprimis colligitur, *verb.* Were es aber Sach / daß die That an sich selbsten gantz notori und offenbar/der Friedenbrecher auch in seinem verbrechen beharlich uñ thätlich fortführe / ob wol es dann nicht eben eines sonderbaren Proceß von nöthen/ so wollen wir jedoch auch in diesem fall mit Zuziehung &c. ehe und zuvor wir zu der wircklichẽ Achts Erklärung schreiten/ communiciren und verfahren.

Ubi

Ubi advertendum, hoc casu Imperatoris declarationem, wirckliche Achts Erklärung / dici ad differentiam ejus declarationis, quæ jam in ipsis Imperii Constitutionibus facta est, *Ord. Camer. part. 2. tit. 9.* §. So Jemands. *ibi*: Den oder die wir auch / wo solche *&c cum text. similib.* In h. §. Ord. Cam. simul etiàm distinctio, quâ dicta crimina in notoria, & non notoria dispescuntur, fundata est. Notoria verò nominatìm prohibitâ non nisi executionem desiderant, per textus ab Hipp. *h sect.* §. *Aut enim notorium. &* §. *seq.* adductos, quorum tamen generalis *in* Handhab. des Friedens / *&c. ann. 1495. tit. penult.* è cæteris restringendus est. Quali doctrinâ hanc materiam, alio-

qui satis obscuram, dilucidari posse existimo.

IN SECT. II.

I.

QUemadmodùm indè quod de regalibus causis peculiare aliquod Principum tribunal in Imperio non vigeat, sed Imperator quasvis etiàm regales causas in ordinario suo Aulico judicio dirimere justè possit, *juxta not in c. praeced. sect. 2. num. ult.* illustres Principum causas nõ nisi Principum votis decidi debere, sine fundamento existimatum conclusimus, *d. c. sect. 3. num. 1.* ita indidèm hìc inferimus, in hujusmodi quoq; causis Principes ad Banni jus exercendum non necessariò adhibendos esse, praesertìm cùm omnium Imperatorum

rum Capitulationes (de Dn. Imp. Ferdinandi III. Capitulatione inferiùs dicam) non tantùm hoc non requirãt, ſed & ad Imp. Receſſus, & Cameræ Ordinationem, ubi altum hâc de re ſilentium, ſe referentes, maioris minorisq́; dignitatis differentiã, quod ad Banno puniendos, expreſsè rejiciant, §. **Wir ſollen und wollen auch fürkommen.** ſicut & ipſa Cameræ Ordinatio rejicit, *d.* §. **So jemands.** *part. 2. tit. 9.*

2. Exemplis adeò largè adductis quid Hippolithus proficiat, & ab Hiſtoricis uſurpata, *judicii, ſententiæ, decreti, edicti, Senatusconſulti, Conſilii, &c.* verba & vocabula quàm malè captet, ea quæ *num. 2. in d. cap. praeced. ſect. 3.* ſcripſi, abundè demonſtrant, ut

hîc ſimili operâ ſuperſedere liceat; brevibus tamen, quomodò hâc etiam ſectione in exemplis allegandis antiquum obtinuerit, exponere non gravabor.

3. Ex Hermanno Contracto, ad ann. 1053. non conſtat, an Henricus Sanctus Imp. Conradum Principum votis Ducatu privaverit. Non tantùm enim Hiſtorici interpunctiones Hippolith⁹ loco movit, (verba ita diſtincta ſunt: *Conradum Bajoariæ Ducem, cui jam priùs infenſus erat, incuſatum quorundam Principum judicio, Ducatu privavit*, ubi *alicujus judicio incuſari* hîc ſignificare videtur, *ab aliquo in judicio accuſari*) verùm etiam, inconſultis Principibus, Conradum Ducatu privatum

vatum esse, ideò arbitramur, quòd quo tempore Imperator Conradum ita puniverit, *regni tàm primores, quàm inferiores, contra Imperatorem magis magisq; mussitâsse*, idem Historicus (sequenti, quo hæc acta sunt, anno mortuus) testatur. Henricum IV. Imperatorem de Ottone Duce condemnando, cum Principibus quibusdam egisse non nego, hos autèm, quos Ottoni infensos sciebat non necessariò, sed ad avertendam suspicionem iniquitatis adhibitos fuisse, verisimile fit, quia plerique Principes Othonis causæ favebant, eorumq; suffragia non audiebantur, *Lamb. Schafnab. de reb. gest. Germ. ad ann. 1070.* Apud Nauclerum etiàm, *Chron. vol. 3. gen.*

36. ad ann. 1071. verba, *per sententiam Saxonum*, non invenio. Cæterùm Monachus Herveldẽsis, sive Hisfeldensis ἀνώνυμος appellatus est, cùm nondùm Lamberti nomine notus esset, nunc ita non appellandus, hinc quia unus idemq; scriptor ejusdem operis est, ab Hippolitho Monachus Herveldensis Lambertum Schafnaburgẽsem, idem eundẽ, sequi incom̃odè dicitur. Hoc itidèm obiter moneo, Nauclerum non referre, veluti Hippolithus affirmat, quòd Henricus Superbus â Conrado Ducatib9 Herbipoli privat9 sit, sed hoc Goslariæ factũ esse, cum cæteris consentire. Ut Henrici Leonis maximi momenti causa suffragiis Principum ventilaretur, ipsius Friderici I.

ci I. Imp. non parùm intererat: quomodò autèm id intelligendum sit, quod ſententia ab Hiſtoricis aliquando Principib⁹ attributa videatur, alibi explicavi, & ſententiam propriè ab Imperatore dependere, ſicuti pariter aliàs probavi, ita, ſi ex hiſtoricorum vocabulis jura erui poſſunt, Arnoldus Abb. Lub. *in derelict. Helmoldi ſupplem. Chron. Slav. lib. 2. cap 29.* non obſcurè commonſtrat, quando, poſtquàm Principes ut Henricus Leo proſcriberetur juſtum duxerint, Imperatorem, *confirmatâ* (Principũ) *ſentẽtiâ, id fieri adjudicaviſſe* ſcribit. Crantzius verò, licèt propè verbo tenùs Arnoldo inhærere ſoleat, nimiũ tamẽ ab eodẽ deflectit, (quod propoſito ſuo Hippoli-

thus aptare cupit) cùm, *Non potuit*, inquit, *Imperator sine Principum assensu reponere, quem* (Henricum Leonem) *omnium consensu destituit, Sax. l. 6. c. 43. in fin.* Longè aliter Arnold⁹, (quem Hipp. pro hâc opinione perperàm laudat) *d. libr. 2. câp. ult. ferè in fin.* ubi tradit, Imperatorem *ad statum pristini honoris ad præsens propter jusjurandum* Henricum Leonem *restituere non potuisse*, absq; consensu nimirum Principum; jure jurando igitur non præstito, potuisset. *Deniq;*, (quæ particula pro conjunctione causali, *Nam*, vel *Etenim*, posita est) subjungit Arnoldus, *cum omnes Principes ad dejectionē ipsius* (Henrici) *aspirarent, juravit eis Imperator per thronum regni sui, nunquàm*

se

se eum in gradum pristinum restauraturum, nisi id fieret in beneplacito omnium. Sed quantum Hippolitho in Historicis allegationibus tribuendum sit, indicâsse sufficit, ut hæc & similia ulteriùs persequi, nihil referat. Nam Imperatores quondam in Comitiis plerumq;, & consessu Principum, ac ubicunque commorarentur, jus dixisse, haud inficior, sic tamen ut singulæ exemplorum circumstantiæ necessitati non fuerint subjectæ: tùm hodiè inprimìs, quòd Principũ regales causæ, ne Cameræ quidèm mandatæ, in Aulâ meritò tractantur, *juxta not. in cap. præced. d. sect. 2. num. ult.* Banni jus antiquitatis documentis non metiendum censeo, ne cætera

repetam, quibus jus aliquod ex istiusmodi exemplis, & histori- corum verbis haud deducendũ dixi, *d. num. 2. in cap. præc. sect. 3.* Ut tantùm uno exemplo par pari hic referam, Hippolithum recordari velim, de Caroli Magni integrâ majestate se ubique magnificè sentire. Hoc verò reprehensione dignum sit, aut Hippolith. talia Historicorum verba captare desinat oportet, cum Autor (*qui Albinus, Caroli Mag. quondàm Astronomus, cujus mentionem Eginhartus facit, fuisse creditur*) annal. Pipini, Carol. M. & Ludovic. *ad ann. 788.* de Tassilone Bajoariæ Duce scribat, quòd *cùm generalem populi sui rex* (Carolus Magn.) *fieri decrevisset conventum, ac Tassilonem*

nem

nem ducem in eodem adesse jussisset, noxa convictus, (Tassilo) *uno omnium assensu, læsæ maiestatis reus capitali sententiâ damnatus sit, sed clementia regis, licet morti addictum, liberare curaverit.* Hìc, si verbis inhæserimus, conventus sententiam dixit, â quo Rex pro Tassilone gratiam impetrare solicitus fuit. De eodem Tassilone, Regino, *Chron. libr. 2. ad eund. ann. Ab omnibus*, refert, *dijudicatus est ad mortem. Et cùm omnes capitalem sententiam proclamarent, Rex misericordiâ motus, eò quod consanguineus ejus esset, obtinuit ab ipsis dictisque* (pro hoc verbo editio Francof. ann. 1583. habet, *Dei &*) *suis fidelibus, ne moreretur.* Est nihilominùs non contemnenda

da eorum ſententia, qui conſultius putant, uti aliquando, citra juris neceſſitatem, in prægnanti causâ, de infligendâ proſcriptionis pœnâ cum Principibus, aut Ordinibus deliberatio inſtituta fuerit, ita id adhuc fieri; quamvis ad hoc conſilium quemque (quid nì Imperatores?) ratio ducat, ubi præſertìm peculiaris alia juſta ratio non ſubeſt. Et odioſa iterùm affectat Hippol. quando Electorem Saxoniç contra propriam conteſtationem transactione Pragenſi Palatinâ proſcriptionem approbâſſe ſcribit. Meum quidèm non eſt judicare, quo jure hæc proſcriptio facta ſit, attamen Electorem Saxoniæ ſuam de eâ opinionem dictâ transactione retractâſſe, non

non reperio. Tantùm enim refertur *in d. Pac. Pragens.* §. In der Pfältzischen Sach. quibus rationibus Cæsarea Majestas ducta Electoris Saxon. petito: Haben die Churfürstl. D. zu Sachßen instendig darauff gedrungen/ das dieselbe (Pfältzische Sache) so wol in puncto der Chur Würde/als der Landen/gäntzlich und zu grunde möchte beygelegt und vertragen werden: assentiri noluerit, & quod Elector Sax. pro Palatino impensè, at incassùm laboraverit, J. Käyß. M. von Ihrer Resolution, wie starcke und eifferig auch Churf. D. zu Sachsen sich darumb bemühet/nit weichen wollen. Pacem igitur Elector Sax. suis ex causis iniit, non ut circa

pro-

proſcriptionem Palatinam in Imperatoris rationes, & ſententiam iret. Autor etiam juſtitiæ Cæſareæ &c. noſtrum patrocinium non requiret, nec quod â nobis non defendatur, ſententię noſtræ oberit; inſpiciat ipſum, qui voluerit, & levicula ab Hippolitho carpta, at multa majoris ponderis quaſi lambendo, aut planè præterita inveniet.

4. Non ratione ſolùm *ſup. n. 1.* adductâ, ſed indiſtinctis quoque Capitulationũ Imperatoriarũ, & ordinationis Cameralis verbis, Imperatori Banni etiam Principib⁹ infligendi in ordinario aulico judicio jus eſſe, ſatis probatum arbitramur. Eæ verò Capitulationes, atq; Cameralis Ordinatio, nùm Matthiæ, & Ferdi-

Ferdinandi II. Impp. Capitulationibus, quod ad Principum, similiumq; illustres causas, limitentur, §. Wir (*Imp. Matth.*) wollẽ und sollen auch. *vel*, Wir (*Imp. Ferd. II.*) sollen und wollen auch. *ibi:* Zu wichtigen Sachen/(In wichtigstẽ Sachen/ *Cap. Ferd. II.* §. 39.) so das Reich betreffen / bald anfangs der Churfürsten Rahts und bedenckens uns gebrauchẽ: inter Imperatorem, & Principes Electores nõ convenisse, notius est, quàm ut moneri debeat. Relictâ disputatione, quæ privatos vix decet, Imperator, an Electores Capitulationũ cõventarũ interpretes videantur? in obscuris, & cũ res maximi momẽti (ibi in primis, ubi materiæ, de quâ quæritur, sedes est, & minoris mẽtio haud

haud deeſt) non exprimitur, pro Imperatoris ordinario & regulari jure, quod demonſtravim⁹, an pro Electoribus, aut Ordinibus præſumendum ſit? ratio Principum Electorum ex d. verſic. Zu wichtigen Sachen. contra Imperatorem dubitandi, an quæ, exſtat apud Londorp *act. publ. tom. 1. libr. 6. mihi in edit noviſs. cap. 330. pag. 383.* §. Wiewol auch zwar. ad quam Hippolithus omninò nihil regerit, pro Imperatore decidendi ratio melior ſit? id certè palàm eſt, ex meris contradictionibus propoſitæ quæſtionis deciſionem ab Hippolitho abſurdè peti.

5. Tertio Hipp. Principum Bannum ab Imperatore in ordinario aulico judicio injuſtè decerni pu-

ni putat, quia eidem absq; Ordinum, saltèm Electorum, consensu arma Imperii nomine movere non liceat, *Capitt. Cæs* §. Wir sollen und wollen uns. Sed Hippolithus aut seipsum, aut Everhardum non intellexit, quando *tùm demùm destructo cōsequenti antecedens destrui* fatetur, *cùm consequens necessariò sequitur ad antecedens*, ut magis secundùm artem Logicam hoc efferamus, cùm antecedens quicquam non per accidens, sed per se consequitur. Id verò per accidens (nimirùm pervicaciam banniti, qui justitiæ administrationi resistit) fieri, quòd pro exequendo Banno ad arma perveniatur, vix quisquam negabit. Quin refractarios aliquando ob

cœptam

cœptam ſolùm cauſæ cognitionem turbas ciére dubium non eſt, & tamen propterea ordinarium juſtitiæ curſum deſerendũ nemo cenſet. Largiemur autẽ, in Banni materiâ etiàm propter tumultus & belli metum conſenſu Ordinum opus eſſe, ſupervacuâ curâ is in ſententiæ dictione, aut executione requiretur, qui circa Imperii Conſtitutiones de toto Banni proceſſù, ejusq́ue certo ac præſcripto exequèndi modo, (qui armorum tractandorum jus apertè comprehendit) in Comitiis jam adhibitus eſt.

6. Quartum Hipp. argumentum fundamento, quod jam deſtruximꝰ, nititur, ideoq́; ultrò labat. Quinta â Gallorum, & Polonorum

norum moribus petita ratio, tãtò minùs Imperio noſtro accõmodanda eſt, quantò in eodem proſcriptionis decernẽdæ & exequẽdæ ordinatio, cum Ordinũ conſenſu facta, certior extat.

7. Si tamen Imperatores in dijudicandis Principum, & aliorũ cauſis, Banniq́ue ſententiâ pronunciandâ, & exequẽdâ, ad ſpecialem & peculiarem aut omnium Ordinum, aut Electorum conſenſum abundanti lege ſe aſtrinxerint, majeſtatem, nihilominùs ſalvam retinere, ea docent, quæ *ſup. num. 13. & ſeq. in cap. 1.* notavimus, *junct. ſupr. num. 4. in ſect. 4. c. 4. & n. 3 & ſeq. animadv. gen. in c. præc. 10.* Undè mirum videri nemini debet, hodiè laudabiliter imperantem

Dn,

Dn Ferdinandum III. admisisse, ut Capitulationi consensus Principum Electorum in Banni declaratione adhibendi necessitas insereretur, §. Wir sollen und wollen auch fürkommen. 30. ubi videlicèt de Banni materiâ nominatìm agitur; illũ enim textum, undè eadem necessitas profluere videbatur, uti ad suum locum, ita procul dubio ad eundem, quo ab Imp. gloriosæ memoriæ Ferdinando II. explicabatur, intellectum remisit, §. Wir sollen und wollen auch. 42. Obscuri autèm aliquid d. §. 30. inesse apparet, quando, sicut in Banni declaratione majoris minorisq́; dignitatis differentiam aliàs non respici, *sup. num. 1.* monui, etiàm hic textus ad quod-

cun-

cunque, privatorum quoq; hominum, Bannum consensum Electorum trahere videtur. Nec est, quod quis hanc dubitationẽ quasi per vocem, anderer / non privati, sed Ordines Electoribus & Principib⁹ inferiores (quò pariter verba, niedriges Stands / referenda sint) designentur, nimis superstitiosam judicet, nàm ejusmodi interpretatione vis textui inferretur, præsertim cùm (quemadmodùm cæteræ quoq; Capitulationes) de iis disponat, qui non nisi secundùm Imperii Constitutiones, & Cameralem Ordinationem Banno plectendi fuerint, non minùs verò Imperii leges in privato, quã quopiam Ordinum servandæ sint: neq; etiam, si solùm de vio-

latore pacis publicæ hîc sermo esse censeatur, textus de privatis non accipiendus erit, hos enim æquè, ac Ordines, fractæ pacis publicæ constitutione contineri, uti notum est, sic clarè probatur, *Ord. Cam. part. 3. tit. 49. princ. vers.* Unnd erstlich. Hinc ego, prout verba d. Capitulationis jacent, explicationem non reperio, quâ consensum Electorum in Banni declaratione ad Ordinum causas restringendum dicere ausim. Et tamen non adeò, quicqud præ se ferant, verba prehendo, ut in quâcunque Banni declaratione, sive Aulico, sive Camerali judicio promulgandâ, consensum istum necessarium esse sentiam, sed meum non est Capitulationi li-

ni limites ponere, quamvis de causâ Sybers contra Wolffen hactenùs aliter non compererim, quàm post conventam novissimam istam Capitulationem, ann. sc. Chr. 1641. Wolfenios, homines privatos, in Camerâ ob contumaciam, absq; speciali aliquo consensu, proscriptos esse. Consequentis tandèm illatio, quâ Hippol. hanc sectionem concludit, iis quæ ejus doctrinæ opposuimus, facilè eliditur.

IN CAP. XII.

De jure Collectarum seu Tributorum.

SECT. I.

I.

Contributiones imperare, a
quodcunq́; aliàs juris genu
referatur, ſpeciale majeſtatis ju
ſeu effectum eſſe nemo negat
Quia verò cuiquam rerum ſua
rum dominium atq́; arbitrium
invito auferri, omnium acer
biſſimum eſt, inter cunctas gen
tes, niſi nimiùm ſint barbaræ
convenit, etiàm cùm omnia alia
liberiori Regum diſpoſitioni re-
relinquuntur, eos nullo jure
ſubditis absq́ue eorundem, ſal-
tèm Procerum conſenſu tributa
irrogare poſſe; etſi ſubditis quo
q́ue cavendum ſit, ne cui con
ſenſum juſtis ex cauſis requiren-
ti denegaverint, eidem conſen-
ſus non requirendi jus faciant

via

vid. supr. in c. 4 sect. 2. n. 7. vers. Quemadmodùm enim. Communi eâ, quam dixi, gentium opinione fretus Cominæus, Estné, inquit, Rex aut Princeps inter mortales, qui vel obolum subditis imperandi potestatem habeat, sine consensu (sans octroy & consentement) illorum, â quibus exigitur, nisi tyrannidẽ aut vim exercere velit? *livr. 5. des memoir. chap. 18. mihi pag 403. edit. Paris. 1616.* Nec Cominæus *pag. seq.* aliter, quemadmodùm Hippolithus *inferiùs h. sect.* malè verba interpretans docere conatur, mentem suam explicat. Ita enim *d. pag.* pergit. Noster (Galliæ) Rex minimè omnium dicendi causam habet: A subditis exigendi, quantum voluero, pri-

privilegium mihi competit: nec enim ipse, nec alius id habet, neque etiàm, qui ita loquuntur ullo honore Regem afficiunt sed eum vicinis odiosum reddunt, quò minus regimini ejus subesse cupiant. Verum si Rex noster, aut hi qui ipsum laudibus extollere gestiunt, tali sermone delectarentur: Adeò bonos habeo & fideles subditos, ut non recusent, quodcunque ab iis postulem, & nulli magis Reges suos, quàm me mei reverentur, atque obedientiâ, & officiis colunt, nulli fortiùs perversitates quasvis tolerant, nulli minus damna accepta ad animum revocant, id ipsum existimo (nec â veritate aberro) in laudem Regis verteret, non

non verò ejusmodi ſermo: Capio quod volo, & ejus rei privilegium habeo, quod me ſervare ſedulò oportet. Sic Cominæus loquitur, ac inde apparet, quomodò Hippolithus alia verba ſupponendo ab Hiſtorici ſententiâ abeat. Pag. 407. iterùm ait Cominæus: Nullus Princeps aliter, quàm per conſenſum (uti dictum) tributa exigere poteſt, niſi per tyrannidem, ut excommunicato ſimilis habendus ſit: ſi ce n' eſt par tyrannie, & qu' il ſoit excommunié. Quæ omnia iis conveniunt, quæ *ſup. in cap. I. num. 7. & ſeqq.* tradidimus. Haud igitur tantùm, quid pium, honeſtum, utile, atque principi glorioſum ſit, Comi-

næus differit, ut putat Hippol
thus, sed etiam quid sequi de
beat, si Princeps aut Rex ma
nere, consequenter subditos
cum collectas imperat, dict
audientes retinere, jure velit
Nec solum de jure gentium, se
civilibus Galliæ moribus, quic
quid P. Gregorius Tholos. sib
sapiat, apertè testatur, quos pri
mus omnium Carolus VII. Rex
tributa absq; Statuum consensu
indicendo transierit, *livr. 6*
chap. 7. m. p. 463. at hunc nihilo
minùs ita Galliæ juri non præju
dicâsse, ea quæ Bodinus, *d. Re*
publ. lib. 6. cap. 2. & Hotomanus
Francogall. cap. 18. scribunt, affa
tìm demonstrant. Et ergò, quòc
Carolus IIX. Rex aliquando præ
ter Statuum consensum subditis
suis

ſuis contributiones imperavit, ſi rei juſtitiam, non vim, ſpectemus, nullius ponderis fuiſſe, id quod Hippolithus inferendum dicit, concedimus, atq́; notatu ſanè dignum, quod ſponte Rex injuſtum factum agnoverit, ac deinceps tributa nulla, niſi quibus colligendis Regni Proceres conſenſum præbuiſſent, ſubditis ſuis irrogare voluerit, *Phil. de Commin. livr. 8. des memoir. chap. 18. m. p. 716.* Neq́; tamen diffiteor, hodieq́; reperiri, qui uti in cæteris, ita hic quoque, Galliæ Regibus abſolutiorem poteſtatem aſſertum eunt, cum iis, quos idem Cominæus, *livr. 5. chap. 18. ibi: L'on pouvoit eſtimer &c. m. p. 405.* caſtigat, exclamantes, læſæ majeſtatis, & diminutæ autóritatis

 tatis

tatis regiæ reos fieri, qui Statuum Regni congregationem urgeant. Hinc, & quòd tanta semper de legibus fundamentalibus in Galliâ contentio est, tanquàm ex fonte omnia in eâdem mala scaturire, experientia ostendit. Ter verò quaterque beati nostri Imperatores, qui expressis legibus fundamentalibus regimen suum munientes, majestatem â quibuscunq; procellis tutam conservant! quam etiam ipsos, ex quo Capitulationes clariores admisêre, inter non leves civilium turbarum discordias, cum ipso Imperio invictam habere, hæc & superior ætas declarat.

2. Quapropter ut aliàs Imperatores cum Ordinum consensu comi-

comitiali de plerisq; Imperii negotiis, salvâ majestate, veluti sæpius monui, decernunt: sic in contributionis materiâ eundẽ, sine aliquo summæ suæ potestatis præjudicio, non immeritò requirunt. Et quoniàm Capitulationes hodiè regnantis Imperatoris Dn. Ferdinandi III. Capitulatione priores, § Dergleichen (Desgleichen. *Ferdin. II. Imper. deest autèm totus hic textus in Capitulat. Maximiliani II. Imp.*) Sie, die Churfürsten. tantummodò sex Electorum consensum exigere hic videbantur, Rudolphus II. & Ferdinandus II. Impp. non sine juris adminiculo, ex aliis quoque rationibus, cum solis Electoribus de Imperii tributis deliberandum

dum exiſtimavère, quamvis nec Electores, quarè id ſoli in ſe recipere noluerint, ratione deſtitutos dicam. Noviſſima tamen Dn. Ferdinandi III. Capitulatio apertior eſt, quæ §. So offt auch die Nothdurfft. *14.* inter caſum ſummæ neceſſitatis, & reliquos diſtinguit, his, in generalibus Imperii, aut circularibus (ut ita loquar) Comitiis, de Imperii contributionibus tractandum, illo, deliberationes de iis cum electoribus inſtitutas ſufficere, ſtatuit: hæc diſtinctio an Oſnabr. pacis conſtitutione, *c.8.* ubi tributorum irrogatio inter ea refertur, quæ cum omnium Ordinum conſenſu comitiali decernenda indiſtinctè dicuntur, ſublata ſit, meum non eſt defini-

re.

re. Eadem pacificatio, *capit. 5. num. 19.* controversiam, amicabilis compositio, an pluralitas votorum, ad obtinendum in contributionis materiâ Ordinũ consensum, locum habere debeat? ad Imperii Comitia remittit. Dubitationem hanc distinctione contributionum voluntariarum, & necessariarũ expedire, aliquando tentatum est, ut illæ plurium votis non subjacerent, sed liberâ conventione definirentur, in his majora, uti loquimur, locum haberent. Verùm, præterquàm quod supponendum est, consensum Ordinum demùm præviâ contribuendi necessitate justè hìc exigi, undè ea distinctio quæstioni ipsi non satis videtur convenire, (li-

cèt comitialis Ordinum consensus respectu omnes collectæ voluntariæ dici queant, *vid. præced. n. 1.*) similis nihilominùs difficultas supererit, quâ ratione, qui de tributis deliberant, de discernendis voluntariis, & necessariis contributionibus invicèm consentire possint, aut debeãt? Existimatum quidèm fuit, tantùm, si non singularis Ordinum, sed communis Imperii hostis contra Imperium, ejusve membra, præsentissimo Imperii periculo, insurgat, quæ tùm ob bellum propterea legitimè susceptum, vel suscipiendum tributa requirantur, pro necessariis habenda, & præter hæc nulla plurium votis determinanda esse. Si hæc sola necessitas Imperio incumbat,

bat, ſolam neceſſariarum contributionum cauſam dicam: at cum verear, ne varia accidere poſſint, quæ neceſſariam opem deſiderēt, imò, ipſo poſito caſu, non tàm quis, quàm an Imperium bello petat, perpendendum ſit, nùm propoſitæ quæſtioni iſtiusmodi ſentētiâ ſatisfiat, valdè dubito. Ex diverſitate negotiorum, & neceſſitatis gradibus, dubium hoc utcunque dirimendum, facilè eſt judicare, ſed ſingulares & præcipuos caſus exprimere, res eſt majoris operis, quod prudentiores ſuſtinebunt.

3. Quòd ſub ſoluis Imperatoris nomine Imperii tributa indicantur, non tantùm dire-

ctio-

ctionis, sed & majestatis Imperatoriæ signum esse, ea quæ ad similia aliquoties notavimus, indicabunt. Et profectò hoc naturale est, ut qui ad rem gerendam consensum aliorum adhibet, eundem in rei gerendæ modo nõ negligat, inprimis ne, cùm ita de modo certi quid jam decrevit, in eorũ, qui cõsensêre, præjudicium modi istius mutationem invitis obtrudat: atq; ideò mirum non est, Imperatorem, quoties Ordinum consensu terminum solvendæ contributioni præstituit, non posse eum sine eodem cõsensu mutare, nedùm coarctare, quia sic quoq; plus, quàm de quo convenisset, iniquè extorqueret, cùm qui citiùs solvit, plus solvere intelligatur.

Rever-

Reversalium porrò, quæ dicuntur, & quibus imperatoriam majestatem diminui Hippolithus opinatur, exemplum *supr. in cap. 6. sect. 2. num. ult.* ipse adduxi, ac indè demonstratã potiùs, quàm debilitatam Imperatoris potestatem judicavi. Reinkingium etiàm, uti *num. 1.* vidimus, frustrà oppugnat: & ostẽdunt, quæ jàm & aliàs similiter diximus, Hippolithũ in fine hujus sectionis malè sentire, quod consensus necessitas Imperatoris tributa indicentis majestatẽ afficiat.

IN SECT. II.

I.

IMbecille admodùm est à dispositione collectæ pecuniç petitum contra imperatoriam maje-

majeſtatem argumentum. Quomodocunque enim, & quibuscunque pecuniæ adminiſtratio cõmiſſa fuerit, eam adminiſtrationem accidentalem eſſe, nec taliter adminiſtrantes ullo modo à formâ, quàm ab Imperatore cum Ordinum conſenſu in Comitiis præſcriptam acceperunt, recedere debere, ſatis conſtat. Et ejusmodi adminiſtrationem Imperatores non ſine rationibus effugiunt, inter alias ut non ſolùm id oneris à ſe, aulaq; ſuâ devolvant, ſed & cavillationes, ac querelas in cæteris Regnis oppidò frequentatas, quòd tributa non in uſum eum, cui deſtinata ſint, erogentur, eò faciliùs avertant, quemadmodùm quoque id ne fiat,

fiat, in ipsis Matthiæ, Ferd. II. & III. Capitulationibus, *d.* §. Dergleichen (desgleichen. *Ferd. II.*) Sie/ die Churfürsten. cautum reperitur: Majestatem verò & hîc retinent integram, quia non tantùm ipsi, uti dixi, modum administrandæ pecuniæ in Comitiis definiunt, verùm etiàm eorum, qui secùs administraverint, corrigendorum potestatem & in Comitiis, & extra ea habent. Quibus si jungantur, quæ *sup. n. 4. cap. 4. sect. 4.* in simili scripsimus, abundè Hippolitho satisfactum arbitror.

2. Cæterùm in contributionis materiâ ex ratione *num. 1.* indicatâ, ut alibi subditis, ita in Imperio nostro Ordinibus liberiorẽ dispositionẽ tribuendã, & tribui,

bui, non inficior ſicuti ejus rei documentum *ſupr. in cap. 7. num. 10.* propoſui, ubi pariter theſaurariorum juramentum, quod Imperatoris majeſtati Hipp. opponit, explicavi: attamen ex peculiari ejusmodi diſponendi facultate de Imperatoriæ majeſtatis, Ordinumq́ue libertatis juribus non rectè Hippol. judicat. Nam *ex. gr.* ſi indè, quod ann. 1495. unus tantum Quæſtorum ab Imperatore nominatus eſt, ejus majeſtati derogari cenſet, Electorum quoq́; libertati plurimùm decedere, credendum habet, quod hi æquè unum duntaxàt ſex reliquorum nominaverint. Iſtiusmodi abſurda, ſi Hipp. argumentandi genus ſequi voluerimus, è cæteris omnibus

bus ferè hujus materiæ constitutionibus resultabunt. Id verò etiam ex hactenus dictis, & ipsis, quos Hipp. laudat, textibus evanidum est, quod Imperatorem à collectarum pecuniarum dispositione penè semper exclusum dicit. Nam & accidentalis istius dispositionis inspiciendæ jus habet, & ubique essentialem potestatem exercet, atque retinet, quemadmodùm & ubi videtur, ex comitiali tamen decreto, à Quæstore ratio accepti & expensi solis Ordinibus reddenda, contra morosos fiscali processu ad Cæsarem recurritur, §. Weiter/als Königl. Würde. *in fin. R. I. Spir. a.* 1526. §. Wo aber darüber jemands. *&* §. Und damit gemeiner Ständ. *cum* §. *seq. R.* I. *ann.*

ann. 1541. & aliis antè ac post habitis Jmp. Recess. Postremò, missâ istâ consideratione, an Princeps ex plenitudine potestatis suum alicui auferre possit? quod Schonbornerus, *alleg. ab Hippol. loc.* negat, sed pro suâ hâc sententiâ Gailium frustrà advocat, qui *libr. 2. pract. observ. 56. num. 2.* docet, *Principem sine justâ causâ regulariter jus alteri quæsitum auferre non posse*, at cum limitatione, *nisi velit uti plenitudine potestatis*, de Imperii verò tributis, multò minùs eorum immunitate, & requirendo propter hanc Ordinum consensu neq; hîc, neq; num. 1. agit, velut nec Matth. Stephani, *libr. 2 part. 1. cap. 1. memb. 1. numer. 107. & seq.* nec itèm Schonbornerus, *d. loc.*

loc. de Ordinum consensu quicquam movent, sed uterq; justissimis ex causis à collectis Imperii immunitatem dandi jus Imperatori tribuunt: largior tamẽ Hippolitho, Imperatorẽ nemini Ordinum, in cæterorum præjudicium, absq; comitiali consensu, immunitatem ab Imperii tributis concedere, id ipsum nõ hinc est, quòd majestatem, seu summam Reipublicæ potestatem, uti Hipp. loquitur, non habeat, verũ quod nullus Rex, quẽadmodùm superiùs vidim⁹, invitis tributum injungere, ideoq; nec semel cum cõsensu factas cõtribuendi portiones, aliquorum portiones datâ im̃unitate expũgendo, auctiores reddere invitis possit. Quin etiamsi ita portiones

nes

nes reliquorum peculiariter nō augerentur, iis tamen contribuentibus non conduceret collecta generaliter in Imperii utilitatem minor pecuniæ summa, ut hoc quoq; casu, quò alleg. ab Hipp. §. Und wiewol die Stätt. *R. I. Spir. ann. 1542.* pertinet, Ordinum consensus prætereundus haud videatur. Sufficit, quod Imperator in Comitiis isto consensu, quo majestatem ejus minimè lædi ostendimus, immunitatem tributorum concedere queat.

IN CAP. XII.

De jure creandorum Magistratuum.

Sect. I.

Quan-

I.

QUando Hippolithus utraq; hujus capitis ſectione docet, quod Imperator non niſi in Comitiis cõſenſu Ordinum Imperii Magiſtratus creare poſſit, nullum majeſtati Imperatoriæ vulnus infligit. Iſtum enìm conſenſum non efficere, quo minùs eſſentialis poteſtas Imperatori tribuenda ſit, aliàs demonſtravimus.

2. Quod ad privilegium Electoris Palatini attinet, vicariatum Teutonicì Imperii ei, etiàm vivente, ſed abſente Imperatore, competere non negabo, ita, tamen,, ut cum Limnæo, (ex quo Hipp. hujus materiæ ferè omnia hauſit) *de jur. publ. libr. 3. cap. 12. num. 38. & ſeqq. & tom. 4.*

 jur.

jur publ. sive addition. ad d. c. num. 42. hoc ex A. Bullâ probari minimè credam. Principes Palatinos, ſicut ex veteri conſuetudine Comitiis Palatii ſeu Prætorio Præfecti nomen retinuêre, ita ſemper peculiaris dignitatis, atq; officii jus præ ſe ferendo, (*vid. ſup. n. 2. in ſect. 3. cap. 5.*) tandem etiam Carolum IV. permoviſſe, ut ipſis vicariatus jus toties attentatum, atque uſurpatum expreſsâ Aur. Bull. conſtitutione ſtabiliret, ſolo tamen, quo Imperium vacaret, caſu, *tit. 5. Aur. Bull.* veritati conſentaneum eſt. Carolus verò IV. Imper. eam conceſſionem, quaſi cum Palatinis tranſigendo, ſic moderatus eſt, ut *ibid.* eodem caſu Electoribus Ducibus Saxoniæ ultrò,

trò, (nam istos quicquam hîc juris prætendisse, haud constat) illis locis ubi Saxonica jura serventur, Vicariatum assignaverit. M. Albertus Argentinens. *in Chron. ad ann. 1349.* scribit: *Rupertus dux in Bohemiâ Carolo Regi nimis familiaris est effectus, qui & vicarius Regis effici dicebatur.* De Rodolpho Palatino, hujus Ruperti fratre, refert, quod *se Vi arium Imperii nominaverit*, ad ann. 1352. Ubi ad iter Caroli IV. Imper. Italicum progreditur, *Rex*, narrat, *eodem anno LIIII. mense Septembri, quasi occultè cum paucis ingreditur Lombardiam, & veniens Mantuam, mittit ad civitates Alemanniæ, & episcopos & ad alios, ut sibi gentes armatas dirigant, juxta morem. Et Robertum*

Seniorem (qui est idem Rupertus, cujus suprà mentionem facit, & quem seniorem appellat, quia alius erat Rupertus junior, qui Arnestus quoque, & vulgò Adolphus vocabatur, Adolpho Ruperti senioris fratre natus) *Bavarum Palatinum Rheni, tempore absentiæ vicarium regni constituit generalem.* Hæc ideò adduxi, ut non tantum ob familiaritatem, (adde & generis propinquitatem, de quâ idem M. Albert. *add. ann. 1349.* §. *Carolus autèm quia fuerat.*) quæ Carolo Imp. cum Ruperto intercesserit, ad privilegium, tanquàm Palatinis debitum, publicâ sanctione firmandum facilè adductus videatur, verùm etiam ex verbis, *se nominavit*, privilegium istud, pau-

paulò quoq; ante A. B. constitutionem, dubio prætextus talo stetisse, non obscurè cognoscatur: certè hoc indè appareat, eo adhuc tempore ab Imperatoribus Vicariatum alii, quàm qui in Imperio Imperatore vacuo ex privilegio istum aliquando administraret, damandari potuisse. Inter dictos enim, Rudolphum, & Robertum seniorem, fratres, de Vicariatu deficientis Imperatoris lis nulla fuit, qualem ad Rudolphum natu majorem quocunq; jure pertinuisse, nemo inficiabitur. Robertus autèm Imperatori familiaris redditus, Vicariuss Regi effici dictus est, quod de Regis viventis absfuturi Vicariatu intelligi convenit, cùm eodem, quo hoc dictum

ctum prodiit, anno Carolus cum Marchione Brandenburgensi in Italiam ire decreverit, â quo tamen, indignationem Pontificis veritus, istâ vice destitit; hinc est, quod idem Robertus ann. 1354. iterùm â Carolo IV. Imp. tempore absentiæ generalis regni vicarius constitutus dicitur. Si verò is necessariò ei, qui casu deficientis Imperatoris Vicariatus privilegium sibi asseruit, (quod fecit Rodolphus ann. 1352. se Vicarium Imperii absque ullâ fratris contradictione nominans; undè simul eorum fides vacillat, qui hunc Rodolphum ampliùs inter istorum annorum vivos haud numerāt) deferendus fuisset, quomodò verisimile est, Imper. Carolum Ro-

Rodolpho, isto præsertim anno 1349. quo primùm Rodolpho conciliatus, ejusq; gener factus erat, istiusmodi jus eripere voluisse, aut famam tantùm de hâc Caroli voluntate percrebuisse? Quemadmodùm igitur ex Aur. Bullâ, casu peregrè profecti Imperatoris, Electori Palatino non competere tale privilegium cõsensi, ita ejus rei ad Rupertum usq; Imp. ne observationẽ quidèm firmam deprehendi arbitror. Ludovicum enim Bavarũ Imp. abiturum Rodolpho Palatino (qui fuit iste, de quo locut⁹ sum) Vicariatum commisisse, quod Hipp. Aventinum secutus affirmat, nondum mihi perviũ est: esto tamẽ, prçterquàm quod hanc rem sub Caroli IV. Ludo-

ctum prodiit, anno Carolus cum Marchione Brandenburgensi in Italiam ire decreverit, â quo tamen, indignationem Pontificis veritus, istâ vice destitit; hinc est, quod idem Robertus ann. 1354. iterùm â Carolo IV. Imp. tempore absentiæ generalis regni vicarius constitutus dicitur. Si verò is necessariò ei, qui casu deficientis Imperatoris Vicariatus privilegium sibi asseruit, (quod fecit Rodolphus ann. 1352. se Vicarium Imperii absque ullâ fratris contradictione nominans; undè simul eorum fides vacillat, qui hunc Rodolphum ampliùs inter istorum annorum vivos haud numerât) deferendus fuisset, quomodò verisimile est, Imper. Carolum Ro-

Rodolpho, iſto præſertim anno 1349. quo primùm Rodolpho conciliatus, ejusq; gener factus verat, iſtiusmodi jus eripere voluiſſe, aut famam tantùm de hâc Caroli voluntate percrebuiſſe? Quemadmodùm igitur ex Aur. Bullâ, caſu peregrè profecti Imperatoris, Electori Palatino non competere tale privilegium cõſenſi, ita ejus rei ad Rupertum usq; Imp. ne obſervationẽ quidèm firmam deprehendi arbitror. Ludovicum enim Bavarũ Imp. abiturum Rodolpho Palatino (qui fuit iſte, de quo locutꝰ ſum) Vicariatum commiſiſſe, quod Hipp. Aventinum ſecutus affirmat, nondum mihi perviũ eſt: eſto tamẽ, prçterquàm quod hanc rem ſub Caroli IV. Ludo-

vici successore necessitati haud subjectam ostendi, non magis indè privilegium Palatino ascribam, quam Eduardo Angliæ Regi, quem idem Imp. Ludovicus, etiam post expeditionem Italicam, *generalem vicarium imperii per Germaniam deputavit*, *Naucler. Chron. vol. 3. gen. 45. ad ann. 1337.* In Rodolpho II. Palatino, Caroli IV. Imp. socero, idem observant, sed id de Rudolphi fratre Roberto accipiendum esse, qui tanquàm minor natu ex privilegio id non obtinuerit, paulò superiùs animadverti. Hoc tandèm largior, Imper. Rupertum Palatinum, suorum dignitati studentem, quos A. B. Caroli IV. perpetuo vacantis Imperii Vicariatu honoratos sciebat,

bat, ut certo quoq́ue privilegio abſentibus Impp. ſubſtitueret, anſam arripuiſſe: quod ut eò conſtantiùs exequeretur, conſenſum Ordinum requiſivit, qui alioqui, niſi talem Vicariatum Electoribus Palatinis, perpetuo jure, intermedio certo diplomate, (*apud Goldaſt. collect. conſt. Imp. tom. 1. conſt. Rup. Imp. ad ann. 1401. m. p. 381.*) tanquàm longà conſuetudine, quam ego non aſſequor, Palatinis debitum, filii ſui Ludovici exemplo, aſſerere, quàm Impp. anteceſſorum veſtigia premere maluiſſet, iſto etiam tempore ab eo adhibitus vix fuiſſet. Sanè Carolus IV. Imp. (teſte M. Alb. Argent.) occultè cum paucis Italiam ingreſſus eſt, tantùm abeſt, ut requiſi-

to Ordinum consensu, Roberto Vicariatum detulerit. Diverso verò Ruperti Imp. instituto id effectum censeo, ut hodiè Electoribus Palatinis tale jus â subsequentibus Impp. cōfirmatum sit, neq; auferri debeat, & si quis illorum huic suo juri cedat, Imperator absq; Ordinum consensu sibi absenti Vicarium non cōstituat. *vid. Limnaeum, allegg. locc. & in addit. d. cap. num. 48.* Quæ hactenùs mea de hoc privilegio opinio est.

3. Non solùm autèm invitis Ordinibus, sed nec omnibus volentibus, solo Electore Palatino invito, & justas dissensus causas allegante, Imperator Vicarium alium creare potest, propterà Palatino, quando ultrò cessit, rever-

reverſales, quas vocant, datas fuiſſe liquet: quamvis conſuetudine videatur hodiè inductum, ut quoties Romanorum Regem eligere, eſſe Imperio utile viſum fuerit, Palatinus reverſales accipere teneatur, quibus præcipuè ad avertendam conſequentiam, ubi Rex Romanorum haud electus ſit, eidem cautum exiſtimẽ. Videat igitur Hippolithus, quò ruat. Si enim Imperatori indè, quod invito Palatino Vicarium haud conſtituit, hoc majeſtatis jus denegare pergat, idem contra ſui ipſius doctrinã, toti, quod dicit, Imperio adimet, & in ſolũ Electorẽ Palatinũ transferet, ſine cujus legitimo aſſenſu Vicariat⁹ ſuâ ſede dimoveri nequit. Similiter Hipp. ab Archicancellaria-

tibus, & perpetuis Electoralibus officiis cæteris ductum argumentum in casses incidit. Nam, præterquàm quod Ordines in horum constitutione nihil sibi tribuunt, *vid. sup. n. 3. in sect. 5. c. 10. ibi: imò ipsum.* iidem quicquã hîc non innovant, atq; adeò etiam ea officia ab Imperatoris autoritate dependent, ut quotiescunq; novum Imperatorem eligi contingit, non modò omnia Electorum inprimis jura ac privilegia ab eo confirmentur, *A. B. tit. 2. §. Et quia de antiquo. penult. & seq. ult.* verùm etiàm â Vicariis tẽpore interregni gesta rata habeantur, ita ut fidelitatis juramẽta Vicariis nomine Imperii præstita, ipsi postea Imperatori redenda sint, *A.*

B. tit.

B. tit. 5. quâ de confirmatione quoq; ac ratihabitione Capitulationes Impp. passìm loquũtur.

4. De Quæstoribus Imperii *sup. num. 2. in cap. prox. praeced. sect. 2.* egi. De Regimenti, *supr. num. 3. in cap. 4. sect. 4.* Cameræ & Aulici judicii, *sup. in cap. 10. passìm.* Cæsarei secreti Consilii jure, ac naturâ, *supr. num. ult. in d. cap. 10. sect. ult.* Id non pugno, etsi Imperator, tanquàm fons dignitatum, Principes, Duces, &c. Imperii creare liberè queat, ex ratione tamen non obscurâ evenire posse, ut Status, qui dicuntur, Imperii non nisi Ordinum consensu efficiat, quamvis si nullius jura perturbet, Ordines ei obloqui non debeant. *alleg. à Reink. R. I. a. 1570.*

IN SECT. II.

I.

AD hanc ſectionem nihil, niſi quod *princ. in ſect. prox. præc.* monui, notari meret, nimirum absq́ue Imperatoriæ majeſtatis jacturâ, Magiſtratus, atq́ue miniſtros Imperii in Comitiis Ordinum conſenſu eligi; undè etiam conſequitur, ſi qua talis electio vel omnibus, vel quibusdam Ordinibus, aut uni, pluribusvé Imperii Circulis comitiali decreto committatur, eſſentialem nihilominùs electionem in Comitiis penes Imperatorem reſidere, & quæ indè profluunt, ab eodem deſcendere. Et quod *ex. gr.* cuiq́ue Circulo ſeparatìm Ducem creandi poteſtas data eſt, Hipp. hinc non magis maje-

ſtatem

ſtatem Imperatoris diminutã, quàm Ordinum conſenſui, in quo eſſentale magiſtratuum Imperii creandorum jus verti docet, præjudicatum colliget: ipſe potiùs fateri neceſſè habet, apertis R. I. textibus, caſu quo res peragi ritè nequit, Cæſari iterùm ſtatuendi jus eſſe.

2. Quàm malè ergò contra Imperatorem concludat, quilibet æſtimabit: De Polonorum Magiſtratuum electione quæ profert, ſi benè memini eorum, quæ Cromerus ſcripſit, & aliàs accepi, nimiâ laxitate mihi ſuſpecta ſunt, quia tamen hæc nõ ſunt operæ meæ, ulteriùs ea indagare ſuperſedeo.

IN

IN CAP. XIV.

De jure cudendæ & ordinandæ monetæ; Legatorum quoq; mittendorum & audiendorum.

SECT. I.

I.

JUs sive cudendæ, sive ordinandæ monetæ, sive percussionis monetalis cõcedendæ, adeò majestatis proprium est, ut jure quidem communi, qui hîc injussu istius, qui majestate polleat, attentet quid, aut committat, majestatis reus dicatur, *l. si quis nummos. 2. ibi Dd. C. de fals. mon.* ideò nec mirum, capite plexos fuisse, qui suâ imagine publicos nummos temerè signaverint, uti Hipp. ex Bodino, *de Re-*

Republ. libr. 1. c. ult. ferè circa fin. notat, ubi etiam ea continentur, quæ de Prutenorum Duce, & Genuensibus refert: quomodò autem iste sermo sibi constet, Regem Galliæ tantummodò jus monetæ sibi reservâsse, ut absolutum in Genuenses se imperium habuisse declararet, cætera majestatis jura iis concessisse, ipse Hipp. viderit.

2. In Imperio nostro jus quidèm monetæ cudendæ plerique Ordines (neq; enim omnes, *arg.* §. Were es auch Sach. Kays. Ferdin. New. Müntzordn. *ann. 1559. ferè in fin.*) habent, sed concessum, non tanquàm proprium, seu majestatis effectum, quod §. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit. *R. I. a. 1570.* clarè evincitur;

tur: Als dann auch die Müntzgerechtigkeit kein Mercantz/sonder unser Kayser. Regal/so die Müntzstände aus unserm sondern vertrawen/nicht zu ihrem selbst gesuchtem Vortheil/sondern wie wir selbst dem H. Reich zu ehren und wolfahrt brauchen sollen/demnach ja billich/wer solch unser Regal untrewlich mißbraucht/daß er sich dessen selbst dardurch unwirdig machet und entsetzet. Quem textum Hipp. *cap. seq. 14. sect. 2. §. Utcunq; autem.* responsione aliâ non excipit, quàm quod Imperator hoc Regale falsò sibi soli asscribat. Quis verò eam responsionem refutatione dignam judicabit, quâ Recessum ipsum & prælectum & correctum (*vid. Hipp.*

Hipp. sup. c 4 sect. 4. §. Etiam in ipsis. & §. seq.) falsitatis arguit.

3. Agnoscit ipse Hipp. quando urbibus quibusdam provincialibus, quas ne umbra quidem majestatis honorat, percutiendi nummi exercitiũ tribuit, quàm debile hinc diminutæ majestatis argumentum desumatur, etsi tales urbes facto, non jure, istud exercitium habere videantur, *Capit. Impp. Matthiæ, Ferd. II. & III.* §. Wir sollen und wollen auch hinführo. Et hic iterùm regerimus, si Hipp. indè, quòd singuli Ordinum cudendæ monetæ jure pollent, Imperatoris majestati detractum putat, propterea nec Ordinibus cum Imperatore simul acceptis, quod facit, maje-

majestatem hîc ascribere debet.

4. Ut aliàs omnium Ordinum consensu in aliis majestati Imperatoriæ nihil derogari ostendimus, ita Electorum consensu eidem circa percussionis monetalis concedendæ jus tantò minùs præjudicari, consequens est. Cōqueritur alibi Hipp. sub continuo Austriacorum imperio Ordinum jura multùm esse debilitata, at hîc, ut cætera nūnc non attingam, quòd Electorum consensum admisère, potiùs aucta reperiuntur. Nam cum Limnæo fa io, qui ante Rudolphū II. Imp hunc circa juris monetalis concessionem consensum nō necessàrium fuisse autumat, *ad Capit. Rudolph. II.* §. Wir sollen und

und wollen auch hinfüro. Etsi enim Hipp. *cap. seq. 14. sect. 2. §. Quamvis enim.* ex antiquâ quâdam Friderici II. Imp. reformatione obtinere velit, olim omnium Ordinum consensu hîc opus fuisse, id tamen eâ planè non probat: Si quippè ista vetustæ reformationis redditio fidem meret, tantùm indicat, tempore, quod mortem Henrici VI. Imp. & imperium Friderici II. intercessit, monetam â quibuscunque (non solum iis, qui intereà hoc jus exercere cœperint) percussam, valere vetitam, quod absque dubio inter Anticæsarum Philippi & Ottonis turbas multi hoc jus injustè usurpaverint; cautum tamen fuit, qui ab Imperio (quo propriè Ordines

nes haud intelligi, aliàs commentatus sum) juris cudendæ monetæ documentum cujusvis ætatis exhiberent, ne hos interdictum istud feriret. Cæterũ cum Electorum consensu Imperator non cõcedit tantùm nummi percutiendi jus, sed & eo ob abusum privatos restituit, ad quod restituendi jus cùm *dd. Matth. Ferd. II. & III. Capitull.* Electorum duntaxàt consensus requiratur, non videtur Maximilianus II. Imper. §. **Da aber jemand.** R. I. a. 1570. omnium Ordinum consensui Imperatores astringere præcisè voluisse, quẽadmodùm ibidèm contextus ipsam ejusdem Maximiliani oblationem spontaneam arguit. Jus tamen monetæ in Imperio ordinan-

dinandæ, quia legum ferendarũ jure comprehenditur, Cæsarem omnium Ordinum consilio, ac consensu exercere, haud inficior, quod varii Imperii Recessus atq́ue Ordinationes probant, cum Capitull. Impp. Caroli V. Ferdinand. I. Rudolph. II. Matth. §. Und nachdem im Reich bißher. *Ferdin. II.* §. Und nachdem bißher im Reich. *Ferd. III.* §. Und nachdem im Reich viel.

5. Ineptum autèm est, falsum itèm, & ipsi Hipp. doctrinæ contrarium â nomine, & imagine monetæ impressâ, petitum argumentum. Quamvis enim ejusmodi quid jus cudendæ monetæ demonstret, id tamen, ex se aliquis hoc tanquàm majestatis jus, an ab alio concessum habeat, sufficiens indicium haud præbet,

Christus autèm Servator noster ex præfixo Cæsaris nomine, atq; imagine, probare, jure proprio, an demandato in Judæâ nummi percuterentur, nõ constituerat, sed quod cives ejus provinciæ, cujus moneta ejusmodi signaturâ conficeretur, Cæsarem (qui præter alia quæ Senatui, Populoq; Romano potiùs tribuenda alibi dixi, hoc quoq; usurpavit) pro Principe, aut Domino agnoscerent, ideoque ei tributum pendere deberent, optimè evicit; quod argumentandi genus de eo, qui aliàs superiorem non habet, aut non habere creditur, ab iis, â quibus tributum exigitur, indubitatè procedit. Secùs namq; evenire potest, ut summâ potestate præditus

dit⁹ alicui *ex.gr.* præfecto nomine atq; imagine propriâ monetã provincialẽ signandi potestatẽ, honoris ergò, concedat, cui tamẽ eam provinciam nõ subjiciat, multò minùs tributi ab eâdẽ exigendi facultatem impertiat. Quod verò Sigismũd⁹ Imp. alterâ parte monetę, Imperii, alterâ ejus, qui monetã cudi curaverit, signũ figi voluerit, Hipp. doctrinã impugnat magis, quàm propugnat, si quid Imperii voce propriè denotetur, iis, quæ aliquoties inculcavimus, planum fiat, præsertim si quæ Imperii dicitur, eandem ipsius Imperatoris, quà Imperatoris, (quam enim ut Archidux &c. monetam fieri facit, aliter signatam experientia testatur) monetalem signituram

esse attendamus, aquilam nempè bicipitem, cui nunquàm aliud, quàm Imperatoris nomen, cum cæteris regiis, atq; hereditariis titulis, adjiciatur. Et errare videtur Hipp. quando civitates Imperiales Cæsaris nomen, ideò quod im̃ortales sint, ad temporis circumstantiam denotandam, in monetâ suâ præscribere opinatur, cùm ea circumstantia in Imperio per annorũ computationem, acrectiùs quidèm, expediatur. Electorib⁹ tamen atq; cęteris Principib⁹, & plerisq; majoris dignitatis Ordinib⁹, aut sui nominis, atq; imaginis, & officii, ac hereditariorum insigniũ, aut (juxta §. Wie aber vorgestellte. Käys. *Ferd.* New. Müntzordn. *a. 1559.*) Imperatoriâ alteri, alteri lateri propriæ inscriptionis, atq;

insigniũ impositâ signaturâ jus cudendi numi exercere liberũ esse, haud nego, non quod Imperatoribus jus cudendæ monetæ acceptũ non referãt, (id quippè suprà jam manifestum reddidim⁹) sed quod Imperatores tali indulgentià præ minorib⁹ eos honorare non gravati sint. Quicquid etiam Hipp. ad experientiã provocet, non infrequentem ea Principum, illustriumq; aliarum personarũ, altero latere Imperatorio nomine, atq; signo notatã monetã suppeditat, ut Georgii Landgravii Luchtenberg. Melchioris Episcopi Würtzb. Ludovici Co. Stolb. Reneri Abb. Corbej. Jo. Alberti Duc Megapolit. Julii Duc Br. & Lun. Maximiliani Episcop. Spir Guntheri Com.

Schwartzburg. Georgii Frider. March. Brandeb. Erici Duc. Br. & Lun. Christoph. Duc. Megap. & Episc. Ratzeb. Christophori Co. Mansf. Adolphi Co. Schauwenburg. cum aliis, & similibus. Quin sui Hipp. unâ eâdemq́ue paginâ, & ferè periodo, obliviscitur, quando peculiarem Imperii (per hoc omnes Ordines simul, cum Imperatore, intelligens) monetalem signaturam facit, & tamen eam in singulorum Principum nummis non requirit, undè quemadmodùm ex deficiente Imperatoris nomine Imperatori majestatem hîc ereptam concludit, similiter Imperio, quod nominat, deficiente Imperii signaturâ, majestatem abjudicare necesse habet.

6. De

6. De Caroli V. facto vellem Hipp. clariùs disseruisset: nam etsi Albertus March. Brandenburgensis Electoribus atq; Principibus monetam propriâ imagine signandi libertatem ab Imperatore denegatam conqueratur, hactenùs apud Hortleder. *de bell. Germ. tom. 2. libr. 5. cap. 6.*, aliud, quàm Jo. Friderici, Electoris quondàm Saxonis, filiorum exemplum non reperio, qui, parente Jo. Friderico adhuc apud Imperatorem captivo, monetam sub Imperatoris imagine, atque nomine, impressis alteri lateri Saxonicis insignibus, percuti siverint; ibidèm nihilominùs monetæ species adjicitur, quam ipse Princeps Jo. Fridericus mox â recuperatâ libertate ef-

fingi curaverit, cui non Imperatoris imago, ſed quod aliis quoque interdùm placuiſſe ſuprà oſtendimus, Imperatoris & Imperii inſignia, cum Imperatoris nomine lateri alteri, Jo. Friderici imago (cùm pleriq; eorum, quos ſuprà recenſui, hereditariis inſignibus aliquando contenti fuerint) inpacta conſpiciuntur.

7. Jus porrò monetæ percutiendæ, quod Ordinib⁹ conceſſum eſt, Ordinum quoq; Regale vocari, non diffiteor, ſed id per analogiam fit, ſicuti Reipublicæ nomen in eorundem territoriis analogum eſſe, *ſup. in cap. 1. num. 15. in fin.* monui. Etenim jus cudendorum nummorum eſſentiale ut ſoli Imperatori competit, ita propriè Imperatoris Regale

galedici, vel ſolus *ſup. n. 2.* adductus R.I. textus evincit. Monetæ curam ſeu ordinationem (de quâ Bodinus laudatis ab Hipp. verbis non loquitur, ſed de eſſentiali, ut nuncupamus, pecuniæ effingendæ jure) ab Imperatore conſilio, & conſenſu Ordinũ ſuſcipi, *ſupr. num. 4. in fin.* ratione, ac textibus ipſe firmavi. Inconſideratè autèm minutiſſimæ pecuniæ curam minutæ operæ aſcribere videtur, cum tanti momenti hæc cura ſit, ut eâ etiàm ſatis ſolicitè habitâ magnum ex minutæ pecuniæ abuſu emergens damnum Imperio averti non potuerit, & experientiâ conſtiterit, aliquando per talem abuſum, unam puri argenti marcam, quam dicunt, penè pro

ſeſquimarcâ obtruſam fuiſſe, quæ omnia *R. I. a. 1570.* §. Neben angehörten. *&* §. §. *ſeqq.* comprobantur.

IN SECT. II.

I.

QUoniàm de nonnullis Imperii negotiis, quæ absque Ordinum conſenſu non expediuntur, quandoq́; cum exteris agendum accidit, ultrò ſequitur, propterea in Comitiis non tantùm legatos exterorum audiendos, ſed & de mittendis ad eosdem imperatoriis legatis cum Ordinibus communicationem habendam eſſe. Quemadmodùm ergò conſenſu ipſo majeſtatem Imperatoris non lædi, ſæpiùs inculcavimus, ſic eam communicationem non efficere, quo minùs

nùs essentialis legatorum & audiendorum & mittẽdorum potestas Imperatori tribuenda sit, colligere facilè est.

2. A singulis etiam Ordinibus, Principatus, Ducatus, &c. quos tenent, ratione, sive ad publicos Imperii conventus, sive ad exteros (eas ob res, de quibus cum exteris tractandi privilegium ab Imperatoribus habent) missos, Legatos appellari, analogum esse dubitari non debet, *vid. sect. præc. num. ult.* ne dicam, etsi in I. Recess. ab Ordinibus ad Imperii comitia missi, aliquoties, præter Ablegatorum, Consiliariorum, & Nunciorum (Abgesandtẽ/ Råthen/ Bottschafften) appellationem, etiam Legati, Gesandten/ vocentur, in

ipſis tamen aliquando Comitiis Kirchnero obſervatũ, & â multis publica jura docentibus relatum, ad diſcernẽdos Legatos generaliter nũcupatos, eos qui â ſuperiorem nõ agnoſcentibus miſſi eſſent, in ſpecie Legatos, Geſandten/ at qui ab Imperii Principib⁹ veniſſent, Ablegatos, Abgeſandtẽ/ publicâ hoſpitiorũ ab Imperii metatoribus curatâ inſcriptione nominatos fuiſſe. Imperatoris autèm, quà Imperatoris, (ſæpè enim Hipp. ab hâc cõſideratione abit, quã propoſitã habet) cui eſſentiale in Imperio Legatorũ jus competit, cum Ordinibus, qui privilegio, ſuæ ſolùm provinciæ ratione, ab ipſis Imperatoribus legatorum mittendorum atque audiendorum facùltatem adepti ſunt, incon-

cinna prorsùs instituitur comparatio. Propterea nec absurdum Hipp. videri debet, quòd a. 1576. præsertim in negotio, quod rogatu Ordinum, §. Wir haben auch ferners. *& seq. R. J. a. 1570.* jung. R. d. a. 1576. absq; Comitiis porrò ab Imperatore perficiendum erat, legationis instructionem ex Imperatoris Aulicâ Cancellariâ, ut loquimur, petendam fuisse, *d. R. J. a. 1576.* §. Und dieweil auch. quin si in Imperii specialiter ita appellatâ Cancellariâ, quæ itidèm Imperatoris est, instructiones expediantur, hoc Imperatoriæ majestati non obstare, rectè excussâ Imperii voce, non difficulter intelligitur. Legatio verò ista Moscovitica pro *re nō adeò arduâ* ab Hipp. nō satis dextrè

habetur, cum ea nõ modò Principem Imperii, tanquam caput, ac adjunctos Imperii jurium peritissimos, sed & singularem Ordinum contributionem desideraverit, *d.* §. Und dieweil auch. *cum seqq. R. I. 1576.*

3. Quæ toties de Regimento movet, Imperatoris potestatem non lædunt. Regimentum enim in Comitiis constitutum esse, & Imperatoris mandato substitisse, *sup. in c. 4 sect. 4 n. 3.* probavim⁹. Et generaliter nimis interpretatur I. Recessum, quando non solùm Ordinum Deputatos, sed ipsum quoq; Imperatorẽ â toto Imperio, quod vocat, componendarum in Belgio turbarum mandatum accepisse, non obscurè docet. Verba enim *R. I. a.*

1594.

1594. §. Dieweil dann vorangezeigt. *ibi:* Krafft gemeiner Reichs Versamlung auffgetragenen Gewalts: non ad vocem, Wir / verùm ad proximiora, Churfürsten / Fürsten und Ständen / referenda sunt, quod d. R. §. superior, Darauff dann Churfürsten. satis demonstrat, ubi non mandatum fuisse Imperatori, sed inter Imperatorem & Ordines cõvenisse dicitur, ut Imperator ad expediendum id negotium nõnullos (qui paulò post, *d. verbis d.* §. Dieweil dann. ex communi comitiali placito futuræ deliberationi, suscepto nimirum ab universis Ordinibus mandato, interfuturi perhibentur) ex Ordinibus seligeret, quorum consilio ac consensu (quò etiàm §. Nichts

deſto weniger. R. J. ann. 1603. pertinet) de re totâ ſtatueret. Cæterùm ejusmodi conſenſum, aut conventionem *(vid. ſup. n. 1, in cap. 4. ſect. 5.)* Imperatoriæ majeſtati non præjudicare, plus ſatis monuimus. Hujus tandèm ſectionis concluſionẽ, quâ Hipp. Imperatoris majeſtatem quaſi ad incitas redactã putat, iis, quæ hactenùs commentatus ſum, cùm univerſis, tùm quibus in ſpecie jura Comitiorum expoſui, aut nervis excidit, aut nimiùm me mea fallit opinio.

IN CAP. XV.

De his, quæ, excluſo reliquorum Ordinum Senatu, â Cæſare, & Electoribus ſimul, aut â ſolis Electoribus expediuntur.

SECT. I.

1. IMperatori nō legum tantùm latarum ſeu ſcripti juris, ſed & conſuetudinis ſeu juris non ſcripti-eſſentialem poteſtatē in Imperio tribuendam eſſe, (& conſuetudinis quidem, quòd actibus, undè colligatur, non contradicendo, ubi cōtradicere jure poſſit, quamcunq; conivēdi, aut non contradicendi cauſam habeat, tacitè eam approbare cenſeatur, vel Imperium, in quo jam recepta ſit, ſuſcipiendo anteceſſoris voluntatem ſuam faciat, juxta notata *ſup. num. 14 inc. 1.*) ea quibus Imperatori ſoli majeſtatē aſſeruim⁹, planum reddūt. Hinc porrò apparet, tàm cùm omnes Ordines ex veteri inſtituto novi Imperatoris creationi inter-

interfuêre, quàm cùm, quod poſtmodùm & conſuetudine, cui potentiores, excluſis cæteris, ſingulare jus uſurpantes anſam inprimis dedêre, & expreſsâ Imperii conſtitutione, quæ A. Bulla dicitur, ad certos Electores Imperatorem eligendi jus delatum eſt, hi iſtud hodieq; exercent, iſtam eligendi poteſtatem nec fuiſſe, nec etiam nunc eſſe Electoribus eſſentialem, præſertìm ſi perpendamus Imperatores ſub interregnis per jus fundamentale quaſi vivere, *ſupr. in cap. 1. num. 11.* nec id ab univerſis etiàm Ordinibus mutari debere, *ſup. in cap. 6. ſect. 3. num. 3.*

2. Etſi igitur eligendi facultatem Electoribus ſive conſuetudine ſive lege demandatam non

negem,

negem, non tamen ab universis Ordinibus, qui ipsi olìm potestatem commissam seu accidentalem exercuêre, sed ab Imperatoribus, qui essentiales legum atque consuetudinum autores sunt, & in jure fundamentali, quod Electores sequi tenentur, vivunt, eosdem Electores demandatam habere, evidenter colligo. Cæterùm totius Imperii interesse, ut rectè riteque fiat Imperatoris electio, libenter consentio; quemadmodùm etiam de Electorum origine Limnæi sententiam mihi non minùs, ac Hippolitho, iis tamen rationibus, quæ principia mea non destruant, complacere profiteor. Hodiè tamen, (ut hoc addã) etsi tàm Regis Romanorum, quàm

quâm Imperatoris electio solis Electoribus indubitatè competat, Osnabr. pacificatione, *cap. 8.* de electione Regum Romanorum in proximis Comitiis statuendum accepimus, sed qualis hæc futura sit decisio, tempus deteget.

3. Ut potissima Imperii fundamentalia jura recens electo Imperatori sigillatìm ob oculos ponerentur, inprimìs ut jurejurando astringendus, quid sui esset officii, uno quasi intuitu recordaretur, articulos eum in finem, paulatìm quidèm eò plures, quò Imperii jura certiora evasêre, collectos arbitror, quorum collectionem Capitulationem dicimus, quòd summa Imperii jurium capita comprehen-

hendit, propterea fortè rectiùs vocabulo, licèt æquè non sat Latino, haud minùs tamen alibi usitato, Recapitulatio vocaretur, quam Latini quoq; voce â Græcis acceptâ, Anacephalæosin nuncupant. Undè opinor, eâ Capitulatione alia non comprehendenda, quàm quæ jam in Imperio indubitato jure obtineant. Si nova addantur, tùm demùm valere, si etiàm consensu Ordinum in Comitiis stabiliantur, nisi contradicentes sibi invicèm leges simul in Imperio vigere posse absurdè judicaveris: *Imperii leges non nisi in Comitiis Ordinum consensu ferri posse*; &, *Imperii leges consensu quorundam Ordinum, nempè Electorum, rectè cōdi*. Cæterùm ea adjungi nova, & ab

ab Imperatore extra omnium
Ordinum congregationem, ju
re admitti credo, quibus Ord
num conditio melior redditu
& jura eorundem conservantu
magis, quàm destruuntur. Cu
jus rei argumentum, inter cæte
ra, in Banni materiâ Dn. Imp
Ferdinandi III. Capitulatio sup
peditat, ubi idem Imperator
Wir sollen und wollen auch fü
kommen. 30. ad consensum Ele
ctorum in Banni declaratione
adhibendum se astrinxit, qu
de re *supr. in cap. 11. sect. 2. n. ul*
Anteà Imperatoribus in Bann
declaratione nec universorum
Ordinum, nec Electorum con
sensu, ullâ juris necessitate, opu
fuit, per ea quæ *supr. in d. cap. 1*
sect. 2. scripsi; quis hinc non
gn

gnoſcet, quòd Imperator ſe nõ proprio tantùm, ſed & Electorũ conſilio, horumque conſenſu Bannum Imperii decreturum promiſit, omnium Ordinum cauſam hìc meliorem redditam? Imperatorem autèm eam ſolo Electorũ conſenſu meliorẽ reddere potuiſſe? cùm ubi omnium coſenſus negligi poſſe exiſtimabitur, quorundam conſenſum prætereundi jus Imperatori nemo juſtè denegaturus ſit. De ſimilibus idem ferendum judicium. Quibus ſic explicatis, & conſiderato vero Capitulationum uſu, non malè Electoribus, quibus Electionis negotium cõmiſſum eſt, Capitulationum quoque tractandarum poteſtatem conceſſam dicemus; quicquid

quid Hippol. indiſtinctè nimis pronunciet. Quod verò Oſnabr. pacis conſtitutio, *d. cap. 8.* de certæ Imperatoriæ Capitulationis conceptione in Comitiis agendum ſtatuit, cauſam aliam non conjicio, quàm quia Imperii leges generalibus Comitiis ſanciendas hactenùs Capitulationib⁹ inſertas fuiſſe exiſtimatum ſit: meum itaque non eſt, hîc certi quicquam definire. Ad depoſitionem Imperatoris quod attinet, cum de eâ in Imperio nullum jus fundamentale reperiatur, uti *ſupr. in cap. 5. ſect. 3. num. 5. & 7. junct. num. 13. ſupr. in cap. 9. ſect. 1.* vidimus, in hos, quibus jus illud, quod non eſt, competat, fruſtrà inquirimus: quamvis id in genere concedam, non

qui-

quib⁹ electio demandata est, necessariò quoque depositionem demandatam intelligi.

IN SECT. II.

I.

QUorumnam consensus hodiè requiratur in fœderum, & belli jure, *sup. in c. 9. sect. 1. n. 8. & n. 10.* in tributorum indictione, *supr. in cap. 12. sect. 1. n. 2.* exposuimus. Interim quando in Capitulationibus Impp. belli jus, non nisi Ordinum, saltèm Electorum, consensu exercendum statuitur, non quid jure antiquo obtinuerit, sed quid eo tempore juris fuerit, indicatur. Quin etsi Imperii consuetudine Ordinũ consensũ quondã hic semper requisitũ poneremus, nõ magis indè posteà cõtra claras Capitu-

latio-

lationes universorum Ordinum consensum omni casu in bello decernendo necessarium cum Hipp. judicaremus, quam ex veteri consuetudine contra A. Bullam non â solis Electoribus, sed omnibus Ordinibus Imperatorem eligendum concluderem[a]. Quia igitur quod consuetudine introductum aliâ consuetudine reformari, non infrequens est, in belli quoq; jure, etsi antiquitùs Ordinum universorum consensum necessarium fuisse demonstrâsset, (quod non demõstravit, nos tamen haud negamus) idem evenire potuisse, Hippol. reminisci, & potiùs pro Capitulationum sinceritate præsumere debuit, quàm contra eas suspiciosè loqui; & nunc etiàm, ubi

ubi ad comitialem Ordinum cõsensum perventum est, Electores juri suo cedendo novissimã pacificationem O. promovere, quàm illud præfractè persequi maluisse, credendum est.

2. Quæ de monetæ cudendæ concessione tradit, *supr. in capit. prox. praced. 14. sect. 1. num. 4 & passìm*, examinavi. Vectigalium jus olìm totius Imperii, quod Hipp. vocat, fuisse, quàm parùm ex antiquâ quadam Imp. Friderici II. reformatione probetur, ea quæ *sup. d. n. 4. in cap. 14. sect. 1.* notavimus, manifestum facient. Imperatoris peculiare Regale atque Reservatum (cujus vocabuli usurpationem suo loco excutiemus) expresse dicitur, *in R. I. ann. 1576.* §. Dardurch dann nicht

allein. *ferè in fin. Recess.* Vectigalium autem accipiendorum potestatem Ordines non ex se, sed ex privilegio, §. Wiewol auch der Abschied. *vers.* Dergleichen trägt sich. *R. J. a. 1530.* consequenter, quia singulare Imperatoris Regale dicitur, ab Imperatoribus habent, quam etsi hodiè sine Electorum consensu non concedant, nihilominùs ea Imperatorum propria manet, queadmodùm de monetalis percussionis concedendæ potestate docuim⁹, *sup. in d. c. 14. sect. 1. n. 2. & 4.* Hoc meritò Hipp. largior, qui absq́, Imperatoris concessione, & Electorum consensu, hanc potestaté sibi sumant, eos non modò Imperatoriã, sed & Electoralem dignitaté contemnere, inde tamẽ, eandem hîc, non dicam dignita-

tem, sed Cæsaris ac electorũ potestatem versari, minimè sequitur, textus ipse, *d.* §. Dardurch dañ nicht allein. contrariũ docet, qui etsi Imperatoris & Electorum dignitatem despectui habitam referat, ipsius tamen Regalis ac Reservati læsionem Imperatori illatam tradit. Id verò Imperatoris potestatem non afficit, Electorum consensus ex conspirantibus omnium votis æstimetur, an ex pluribꝰ, ita ut *ex. gr.* sex, vel septem votorum quatuor concordia esse sufficiat? Tantò etiã minoris negotii res est quod Imperator de Electorũ cõsensu unanimis aliquorũ, pluriũ sc. votis securꝰ esse potest. Et quod Imperator, si vota æqualia sint, alteri parti astipulando rem non con-

 ficit,

ficit, non indè est, quod cuiquã potestate cedat, sed quòd, qui nec omnibus cedit, inter suffragatores non numerandus sit, nec Electorũ libertas patiatur, ut absque eorũ cõsensu (consensus autèm ex votis æqualibus erui nequit) vectigalia cõcedantur. *vid. supr. in cap. 4. sect. 2. n. 11.* Frustrà quoq; omnium Electorum vota conspirant, si Cæsar vectigalia concedere nolit. Quibus omnibus an nuda propositio Imperatori relicta sit, Hipp. secum attentiùs putet.

3. Comitia Imperatorem cum Electorum consensu indicere, quod concedimus, Hipp. satis prolixè probat. Eadem olìm in Imperio ordinaria & annua fuisse, indistinctè nimis eloquitur, cùm

cùm Maximiliani I. Imp. ætate, quidèm tale quid ann. 1495. absque temporis definitione, ann. 1512. ad ſexennium, conſtitutum, neq́; tamen obſervatum reperiatur, quâ de re nos quoq́; *ſupr. in cap. 4. ſect. 4. num. 3.* egimus: quia verò annuatim comitia haberi convenerat, non aliquod ſingulare jus, ſed ipſa occaſio admonebat, ut locus, diesq́ue proximè habendorum comitiorum in proximè præcedentibus definiendi ſtatuerentur. Cameræ tamen Judici, ſi extra ordinem Comitia indicenda viderentur, poteſtas quidèm convocandi Imperatorem & Ordines data erat, ſed ſolo caſu fractæ aut turbatæ pacis publicæ, & nihilominùs iſtius poteſta-

tis vis penes ſolum Imperatorem reſidebat, a quo ſolo Cameræ Judex eam poteſtatem acceperat, Königl. Fried. *ann. 1495. tit.* Von der Uberfahrer des Friedens Enthaltung. Poſteà non ſolùm unico illo caſu, (quo adhuc denunciandi, ſed Regimento, facultas Cameræ Judici relinquebatur, Erklärung des Land-Friedens / *ann. 1500. tit.* von des Regiments Macht wieder die Friedbrecher.) ſed ob graviſſimas in genere cauſas ejusmodi convocatio, generalis quidem (ſi Imperator abſens eſſet) ei, qui Cæſaris nomine Regimento præerat, committebatur, non toti Regimento, cui quoque ſi id juris competiiſſet, quoniam â ſolo Imperatore mandatam poteſta-

ceſtatem habuiſſe alibi probavi-
mus, indictionem comitiorum
ità nihilomin⁹ Imperatoris pro-
priã fuiſſe, aſſerẽdum haberem⁹.
Hodiè Electorum conſenſum in-
dicendorum comitiorum eſſen-
tiale jus Imperatori non adime-
re, ea demonſtrant, quæ de eodẽ
conſenſu aliàs explicavim⁹. Nec
rectè argumentatur ex Electo-
rum requirendo conſenſu, Im-
peratorem hic Electorum placi-
tum ſequi debere. Nam aut
conſentiunt Electores, & tunc
hi placitum Imperatoris ſequun-
tur; aut diſſentiunt, & ſic Impe-
rator non Electorum, ſed ſui ipſi-
us, quod abſq; horum conſenſu
Comitia ſe non indicturum pro-
miſit, placitũ ſequitur, per regu-
lã Grotii *ſup. in c. 1. n. 14.* adductã,
 atq;

atq; ea quæ ulteriùs ibidèm annotavimus. Illud falsissimum, Electoribus instantibus, Imperatorem teneri invitum, ut Comitia denunciet. Quando hoc, *R. J. an.* 1555. §. Und so abermals. probare nititur, explodi magis, quàm refutari meret insignis illa verborum & captatio & corruptio. Ista enim, habe fürzunemmen und auszuschreiben / nō imperativè, sed conjunctivè proferri, quòd non particula, Das / (quam hìc substituit, etsi nec ea imperativum semper inferat) sed, damit / præmissa invenitur, vel pueri Donato militantes noverunt. Sic verba quoque, ohne allen verzug / nihil Hipp. sententiam juvant, nec enim iis quid Electores Impera-

tori

tori injungere queant docetur, ſed textum de ſolo majoris motus caſus agere, qui moram non admittat, indicatur, quo ſi Imperatori conſultum videatur, & Electores conſentiant, indictionem Comitiorum accelerandã eſſe non nego. Cæterũ ne eo quidem caſu regulam deſerendam cenſebo, usq; dùm Hipp. exceptionem, nedùm totius regulæ deſtructionem, meliùs, & clariùs probaverit. Ex Ord. Reg: *ann. 1500. tit.* Das Regiment mag die ſechs Churfürſten/*&c.* quomodò, Electoribus Cæſare refragante Comitiorum indicendorum jus tribuendum eſſe, argumentum duci poſſit, nimiùm ſagax fuerit, qui aſſequatur. Abſente Imperatore, Regimenti Præſidi

& Regimento certos Principes, soli Præsidi omnes Ordines convocandi potestas data, speciali etiam casu, quo Imperatori denunciatio faciẽda sit, Imperatore sui copiam non faciente, Cęsaris vicario & Regimento nihilominus cum comparentib⁹ Principibus rei expediendæ facultas concessa illîc traditur. Ut hinc suæ opinioni aliquem colorem affingeret, necessariò Hipp. probandum fuit, Electores indicendorum generalium Comitiorũ saltèm demãdatam potestatem (queẽadmodùm olìm Regimẽti Præses) habere. Hoc tamen etiã probato, (quod nunquàm efficiet, cùm aliud sit indicere comitia, aliud indictioni consentire) demandatam in Imperio potesta-

testatem tantummodò accidentalem esse, ipsius verò Imperatoris essentialem, Hippol. qui discrimen hoc agnoscit, inficiari non debet. Nec etiàm d. textu O. R. invito quicquam Imperatore fieri probatur: quin veritatē apertè Hipp. dissimulat, quando ea, in quibus nervus rei consistit, laudatis addere noluit, dasselb erfordern und beruffen soll gleichfals durch uns / oder den / so wir an unser statt setzen werden / beschehen. De speciali autèm absentiæ Imperatoris casu, cujus jam memini, quid sentiendum sit, quæ *supr. num. 6. in cap. 4. sect. 4.* scripsi, ulteriùs explanabunt.

4. Capitulationes Imperatorias Hippolith⁹ nō satis ruminavit,

qnod §. Und nachdem dasselbe (dasselbig/ *Ferdin. III.* §. 31.) Römische Reich. (Und nachdem das Römische Reich/ *Ferd. II.* §. 27.) *Capitt. Impp. Caroli V. Ferdin. I. Rudolph. II. Matth.* alienationes redituum Imperii approbari, iisq; ansam dari existimat, ubi planè contrarium statuitur, alienatos nimirum reditus Imperio recuperādos esse, nisi legitimo Electorum consensu alienati fuerint. Carolum IV. Imp. ob largas pollicitationes Wenceslai filii gratiâ factas publica Imperii vectigalia Electoribus profusè concessisse, haud inficior, sed dormitat Hippol. quando adjectâ hic de Electorum consensu clausulâ ipsos Electores ad ea retinenda injustè sibi suisq; prospexisse arbitratur.

Nàm

Nàm aut legitimo consensu cō-cessa, vel alienata sunt, & sic majoris tantùm cautionis ergò clausula ista addita est, sine quâ etiam Electores ipso jure securi redduntur; aut non legitimè ad Electores pervenerunt, & sic ut totus hic textus, ita ipsa inprimis adjectio Electorib[9] obstat. Quocunque tamen jure istos reditus Electores possidere cœperint, certè prudentiores sunt, quàm ut ejusmodi argumentis jura sua tueantur, quamvis, inter cætera argumenta, non hunc, sed alium Capitull. textum, *in* §. Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir. *Capp. Carol. V. Ferd. I. Rudolph. II. Matth. Ferd. II. & III. Jmpp.* ibi: Doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien/

Rechten / und Gerechtigkeiten unschädlich: (quæ exceptio Maxim. II. Capitulatione, præ cæteris compendiosâ, non apertè cõtinetur, sed intelligenda est) Electoribus subvenire putem, qui idem Capitulationis textus de quirendo circa gravandos, vel alienandos Imperii reditus, Electorum consensu directò disponit, ideoq; hunc Hipp. tanquàm hujus materiæ sedem, allegare debuit. Olim Imperatores incerto jure, nunc nullorum, nunc aliquorũ, nunc universorũ Ordinũ consilio, aut consensu, res Imperii oppignerâsse, vel transtulisse, antiquitatem recolentes deprehendent, undè hæc ut plurimum laxæ Imperatorum dipositioni relicta conjiciant, ut stupendi, ac do-

ac dolendi causam Hipp. non habeat, quòd negotium olim incertum hodiè in Capp. Impp. totius Imperii bono stabilem decisionem ceceperit. Neq; etiam in Imperii detrimentum vergere potest, quod tantùm Electorum consensus hîc requiratur, cùm ut alibi, ita in oppignerandis, aut alienandis porrò Imperii rebus legitimum eum esse oporteat, *d.* §. Und nachdem dasselbe Römische Reich. Rationes verò, quarè novissimâ Osnabr. transactione circa concessas in feudũ, & translatas Imperii ditiones universorum Ordinum, seu totius Imperii (ita enim hoc vocabulum ibi usurpatum invenitur, vid. *supr. in c. 7. n. 14. in fin.*) consensus adhibitus sit, in obscuro esse nequeunt.

5. Tan-

5 Tandèm Capitt. Impp. *Matth. Ferdin. II. & III.* §. Wir wollen und sollen auch. (de quo textu *sup. in cap. 11. sect. 2. num. 4.* qui est *in Cap. Ferdin.* III. *Imp.* §. 42.) Electoribus nimium tributum Hippolith. putat, quasi indistinctè, quicquid alicujus momenti sit, ibi ad Electorum collegium trahatur, quod secus est, vel saltèm contradictioni subjacet, per ea quæ *supr. d. num. 4. in cap. 11. sect. 2.* attigimus. Sed quicquid ejus sit, non advertit Hipp. hunc Capitulationis textum, non de magni momenti decisione consentiendi, sed tantùm cum Imperatore de communicandis ab eodem alicujus ponderis Imperii negotiis deliberandi copiam Electoribus facere: cui-

cuiq; interim Ordinum, ac universis etiàm Ordinibus, quæcunq; libertas, atq; jura, iisdem Capitulationibus, intacta servantur, præsertim §. Und in alle Wege sollen und wollen wir. *Capp. Car. V. Ferd.* I. *Rudolph. II. Matth. Ferd.* II. *&* III. *Jmpp.* ut de universorum Ordinum jure, ac libertate semper & ubivis altum silentium Electoribus fuisse, audacter nimis Hippol. pronunciet.

IN CAP. XVI.

De his, quæ soli Imperatori, in administratione Imperii relicta sunt.

SECT. I.

Hic

1. Hîc Hippolithum lubido incessit contemplandi ea Majestatis jura, quæ ab Imperatore liberè absq; ullâ alieni consensus necessitate in Imperio exerceri, & undè alterum majestatis soli Imperatori competentis argumentum elici *sup. in c. 2. n. 6. in fin.* diximus: agedùm in conspectũ ea nunc producamus, & partìm ê superioribꝰ repetamus. Omnium verò primùm negamus, in his solis Cæsaream, quæ sit, majestatem verti, ut Hipp. autumat, cùm hactenùs satis ostenderimꝰ, etiàm ubi Imperator leges sibi ipsi dicit, & rebus gerendis consensum aliorũ exigit, majestatẽ ejus integram retineri. Hinc est, quòd & ubi certo fundamentali jure, aut Ordinum consensu Impera-

perator aſtringitur, nihilominùs eidem Plenitudo poteſtatis (per quam non niſi ipſa illæſa maje-ſtas ſignificatur, *ſup. in c. 3. ſect. 1. n. fin.*) tribuitur. Sic A B. *de Imperialis poteſtatis plenitudine* edita dicitur, *in fin. pr. & t. 1. ac paſſim, A. B.* licèt univerſorum Ordinũ conſenſus acceſſerit; & paſsim in Imp. Rec. ſimile occurit, quod Reinkingius demonſtrat *tr. d. regim ſec. & eccl. l. 1. cl. 2. c. 2. inprimis n. 110.* Quomodocũq; igitur Hipp. poſt alios Plenitudinem poteſtatis deſcribere velit, certè per eam in Imperio intelligi po-teſtatem nullis regulis limitatam, haud concedo, ita tamen, ut eâdem majeſtas, cui per fundamentale jus, quo teneatur, nihil de cedat, rectè denotetur. Sanè,

dari

dari casum, quo Plenitudo potestatis eo sensu, quem Hipp. sequitur, accipi possit, *supr. in c. 4. sect. 2. num. 14. in fin.* vidimus, sed id ut non regulare, ita rarissimum est.

2. Porrò ea quæ nunc consideramus, quarè Reservata Imperatoris vocentur, Hipp. nobis explicãdi ansam præbet. Per reservatum alquando id quod Regale dicitur intelligi, *R. J. a. 1576. §. Dardurch dann nicht allein. ferè in fin. Recess.* probatur. Communiter tamen Reservati vocabulo majestatis jus, atq́, actus accipitur, quem Imperator liberè absque ullo aliorum consensu in toto Imperio exercere potest, ideoque Reservatum nuncupatur, non quod circa istum duntaxàt

taxàt actum majestatem sibi reservaverit, nec quod eum aut aliis comitti, (nam minorum feudorum Investitura, & præstandi propterea fidelitatis juramenti receptio Vicariis Imperii demandata reperitur, *A. B. tit* 5. & aliàs per totum Imperium valitura, ut Legitimatio, Doctorum, Notariorumq; creatio, &c. â multis commissâ potestate peragi noscuntur) aut per analogiam ab Ordinibus, suorum tantùm subditorum ratione, exerceri, (quò, quamvis controversa, jus aggratiationis, quod vocant, veniæ ætatis concedendæ, & similia referuntur) non patiatur, sed quòd talem actum, etiã cùm ipse aliis eum mandat, absq; ullo vel universorum, vel quo-

quorundã Ordinum necessario consensu, liberrimæ suæ dispositioni reservârit. Nec est, quòd ideò hîc plenam libertatem Imperatori in nonnullis cum Hipp. denegemus, quia aliquando taliter quoq́ue Imperii leges observare teneatur, *ex. gr.* ne de feudis regalibus aliter quàm secundùm Imperii justitiam judicet, ne investituræ tenorem immutet, ne investituram rectè petitam deneget, ne privilegia, & dignitates cuiquam in præjudicium tertii largiatur, &c. Nam plena illa libertas non in eo consistit, ut Imperii jura, quibus ipse se obstrinxit, violet, sed ut ejusmodi quid, quod ne universi quidem Ordines vel exercere, vel aliis mandare, vel invito Imperatori auferre, vel

dissensu suo impedire possunt, aut debent, peragendi in toto Imperio copiam habeat. Undè simul illud consectarium, quod *supr. in cap. 2. num. 6. in fin.* delibavimus, ultrò exit, solius Imperatoris potestatem, sive administrationem in Imperio essentialem esse, quam qui habeat, ei majestatem tribuendam, Hippol. ipse censet.

3. Illud, quod omnibus Imperatoris Reservatis præpollet, atq; certo, quamvis rarissimo casu Imperatori competit, eidem *sup. in c. 4. sect. 2. n. 14.* & ratione, & textu, assertum ivi. Inter Rerservata generatim referendum est, quod in Imperio tam in Comitiis, quā extra eadem totius Imperii ratione acta ubiq; solius Impera-

verti in eo, quando, & quibus conditionibus exerceri debeat, sed â quo essentialiter exerceatur, paulò superiùs jam ostendimus. Et quidèm Reservatum hîc subesse, si de veteri Imperii feudo investitura, vel investituræ renovatio fiat, minus dubii habet, at id maximè controversum est, si alicujus momenti feudum Imperio aperiatur, sicq́ue utile quōdam vasalli dominium cum directo Imperatoris & Imperii dominio consolidetur, posteà de novo tale quid (sive primitùs etiàm res alia) in feudum concedi possit, an Investituram consensus Electorum in concessione feudi præcedere debeat, & propterea prima Investitura inter Reservata Imperatoris non

numeranda ſit? Si conſenſum E-lectorum ita neceſſariò requirẽdum ponerẽ, nihilominùs eam Inveſtituram Reſervati naturã retinere, meritò dicerem, cùm diverſa ſint, feudum apertum de novo in feudum concedere; & de tali feudo inveſtire. Hoc Imperatorem absq; Electorum cõſenſu, eâ poteſtate, quam in Reſervatis attendendam docui, peragere poſſe, nemo juſtè negabit? Illud eundem cum conſenſu Electorum facere debere, (quo licèt poſito, Reſervatũ nihilominùs in Inveſtituræ poteſtate permanere jam indicavi) Hippolithus hìc, & multi aliàs ſtatuunt. Certè quod id Capitulationis textu, *in* §. Wann auch Lehen dem Reich. *Cap. Ferd. II. Imp.* (*ita & in*

Cap.

Cap. Ferd. III. sed in Capp. Carol. V. Ferd. I. Rud. II. Matth. incipit: was auch Lehen dem Reich.) Electorali voto Brandeburgico insistens, evincere nitur, vereor ne incassum laboret. Ibi enim de adhibendo aliquo cõsensu nõ agitur, sed tantũ de apertis non reinfeudandis, usq; dùm Imperii facultates reddantur meliores, undè ultrò sequitur, hoc eventu Imperatori eadẽ reinfeudandi copiã relictã esse, & ita rem ad priorem statũ redire, de quo ipse Hippol. dubitat, an eo circa reinfeudationem consensus Electorũ requirẽdus fuerit, quando fatetur, consensus iste adhiberi debuerit, nec ne, antequã iste articul⁹ Capitulationi inseri cõsueverit, sibi liquidò nõ constare, & propterea

ipſamquoq; Electoris Brandenburgici ſententiam de adhibendo olìm in Ducatus Juliaci conceſſione Electorum conſenſu in dubium vocat. Cæterùm Christiani II. Electoris Saxonis aſſertio quatenùs tolerari poſſit, ex ulteriori conſideratione iſtius quæſtionis, an in reinfeudatione (quocunq; tempore ea ab Imperatore fieri poſſit) conſenſu Electorum opus ſit? dijudicandum eſt. Qui affirmant, hoc maximè argumento utuntur, quod Imperatori nõ liceat rem Imperii absq; Electorũ conſenſu alienare, §. *ex Cap. Imp. alleg. ſup. in cap. præced. 15. ſect. 2. numer. 4.* Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir. id quod faciat, ſi feudum apertum (aperiri namque dici-

dicitur non tantùm Imperatori, ſed & Imperio) iterùm in feudum concedat. Sed hæc res tota dubio non caret: Vtut enìm generali alienationis acceptione, reinfeudatio contineri poſſit, adeò tamē laxâ, & ſolâ quidèm interpretatione, atq; ſic nullâ ſpeciali diſpoſitione ſpeciale, & certiſſimū jus abrogatū existimare vix integrum eſt, præſertim cum iſte Cap. articul⁹ abundè habeat alienationis, & deteriorationis, ut dicitur, magis propriæ, de quâ intelligi queat, imò de reinfeudationis materiâ peculiari alio articulo caveatur, *d.* §. Wann (*vel*, was) auch Lehen dem Reich/ ubi, cùm ad tempus reinfeudatio ſuſpendatur, Imperatori poſteà reinfeudandi facultatem ſal-

 vam

yam relinqui dubium non est, & tamen consensus Electorum hîc nulla plane injicitur mentio, quod utiq;, si in reinfeudatione eo, contra jus aliàs exploratum, opus esset, prætermitti non debuisset; ideoq; nunc prætermissum jus incorrectum arguit. Neque etiàm ideò, quòd *in. d.* §. Wann auch Lehen dem Reich. feuda illa, de quibus loquimur, Imperio & Imperatori (dem Reich und uns) aperiri dicuntur, Electorum consensus in reinfeudatione necessarius judicabitur, cùm quid per Imperium hîc denotetur, ea quæ aliàs de hâc voce tradidimus ostendant, &, inter cætera, non incommoda hic fuerit explicatio, quam *sup. in c. 7. n. 10. in princ.* retulimus: quin &

(dem

(dem Reich und uns) hîc idem significare possunt, quod *Nobis in Imperio*, uns im Reich; ut taceam, si per verbum, Reich/hîc Ordines intelligendi essent, malè propterea solis Electorib⁹ ejusmodi consensum adscriptum iri. Speciale autem, certissimum, & exploratum jus voco, quo apud omnes sive Longobardos, sive alios, quibus feuda in usu fuêre, aut sunt, cui feudum aliquod aperitur (ne de re primitus infeudandâ dicam) ei id absque aliorum consensu reinfeudare licuit, & licet. Hinc Archiepiscopus ne consensum quidèm Pontificis in reinfeudatione requirere tenetur, (quod majus est, si Imperatorẽ respiciam⁹, qui superiorem inter mortales

non habet) nisi juramento se id facturum promiserit, quo tamen etiàm casu aliquando Pontificis consensum præterire potest, *c. fin extra. de feud.* Et *c. un. pr. vers. Callidis insuper. 2. F. 55.* feudum ad Dominum liberè reverti statuitur. Cui libertati quantum in Imperio circa feudalia detractum sit, tantum, contra notissima jura, probari, nõ conjici debet. Feuda majora, seu alicujus momenti, Imperio aperta quò minùs Imperator statim iterùm in feudum concedat, expressa Capitulationis verba efficiunt: (quod tamen de Electoratibus Imperio apertis, quos quidèm eorum Imperator conferre potest, & iterùm sine morâ ex ratione satis perspicuâ in feudum

dum concedere opus habet, in-intelligi non posse, in obscuro esse nequit) in cæteris igitur nō mutatis jus clarum sequimur, hîc tantò magis, quòd domesticum Imperii jus reinfeudationem, & collationem, tum Electoratuum, tùm feudorum aliorum, Imperatori soli potiùs tribuit, quàm ut consensum, in jure feudali peregrinum, ei injungat, *A. B. tit. 5. & 7.* Num verò Imperator comunicato cum Electorib⁹ consilio ad feudi majoris collationem procedere debeat, *arg.* §. Wir wollen und sollen auch. *Cap. Imp.* ego in medio relinquo, cùm textum illum de cōsensu non agere, *sup. in c. præc. 15. sect. 2. num. ult.* monuerim. Exempla quoq; hîc satisfacere

 non

nihilominus ingenuè fateor, si Capitulationis dispositio mihi, quod Bocero contigit, ex solo Sleidano (qui rem omnē *l. 1 ferè in fin. ad a. 1519.* effert his verbis: *Imperii bona, quæ fortè vacabunt, nemini conferat, sed ad publicum patrimonium referat*) cognita fuisset, me sanè etiàm argumentis Boceri ductum, in ejusdem sententiam iturum fuisse. Et Limnæus quoq; *ad Capitul. Carol. V, d.* §. Was auch Lehen dem Reich. *verb.* Lehen. Bocerum à Sleidano fortaſsè deceptum sentit; ideoq; ipsum Bocerum falsè nimis ab Hippolitho habitum reor. Hactenùs de Investituræ, quin & generalius de Collationis feudalis Reservato, quod an externâ duntaxat specie

magnificum ſit, nunc quilibet arbitretur.

5. Reſervatum Imperatoris eſt, privilegiorũ per Imperium conceſſio. Undè Ordinum privilegia ab Imperatore, ejusq; in Imperio anteceſſoribus profecta dicuntur, §. Würde ſich aber. *R. J. Spir. a. 1542.* & paſsim alibi ſimilis locutio frequens eſt. Hipp. exemplis probare nititur, conſenſu Electorum hîc opus eſſe, ſed præterquàm quod exemplis limites ponere regulæ, periculoſum alias demonſtravi, adducta aut conſilium tantùm continẽt non modò Electorum, ſed & aliorum Imperii Procerum, aut ubi (præſertim ne Imperator propriæ cauſæ nimium tribuiſſe videatur, & aliàs æmulatio atq; invi-

invidia, aliorum, coërceatur) consensum præ se ferunt, necessàrium eum fuisse minimè evincunt, aut dere aliâ, quàm privilegii cocessione agunt, aut si consensum necessarium ostendant, rem narrant alicujus præjudicii, & consensum adhibitum docent, non quòd hoc Imperatoris Reservatum, seu privilegii concessio per se consensum requirat, verum per accidens, ob præjudicium tertii, cujus inprimis consensum adhiberi decet, ne Imperator Reservato suo inhærens, alterius jura, quæ conservare pollicitus est, pervertat, quod jam *sup. num. 2.* consideravi. Perlustret benevolus lector singula exempla, & facilè, quod dixi, reperiet, ut id

peculiariter hic â me applicari necessum non sit. Et ipse Hipp. videt, si vocabula captare velimus, quid ex antiquis istis diplomatibus eruere possimus", habere nimirum Electores etiàm Imperatoris actus confirmandi, ac ratificandi, ut vox sonat, potestatem, cùm tamen nemini non constet, Electoribus eam haud competere, isto potiùs jure Imperatorem in Electorum actibus uti, *supr. in cap. 13. sect. 1. num. ult.* Capit. autèm Imp. textum, quem Hipp. hic designat, de consensu non accipiendum aliquoties monui. Peculiare verò etiam Imperatoris Reservatum est, Ordinum jurium, ac privilegiorum, & actuum indè resultantium, confirmatio, de

de quâ *d. num. ult. jung.* §. Und in alle wege sollen und wollen wir. *Capitull. Jmpp.* Reservatum Imperatoris est, Advocatiæ in Imperio ecclesiasticæ jus atq; exercitium, de quo *sup. in cap. 8. num. 4. 5. & 6.* Jus tamen primariarũ precum non hinc oriri, sed Imperatori ex antiquo Pontificatu (*vid. supr. in cap. 8. num. 2. & 4.*) reliquum esse, & inter Imperatoris Reservata, quæ politicam potestaratem concernunt, haud recensenda puto. Reservatum Imperatoris est, dijudicatio caussarum regalium, de quâ *supr. in cap. 10. sect. 2. n. ult. & sect. 3.*

6. Cætera Imperatoris Reservata, quæ Hippolithus attingit, ad privilegiorum, & dignitatum, aut similum concessionem

nem referenda ſunt, quibus quæ opponit, ſi ad ſuperiùs dicta exigantur, ultrò evaneſçunt; nec merent cætera hæc vilipendi, quod facit Hipp. ſi inprimis iis, quæ jam aſſuerim⁹, cõjungãtur. Utut etiàm alquãdo contra Cæſarũ intentionem jus Comitivæ, quàm dicunt, Palatii in indignos fortè conferatur, propterea Hippolithus id quod confertur pro re exigui momenti habere non debet, niſi opinetur, tantùm quæ parvi momenti ſint, in indignos cadere. Imperiales Poſtas, quas vocant, inſtituendi jus non Imperatori, ſed Ordinibus competere, Hipp. *è Receſſ. I. Spir. ann. 1542.* §. Und damit man auch jeder. perperàm probat, cùm ibi non de generali Imperii

Poſtâ

Postâ sermo sit, sed speciali eâ, & extraordinariâ, quâ belli contra Turcam gerendi Dux eo tempora de rebus necessariis certior faciendus erat; neq; tamen patet, an vel illa Posta ab Ordinibus instituenda fuerit? atq; si fuisset, ratione hoc non caruisset, quòd Ordinum sumptibus id ut fieret, convenit, quali casu, absq; que Imperatoriæ majestatis læsione, Ordinibus ampliorem potestatem tribui, Hippolitho largitus sum *supr. in cap. 12. sect. 2. n. 2.* Non solùm Imperrii Principum, Ducum &c. creationem; sed & juris Statuum collationem Imperatoris Reservatis annumerandam esse, vel §. Nachdem auch noch etliche. *Rec. J. an. 1570. ferè in fin.* arguit; per accidens

enim

enim fit, ut hîc consensu opus sit, finimirûm talis collatio cæterorum jura tangat. Circa Regũ creationem, quæ dignitatũ concessione continetur, hîc non quæritur, an Principibus liberis, ut Reges ab Imperatore creëtur, consultum sit? anne magis propriè Reges dicantur, qui superiorem non habeant, quàm qui ab Imperatore creati ejus majestatẽ comiter agnoscant? in quibus, & similibus, Hipp. frustrà negotiosus est: verùm hoc docetur, ejusmodi creationem ad Imperatoris reservata pertinere, quod ea probant, quib⁹ Reservatorũ naturã explanavimus, & privilegiorum, atq; dignitatũ concessionẽ Imperatori attribuim⁹. Debebat Hipp. qui Imperii honorem, atq; incolumitatẽ se sartã tectã

cupere, videri vult, non fabulosâ Reguli Gallici Ivetotensis mentione nostri hujus Imperii præ cæteris Regnis eminentiã, ipsis quoq́; exteris indubitatã, traducere, sed illâ, etiã extra idẽ Imperium apud sum̃os Principes effectu haud carente, Regũ constitutione potiùs stabilire. Enimverò quomodocunq́ue alibi æstimetur, in Imperio nostro hanc Regum creationẽ in verborũ sterilitate haud verti, quod Hipp. putat, Regis Bohemiæ exemplo monemur, qui non modò seculiarib⁹ Electorib⁹ præfertur, nec in Curiæ Imperialis actibus cuiquã Regũ cedit, *t. 4. & 6. A. B.* (Imperatricẽ tamẽ quod antecedat, *t. 26. A B.* ne ordo Imperatoris & Electorũ interrumpatur, non

verò

verò majoris dignitatis ergò fieri, ratio indicat, cùm & aliàs Imperatrix ob eminentem dignitatem præ omnibus Electoribus trium pedum eminentiori sede fruatur, *A. B. tit. 28. §. Imperialis insuper.*) sed & privilegiis verè regiis honoratur, *tit. 8. A. B.* undè ejusmodi creatione insigne aliquod dignitatum concedendarum, ac privilegiorum saltèm confirmandorum Reservatum Imperatoris comprehendi constat.

7. Extraneum aliquem ab Imperatore civem Imperii effici posse, quando specialia cujusq; Ordinum jura non afficiuntur, tanto minùs dubii habet, quantò certius est, quòd quilibet Ordinum sui teritorii civicum jus cui-

cuivis conferre queat. Si jus Imperii civicum Imperator concedere potest, quid nî is, cui id ab eodē concessum sit, civicorum beneficiorum, ac munerum capax judicetur? quid nî igitur etiam civis Germaniæ factus officiorum Germaniæ civibus demandandorum particeps fieri valeat? Hipp. existimat, ita Imperarorem Germaniæ cives efficiendo legi, quæ solos Germanos requirat, illudere posse. Sed hoc ipsum in quæstione est, si Imperator factum civem Germanum civicis Germaniæ muneribus admoveat, an legi illudat? Spectanda est legis ratio, utrùm nomine communibus requisitis addito contenta esse possit, eoq; natio satis honoretur,

tur, ut exteri, cives facti, omnium æquè capaces sint, ac nati cives, an nativitatem adjunctam postulet, ne fortè genuinum nationis jus detrimento, aut injuriæ exponatur. Illud regulare est, quia ideò nomen acquiritur, ut rem comprehendat: Hoc quia abusus metum, qui jus regulare nemini adimit, præ se fert, non facilè præsumendum est, ideoq; ubi nihil ejus exprimitur, regulæ manet loc⁹. Cautim igitur Impp. Capitulationes, quæ solis Germanis certa officia assignant, *Capp. Carol. V. Ferd. I. Max. II. Rud. II. Matth.* (*hic quoq;*, §. Genanten unserm Hof-Rath.) *Ferd. II. & III.* §. Wir sollen und wollen auch unsere (Keyserliche *Ferd. I.*) Königliche. (cujus tamen §. limitatio extat

tat in §. Wir sollen und wollen auch allen. 39. *Cap. Imp. Ferd. II. & 43. Ferd. III.*) quamcunq; rationem foveant, verbis ipsis solam nativitatem exprimunt, *ibi:* Keiner ander *Nation*, dann gebornen Teutschen. Hinc infero, factos ab Imperatore cives non ideò muneribus istis non adhiberi, quòd non sint capaces, verùm quòd Capitulationes, quæcunq; aliàs subsit ratio, eos adhiberi vetent. Tantum de Imperatoris Reservatis, quæ ad emendatiora Principia, quæ tentavi, haud revocata, absq́ue fructu traduntur. His quæ dixi, & Imperatoriam majestatem ulterius demonstratam, & Hippolithi cavillas detectas confido.

IN

ſibus diversá poteſtate ordinatis, in quibusdam Imperii negotiis, accidentalis adminiſtratio ariſtocratica conceditur, ad politicam & Imperatoris & omnium Imperii civium ſalutem ordinata unio. Et quia unum duntaxàt in Imperio ex ſe agentem ſeu majeſtate pollentem dico, Imperii noſtri Statum Monarchicum eſſe, ſatis intelligor ſentire.

2. Huic deſcriptioni Hipp. ſequenti Capiti, totiq; adeò primę huic parti, concluſionem opponit, quâ Statum Imperii noſtri Ariſtocraticum ex diverſis Ariſtocratiis mixtum, ſed ejusdem Imperii adminiſtrationem (nimirum accidentalem, eſſentialis enim ipſi ſtatui inhæret, & cum hoc perpetuò eadem eſt,

 quod

quod nec Hipp. negat) Aristocratico-monarchicam statuit, ita etiam, ut propter pauca, quæ Imperatori, & quidèm non jura, sed simulacra relicta sint, monarchica unà dici vix mereatur: & hæc omnia pyramidis consideratione Reip. Venetæ ab alio applicatâ probè illustrari posse opinatur. Si superficiem lambere, & soli inani ornatui studere vellem, vel centum reperirē comparationes Imperio nostro accomodas, & eidem ipsam etiam pyramidem alio at longè meliori sensu applicarem. Sed sufficit mihi totius conclusionis basis, cui comparatio ea innititur, subruta; quemadmodùm hoc â me præstitum, & hujus capitis præconcepta, & falsissima

ſima principia; *præſertìm ſupr in c. 1. n. 15. & ſeqq. junct. comm. in c. 2.* abundè remota ſpero. Cæterùm ecce, in quod profundum ſe homo abjiciat! ut non ſine causâ ad Delii alicujus natatoris artem provocet. Fatetur, ex eâ administratione, quæ cuiquam proprio jure competat, de Reip. Statu judicandum eſſe. Dicit Electores & Imperatorem, quicquid in Imperio ſeparatìm administrent, non proprio, ſed Imperii, id eſt, (ſecundùm mentem Hipp.) Imperatoris, & univerſorum Ordinum beneficio administrare. Et nihilominùs ipſi Statui, qui non niſi ex eſſentiali ſeu propriâ administratione æſtimatur, ex Electorum administratione, quā accidentalē cōfite-

 tur,

tur, aliquod diverſarum Ariſtocratiarum ſingulare genus inſerit. Si reſpondeat, non deducere ſe peculiarem Ariſtocratiæ ſpeciem ab Electorum adminiſtratione, quâ ſeparatìm agant, ſed eâ, quâ in univerſalibus Comitiis ſuffragando præpolleant, enucleandum habet, cur quos, quæ peculiariter aliàs agunt, accidentaliter adminiſtrare docet, non etiam in Comitiis iſtis accidentalem eorum, & ab univerſis Ordinibus conceſſam eminentiam credat? aut ſi hoc haud placeat, cur quos in iisdem Comitiis eſſentiali poteſtate alios ſuperare cenſet, non potius inde peculiaria quoque, quæ præ cæteris exercent, eſſentialiter eos adminiſtrare præſumat, quàm ut iis-

dem

dem personis, licèt in diversis actibus; opposita tamen administrationis genera affingat? Sed quicquid reponat, præterquam quòd ipse difficultatem agnoscit doctrinæ suæ, hanc ab eodem defendi non posse, quin in sana politicæ doctrinæ principia peccet, ea quæ *sup. d. num. 15. & seqq. in cap. 1.* scripsi, demonstrant.

3. Ut tamen adhuc Imperatoris administrationem accidentalem faciat, refugium iterùm in vocabulis habet, quando ex ipsâ Friderici Barbarossę Imp. oratione, administrationem Imperii apud Imperatorem, apud Optimates autoritatem residere, probare cupit. Potuisset Hipp. si fontem Radevicum, (*de reb. gest. Frid. I. Imp. contin. ad Otton. hist.*

 libr.

libr. 1. cap. 27. ad an. 1158.) undè Sigonius hanc historiam hausit, adjisset, convenientius etiam proposito suo vocabulum piscari. Radevicus enìm vocem non *administrationis*, sed *ministerii* adhibet. At ægrè habuisset Hippolithum, si ibidem Imperatorem sese nõ Optimatum aut Imperii, sed Regis Regum ministrum appellare, intellexisset. Modò illa Imperatoris oratio non ostentationis causâ â Radevico, ex more, composita sit, nemo non sentit, eundem Imperatorem verbo, *autoritatem*, (quæ tamen hîc Optimatum consensum, aut simile quid, denotat potiùs, quàm essentialem regni administrationem, quia statìm addit Imperator: *Nemo nos pro libitu nostro*, absq; vestrâ sc. autoritate, id est,

consensu, aut consilio, aut temerè aliàs, *bella gerere putaverit*) quemadmodùm & quod Imperium Romanum, non suum, sed eorum, quos alloquitur, regnum vocat, affabilitatis laudem captâsse; reverà enim essentialem potestatem in fin. ejusd. orationis sibi tribuit, cùm bellum ex edicto superioris potestatis geri dicit, quod absque omni dubio à nemine nisi Imperatore edictum, ipsa historia ostendit: quamvis absq; hoc quoq; argumento de vocabulis laborare haud opus sit, ubi aliter etiàm de re ipsâ satis constat, ne hîc repetam, quæ de Friderico I. Imp. *supr. in cap. 9. sect. 1. n. 7.* attigi. Ferdinandum I. Imperatorem *in pr. R. Imp. an. 1559.* loqui de

de Imperii administratione accidentali, quam susceperit, nudâ assertione Hipp. obtinere nequit, ego sanè administrationẽ, cui Sceptrum, & Corona Romani Imperii juncta ibidèm dicitur, de aliâ quàm essentiali administratione accipiendam, haud assequor. In Wenceslai verò exautoratione Imperatorem non dici Ministrũ Imperii, aut partibus ejus fungi, *supr. in cap. 4. sect. 1. num. 2.* notavi. Et procederet Hippolithi ex inopiâ nobilioris potestatis de essentialis administrationis absentiâ præsumtio, si Imperatorem ideò, quod in Comitiis nobiliora Imperii negotia (quãvis ea non omnia) consensu Ordinum expediat, eadem essentiali Imperatoris potestati

ſtati haud obnoxia probaſſet, ha-
ctenùs probare quidèm voluit, an autèm rem præſtiterit, non meum, ſed tuum, lector candide, ſi præſentem animadverſionem perluſtrare, & perpendere dignatus fueris, eſto judicium. Hinc ſuſpecta quoque fit Hippolithi querela, quam ut alibi, ita in partis hujus concluſione effundit, quaſi Politico-Legiſtæ, quos nominat, qui ad Monarchiam Imperatoris credendam Principes etiam, â quibus in conſilium adhibiti ſint, erroribus ſuis induxerint, Imperii & Ordinum libertatem profanandi cauſam dederint. Meditare, lector, & conſidera, annon Cæſari Monarchiam denegando, & propterea quomodò Cæſaris po-

ratoris pugnavit. Non id eo à me ausu factum est, ut tanti viri superstitis vices hic subire viderer, (ipse enim in novissimæ sui tractatus *de reg. sec. & eccl.* editionis ad lectorem præfatione, per summariam sui operis defensionem, docto orbi argumentum præbuit, quomodò si particulatim omnia tueri per alia negotia sibi liceret, ingenii facultate jam dudùm explorata niti posset) sed ut necessariæ proprii scripti defensioni consulerem, quando interdùm meas quoq; rationes iis affligi sentiebam, quibus Reinkingii argumenta impetebantur. Cui viæ cùm hoc quoq; capite mihi insistendum sit, vix occurrunt, quæ pro meis rationibus scribam.

Ff 6 2. Quod

2. Quod nõ frustrà Imperator pro Monarchâ, & Capitè Imperii habeatur, neq́: colatur solis simulacris, cùm titulorũ eminentiâ ornatur, passìm ostendi: nec pudet Imperatores nostros summos admittere honorũ titulos, quos reverà merent, cum contrà veteres Romani Principes imeritò oblatos respuerint, ne quam vel tyrannidẽ, vel indebitã potestatem reverà, sed dissimulanter exercebant, acceptis titulis in vulgus proderẽt. Quòd Imperator non singulis solùm, sed universis imperet, *sup. in c. 3. sect. ult.* probavi. Quod deniq́; in Imperio juramentum fidelitatis soli Imperatori præstetur, ex iis quæ *sup. in c. 7.* animadverti, cognosci potest.

IN

Partis II.

CAP. I.

De primâ STATUS RATIONE, quæ consistit in studio concordiæ.

I.

MIrum non est, cùm pleriq; de RATIONE STATUS commentantes rei parùm, vocibus nimis inhærerant, multifarias reperiri Rationis Status descriptiones. Ut penitùs considero, Rationis Status appellatione quid rei communiter comprehendere intendant, describenda mihi videtur, quod sit *Reipubl. honestè, ac beatè*

conservandæ, & amplificandæ generalis conditio seu requisitum. Quo etiam sensu Interesse Reip. dici solet. Et Satus vocabulum hic generalius esse apparet, quam ut, quemadmodùm frequens est, solam Reip. formam significet: Nam Ratio Status per singula Reipublicæ pervagatur, & ejusdem quascunq; res, ac jura non contra domesticos tantùm, verùm extrinsecos etiã casus, machinationes, & impedimenta, in totius Reip. commodum conservari, atque augeri postulat, ac pro peculiari ratione Reipublicæ in individuo, peculiaribus quoque consiliis, actionibus, & cuiq; Reip. convenientibus mediis, quæ vocant, obtinetur, atque retinetur. In secundâ igitur

tur hâc parte Hippolithus quia Imperii nostri Rationem Status in sola ferè Imperii formâ seu imperandi modo considerat, non integram Rationem Stat' Imperii persequitur, quod tamen si â se præstitum putaverit, procul dubio haud animadversâ generali vocis *Status* acceptione, seductus fuit, quamvis ipsa quoq; Hippolithi Rationis Status descriptio, *in prolegom. de rat. Stat. in gener. section. 2. in fin.* laxior sit, quàm ut in solâ Reipubl. formâ vertatur. Certè ab eo, qui alios rem acu non tetigisse, nonnullos etiàm planissimè ignorare; facilè viderat, meliorem Rationis Status descriptionem exspectabam. Loco generis statuit, quod Ratio

Ratio Status sit *certus quidam Politicus respectus*, at quomodo ratio Status, ad quam respectum habendum docet, quādo omnia consilia, omnesq́ue actiones eò dirigendas scribit, respectus ipse esse queat? quomodo etiàm verbum, *Politicus*, quod est pars differentiæ specificæ, quam nuncupant, descriptionis genus intrare possit? Deindè iis, quæ differentiæ specificæ vicem gerere debebant, non exponit, quid sit Ratio Status, sed quid ad eam dirigatur, non ut indè rei, quam describere volebat, Esse exeat, sed iste effectús, qui demùm ê Rationis Status, seu rei describendæ essentiâ consequitur, salus nimirùm, & incrementum Reip. obtineatur. Atq́, ita Hippoli-

polithum planè non, & sic nec populariter, quod saltèm promittit, Rationem Status descripsisse comperies. Id fortè & hîc non prætereundem, quòd *Status* vox adeò latè pateat, ut non rarò abusivè & per translationem in genere tàm personarum dignitatibus, & conditionibus, quàm quibusvis etiam subditorum rebus alicujus momenti, atq́ue negotiis applicetur. Et quamvis propriè totius Reipublicæ Rationem Status etiàm ex administratione accidẽtali æstimandam, haud inficiar: si separatìm tamen singulorum Reip. Procerum jura & libertatem spectemus, non quidem totius Reip. at specialem singularis territorii Rationem Status observabimus,

bimus, nihilominùs analogam. *vid. sup in part. 1. num. 15. in fin.*

2. Malè autèm Hipp. numeris disponentibus primam, secundam, tertiam, &c. facit Reipublicæ Rationem Status. Non enìm ipsa ratione essentiæ suæ multiplex est, sed est generalis Reipubl. beandæ conditio, quæ omnes cujusque in Rep. administrationis, & juris fundamentalis, quarumcunq́, etiam rerum tàm gerendarum, quàm gestarum, speciales conditiones ambitu suo complectitur, quæ speciales conditiones etsi singulæ separatim ad peculiarem etiàm scopum tendant, & sic variæ sint, ac multiplices, collectæ tamen unicam Reip. conservandę, & augendæ metam propositam ha-

habent, atq; ideò, quatenùs universæ ad totius Reipubl. salutem, ac incrementum requiruntur, unicâ generali conditione, seu Rationis Status appellatione intelliguntur. Ubi igitur Hipp. in Imperio nostro distinctas facit Rationes Status, unicæ totius Imperii Rationis Status speciales conditiones, quibus collectis Ratio Status constituitur, cum ipsâ Ratione Status confundit.

3. Descendamus nunc ad particularia. Concordiæ studium, non per se, sed quatenùs ad Proceres Reip. refertur, specialis est Rationis status conditio, ideoq; rectè Hippol. Ordinum concordiam exprimit. Quin & assentior quidèm, hujus studium

Impe-

Imperio noſtro præ cæteris Rebuspublicis, nõ tàm conſervationis, (prę cæteris, dico, Rebusp.) quàm amplificationis ergò, omninò eſſe neceſſarium, atq; ita exuberantem concordiæ inter Ordines fovendæ neceſſitatem ad Imperii, tanquàm Reip. in individuo, Status rationis conſtitutionem facere, non tamen ob Hipp. rationem, quaſi ea ideò in Imperio, quod Ariſtocraticum ſit, requiratur. Præterquàm enìm quod indè pro ſpeciali Rationis ſtatus cujuslibet Reipublicæ in ſpecie, non Imperii noſtri in individuo, conditione habenda eſſet, (ita verò paſsim Hipp. diverſas conſiderationes cõfundit, quod hîc ſemel monuiſſe, ſatis eſt) Monarchæ majeſtate, atq;

atq; autoritate, quæ motibus civilibus remedium afferat, idem Imperium minimè destituitur. Non existimo, Hipp. contra evidentem experientiam judicare, quod Monarchæ adeo potentes sint, ut bella intestina â suis Rebuspubl planè avertant. Ita nisi censeat, ut censere nequit, quòd Imperium adeò exquisitis Ordinum dissidiis afflictum in eo statu, in quo innumeris abhinc annis constitit, hodieq; perdurat, Imperatorum monarchicam autoritatem, atq; potentiam, hactenùs præcipuam (Deo omnia moderante) fuisse causam, confiteri debet. Decantato isto Imperii interregno Respublica pessum ivisset, nisi in reddito Imperatore restituta autoritas

ritas rebus fermè deperditis remedium attulisset: Proximo seculo, cum de religionis, & ecclesiasticarum rerum dispendiis, quæ metuebantur, amoliendis diversæ religionis Ordines vehementer decertarent, quæ spes fuisset conciliationis, nisi Imperatoria autoritas pacem religionis dissidentib⁹ persuasisset? Secutæ de ipsâ pace religionis lites exitum, salvâ Republ. non invenissent, nisi eadem autoritas intercessisset. Ipsam tamen etiàm Imperatoriam potestatem aliquando difficilia obstacula habuisse, inficias haud eo, verùm non ideò, quòd rei reparandæ non suffecisset, sed quia, quòd in alterutrius dissidentis partem nimis cedere videbatur,

tur, altera pars in eas angustias se deductam deprehendit, ut suæ saluti aliter non putaverit consultum, quàm si summæ etiam potestati quocunque modo remoras injiceret. Ratio verò, quâ ducor, ut Ordinum concordiam Imperio, quemadmodùm cum cæteris Rebusp. ad conservationem, ita ad amplificationem in individuo necessariã dicam, est quod Imperium, concordiâ restitutâ, adeò aliis terrori sit, & ab omnibus reverenter habeatur, ut non solùm peculiaria jura, quæ ab exteris postulat, expeditâ viâ saltèm paulatìm obtinere queat, sed & finitimæ Respublicæ in quibusvis necessitatibus, ad nihil magis, quàm Imperii autoritatem

tatem ac potentiam refugituræ ſint, quod non absq́; inſigni Imperii incremento futurum, quilibet ſentire poteſt, ut ſic & nulla Reſp. concordiâ Procerum conſervata, majus augmentum per eandem acceptura ſit, quàm Imperium; cujusmodi ſalutem omnibus ferè numeris abſolutam eidem precor, promittere nequeo.

4. Rectè igitur Hipp. improbat talem ſermonem : *ad obtinendam religionem, & intentionem noſtram, opus eſt nobis ſeditiunculâ.* Qui ita ſentiunt, non ſolùm non perpendunt, ut ê ſcintillâ incendium, ita ê ſediciunculâ ſeditionem oriri, ſed omnem etiam rerum gerendarum rationem humanâ aſtutiâ meti-

metiuntur, & hanc nobis pro civili prudentiâ obtrudunt, atque aut Dei providentiam non credunt, aut divina consilia mortali astu impediri posse censent, quin nec considerant, prava ista consilia, utut aliquando tantilli temporis effectu non caruerint, omni ævo rebus gerendis perniciosum tandèm attulisse exitum, quæ omnia ulteriùs non persequor, ne vivendi, aut regnandi regulas extra propositũ tradidisse videar. Aliquid verò attigi, ut, quemadmodùm ratio Status res honesta est, ita illos, qui in ejusmodi strophis rationem Status colunt, minimè omnium intelligere, quid ratio Status sit, aut ad eam requiratur, quasi per transennã ostenderem.

5. Queritur Hipp. maluisse Proceres Imperii belli aleam subire, quàm compositionis remedium apprehendere. Querela hæc vana sit, nec né, non est aut indagare, aut judicare, mei instituti; adeoq́; etiàm an Protestantes isti, quorum propriam confessionem adducit, ejusmodi exprobatione digni sint, dispicere meum non est, ipsa horũ saltem verba præ se ferre, quòd bellum voluerint, ubi de compositione desperaverant, atq́ue ita se pacem bello prætulisse existimaverint, ij intelligent, qui Germanica legere poterunt. Austriacos verò Imperatores motibus civilibus in sui commodum delectari, eâdem facilitate, quâ Hipp. affirmat, Austri-

aci

aci procul dubio negabunt; à Geitzkofflero quoq; Cæsares indicari, quicquid de ejus opinione sentiendum sit, ex citatis verbis nequaquàm apparet. Cæterùm vellem explicuisset Hippolithus, quid inter civiles Ordinum motus ab Imperatoribus requireret? Non sanè imprudentes sunt, ut otiosi tragædias spectent, sed vigilantes Reipubl. salutem sic meritò curant, ne ejusmodi turbæ majestati Imperatoriæ vulnus inferant, quemadmodùm rectè Imperatores propter propriam beatitudinẽ Imperium salvum cupiunt, *sup. in part. 1. cap. 1. numer. 8.* Quò cùm collimant, si quandoque extra limites trahantur, quærere ausim, nunquid hìc tàm in

Imperatoribus reprehendendū, quàm civilium dissidiorum difficultati imputandum occurrat?

IN CAP. II.

De secundâ STATUS RATIONE, quæ in eo consistit, ne summus Magistrates, seu Principatus, in unâ Familiâ nimis diu continuetur.

In Sect. I.

I.

QUid in Principatu Aristocratico attendendum sit, cum Hipp. disquirere minimè opus est, quoniam Statum Imperii nostri Monarchicum esse, satis ostendi: ideoq; nec rectè ab antiquæ Romanæ Reip. imaginariâ

riâ, sive corruptâ formâ ad Imperiũ nostrũ inferri, nemo non sentit, præsertìm cùm nequaquàm facilè, quod Hipp. putat, Imperatoria dignitas in tyrannidem degeneret, quòd ea potestas fundamentali jure optimè munita est. Neque etiam, quid Romana curia in Pontificum electione observet, ad nostrum negotium transferri potest, præsertìm cùm Cardinales nonnulli, non tàm metu hereditarii juris, quo solo prætextu quidam usi videntur, quam Medicéæ potissimè familiæ odio, aut æmulatione, Juliani (vel Julii qui posteà nihilominùs, interjecto tantùm Adriano VI. sub Clementis VII. nomine Pontifex factus fertur) Medicéi

electionẽ dissuaserint. Etsi autẽ consentiam Hippolitho, ex electione Pontificis etiàm ejusdem cum antecessore familiæ, Pontificatus hereditariam successionem difficulter induci, indè tamen non sequitur, in Imperatorum magis, quàm Pontificum creatione istiusmodi successionem non admittendam esse, quod aut sentit Hippolithus, quando ejusdem familiæ continuatum Imperium nobis magis præcavendum dicit, aut adductâ illâ ex Guicciardino historiâ â proposiito planè digreditur.

2. De singulis hujus non modò sectionis, sed & capitis, subacta initur ratio, si utrum successio hereditaria, an electio in Republi-

publicâ Monarchicâ, ſeu Regno melior ſit, fixa ſtet ſententia. Actum agerem, ſi quæ à politicis autoribus in utramvis partem congeruntur argumenta, huc transſcriberem. Quæ qui recolet, ea facilè ſuperiora judicabit, quibus pro electione dimicatur: ideoq́; nunc tanquam indubitatum ſupponam, præferendã eſſe Regis hereditariæ ſucceſſioni electionem, modò ſit 1. interregnum brevius, & aliàs bonis legibus munitum. 2. eligentibus de regnandi conditionibus cum futuro Rege agendi facultas 3. præſertìm ipſa tota electio legitimi quidèm, at liberi judicii. Cùm verò nemo dubitet, quin hodiè Imperium electione deferri debeat, diſpiciendũ eſt,

an ea requisita electionis omnia in eodem observari, necesse sit, ut simul cognoscatur, an modus quo hodiè Imperium deferri solet, ab Hipp. & aliis culpari justè queat?

3. Antiquissimis Pricipibus Imperium Romanum quomodò obvenerit, docet egregius liber Onuphrii Panvinii de Comitiis Imperatoriis. Ut propria attingam, vix negari potest, in Imperio inde â Carolo Magno electionem semper locum habuisse, quamvis fatear, eam aliquãdo ita fuisse coarctatam, ut generis successioni similiorem æstimaveris, quemadmodùm id in Caroli M. proximis in Imperio successoribus Ludovico I. seu Pio, Lothario I. & Ludovico II.

col I. obſervare licet: & nihilominùs hos etiam Procerum cōſenſu, ſeu quodam electionis jure ad Imperium evectos hiſtoria docet. Carolus quidèm Magnus teſtamēto regna (inter quæ Imperium) filiis partitus narratur, ſed annales Francorum *ad a. 806.* â Francorum optimatib⁹ id confirmatum referunt. Iidem *ad a. 813.* Ludovicum, cæteris filiis jam præmortuis, â patre Carolo ad ſolennia Comitia evocatum, Imperatorem deſignatum teſtantur, quemadmodùm & Eginhartus *in vitâ Caroli Magni.* In Comitiis autèm etiàm Carolo Magno Imp. conſenſum Primorum neceſſarium fuiſſe, *ſupr. in part. 1. cap. 4. ſect. 2. n. 13.* vidimus. Ne tamen generaliter

loqui judicemur, Theganus omni exceptione major, quid in specie de Imperatoris Ludovici I. cognomento Pii creatione scribat, audiendus est. Is *de gest. Ludovvici Imp. cap. Strabon. 6. Supradictus*, inquit, *Imperator* (Carolus) *vocavit filium suum Ludeuuicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis, habuit grande colloquium cum eis Aquisgrani palatio, pacificè & honestè ammonens, ut fidem erga filium suum ostenderent, interrogans omnes à maximo usq; ad minimum, si eis placuisset, ut nomen suum, id est Imperatoris, filio suo Ludouuico tradidisset.* Quid his clarius? & quid tanto studio opus in Imperio, quod jure purè hereditario defera-

feratur? Quin *illi omnes responderunt Dei esse admonitionem illius rei*, uti pergit Theganus. *Susceptum est*, tradit Eginhartus, *hoc ejus consilium ab omnibus qui aderant, magno cum favore: nam divinitùs ei propter regni utilitatem videbatur inspiratum*. Hic tantum abest ut Caroli factum Proceres hereditario juri acceptum referant, ut etiàm divino, & tanquàm novo Caroli invento id ascribant. Undè satis opinor elucere, Carolum Imperatorem omninm potentissimum non mero jure hereditario Imperium ad posteros transmisisse, ut nec id cæteris seccessoribus tribuendum sit, quos itidèm in Comitiis de Imperii successione egisse,

ex historiâ cuivis studiòsè indaganti occurret. Et jam post Ludovicum II. Imp. electionis jus in Imperio satis evidens fuisse, Onuphr. Panvinius *d. libr. de Comit. Imper.* clarè ostendit, quamvis posteà seipsum corrigere videatur, quando consensum potiùs Procerum, quàm electioně intermistam dicendam putat, sed hæc non multùm hic differre autumo. Neq; tantùm Carolini generis initia successionem Imperii planè hereditariam præ se tulerunt, sed & postquá Germaniæ Regib⁹ Imperiũ peculiariter deberi cœpit, statìm ab Ottone I. sive Magno, in Ottoně II. & Ottoně III. ejusmodi successio devoluta videri possit. Nam haud assequor, cur Onuphr. Pavi-

vinius in Caroli Magni progenie, propterea quod ab eodem, & Ludovico Pio Imperium partum fuerit, Principũ consensum successioni meræ hereditariæ non præjudicare sentiens, (etsi id mihi non omninò probetur) ex eâdem ratione (quis enim ab Ottone M. Imperium armis denuò partum, & Germaniam restauratam, atq; amplificatam ignorat?) Ottonis saltèm familiæ, non obstante ejusmodi cõsensu, vel electione, hereditariam successionem tribuere noluerit? Scribit enim, *post Henricum ipsum*, (Aucupem) *omnes deinceps Germaniæ reges, qui etiam Imperatores vel designati, vel coronati fuerint, non amplius per successionem, sed ex principum suf-*

fragiis (*solâ Principum electione*, uti paulò ante loquitur) *ad Imperii fastigium evectos* fuisse. In Conradi quoq; II. seu Salici posteris excellens hereditariæ successionis jus conspicuum fuit, tanti æstimatum, ut Hinrici IV. tempore Pontifex, quò laxam adipisceretur, suisq; successoribus relinqueret, partes suas in Imperatorum creatione interponendi ansam, per legatum suum, cum rebellibus Principibus, in Comitiis Forcheimensib⁹ cōstitutionem ediderit, de non nisi solâ electione quoquam ad Regni & Imperii gubernacula admovendo. Bruno *in histor. de bell. saxon. Henric. IV. Imp. ad ann. 1077. Consensu*, inquit, *communi* (rebellium sc. Principum) *com-*

proba-

probatum, Romani Pontificis autoritate est corroboratum, ut Regia potestas nulli per hæreditatem (sicut antè fuit consuetudo) cederet, sed filius Regis, etiamsi valdè dignus esset per electionem spontaneam, quàm per successionis lineam Rex proveniret: si vero non esset dignus Regis filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus. Anteà tamen hereditariæ isti successioni electionem mistam fuisse, accedentibus Principum suffragiis, historiam legentibus obvium fit, quemadmodùm de ipso Imp. Henrico IV. idem Bruno *in præd. histor.* testatur, quod *regnum patris electione communi susceperit.* Quoties tamen electio prævalere voluit, non tantùm

tùm ante istã constitutionem, (quæ etiàm â quibusdam inter civiles discordias facta non ab omnibus æquè accepta est, uti nec omninò usu firmari potuit) sed pòst quoque, proximiores præteriti â motibus haud vacârunt. Quod inter Henricum II. Imp. seu Sanctum, & Echardum Marchionem Saxoniæ, Conradum II. Imp. seu Salicum, & Saxones Imperium sibi, tanquàm ex Henrico Aucupe prognatis, vendicare volentes; Lotharium II. seu Saxonem, & Conradum III. seu Suevum, quin & non minùs post notissimum illud interregnum inter Adolphum Nassovium & Albertum I. Austriacum, Ludovicũ V. seu Bavarũ, & Fridericũ Austriacũ, Alberti

Imp.

Imp. filium (licèt hic Henrico Lucelburgico imperanti acquieverit, cùm ab eo in ditionum suarum possessione firmaretur) res agitatæ affatim demonstrant. Et ut summatìm dicam, raro, nec sine prægnanti causâ, in Regum Germaniæ, & Imperatorum electione generis antecessoris ratio non habita est, rariùs etiàm, ubi habita non fuit, bella Imperio perniciosissima abfuêre. Quapropter Henricum VI. Imp. suâ jam ætate permotum legimus, ut tanto malo remedium inventurus constitueret, ne eligeretur, sed imposterùm hæreditario jure Imperator succederet, atq; hoc consentiente curiâ Romanâ vel invitâ, & LII. Principib⁹, quib⁹ Imperatores eligen-

ligendi jus fuerit, *Magn. Chron. Belgic. ad ann. 1194.* id quod superiùs memoratæ Pontificis, ac quorundam Principum constitutioni planè fuit contrarium. Gobelinus Persona, *Cosmodrom. ætat. 6. cap. 61.* contradictione Saxonum effectum refert, ut Imp. Henricus VI. eam constitutionem ultrò relaxaverit. Sanè talem constitutionem saltèm tentatam fuisse, ambigendum non est; & rem ipsam agitatam esse arbitror, cùm Principes filium ejusdem Imperatoris, puellum triennem, Fridericũ pro futuro successore agnoscerent, absque dubio in comitiis Geilenhusensibus, quibus *apostolicæ sedis* (Cœlestini III. Pontificis, quandò nondùm apertã inimicitiam
cum

cum Imp. Henrico VI. gerebat) legat⁹ interfuisse scribitur, *Lang. Chron. Citizens. a. 1195.* ad quem annum Friderici II. designata successio refertur. Et peculiaris alicujus juris in Fridericum collati non leve est indicium, quòd & puello fidelitatis juramenta præstita, & eidem Imperium diplomate à Principibus subsignato firmatum fuit, *Chronic. Abb. Ursperg. ann. Henric. VI. Imp. in fin. Godefrid. Mon. S. Pantal. annal. ad ann. 1196. Magn. Chron. Belg. ad d. ann 1194.* Sed de istiusmodi constitutionibus quicquid sit, omni ferè ætate nunc successioni præcipuæ electio aliqua, nunc electioni liberiori nonnihil successionis cum quodam juris prætextu

textu adhæsit, usq; dùm tandem per expressas Impp. Capitulationes (uti ê perfectiùs conscriptis Capitulationibus, inde â Carolo V. intelligere est, §. Und insonderheit sollen und wollen wir uns auch. *in Maxim. II. Cap.* §. da wir aber. *14.*) liberum eligendi jus constanter introductum fuit. Non nescio, uti Hipp. conqueritur, ita plerosq; alios existimare, cùm indè ab Imp. Alberto II. seu juniore, ultra duo secula, cõtinuâ serie, ex Austriacâ familiâ Imperatores electi fuerint, aliquando etiàm, ut olìm, vivente adhuc Cæsare Rex Romanorum, seu futurus Cæsaris successor designatus, plenam illam eligendi libertatem jam dudum exulâsse. Sed non satis attendunt,

dunt, libertatem haud decedere electioni, si longo quamvis tempore ob evidentem utilitatis, atq; salutis publicæ causam, certæ familiæ hæc immoretur, atq; si vivo Imperatore Rex Romanorum constituatur, ne ista publicæ salutis, atque utilitatis causa naufragium patiatur, maximè quãdo mortuo Imperatore vel diversa ambientium studia, vel varia Imperii Procerum consilia electionis negotium, ipsosq; Electores animi suspensos facere queant: verùm indè demùm electionem arctari, si quodam juris hereditarii prætextu misceatur, quod ante Capitulationum Impp. certitudinem factum est. Quòd autèm hodieque electioni successio aliqua ad-

hæret,

hæret, nullâ fit juris necessitate, sed solo prudenti utilitatis publicæ respectu, qui plenam eligendi libertatem non tollit, nec proprias Impp. confessiones, hucusq; toties *in Capp.* iteratas, vanas reddere potest. Et cùm hactenùs ab Electoribus meliorem rationem iniri potuisse, quàm ut Imperatores Austriacos eligerent, â nemine probatum sit, tantùm abest, ut Austriacis Imperatoribus vitio verti possit, quod suorum dignitati ac conservationi studuerint, ut etiàm in Rempublicam injusti, nedùm generosæ indolis vacui ab omnibus judicarentur, si res suas desererent, modò posteaquàm Electoribus alia electionis ratio ineunda visa fuerit, omni privato

vato respectu abstinuerint, de quo nemo justè conqueri potest, quamdiu isti eligendi modo, qui ultra seculum pacatissimus fuit, Electores insistendum duxerint.

4. Quibus omnibus constat, contra expressam Capitulationẽ ab Onuphrio Panvinio Ferdinandi I. Imp. electionem ad genus coactæ electionis malè referri, & ejusdem istam electionis liberæ & coactæ distinctionem jam dudùm locum in Imperio haud invenire. Quin potius Protestantes Principes, si id, quo caveri volebant, ne ex eâdem Principũ familiâ tres Reges aut Imperatores Ordine crearentur, in Imperio pro lege promulgatũ fuisset, electionem non liberam, sed

ſed arctis concellis incluſam ipſi rediđiſſent, quoniam ita tertium ejusdem familiæ, etiamſi Imperio maximè utilem, Electores neceſſariò prætereundum habuiſſent, quem, ſicut & cæteros, propter Imperatoriam Capitulationem, quâ tamen etiàm tùm gaudebāt, liberè nunc, & absq; ullo præſcriptionis metu, eligere, aut præterire poſſunt: ne dicam, quæ familia expreſſæ, nedùm ſæpiùs repetitæ, Capitulationi haud ceſſerit, eam nec ulli alii legi locum daturam. Superiora quoq; præcedētis numeri altiùs repetii, non ſolùm ne quis fortè cum Hippolitho, ubi hereditarium viſum eſt Imperium, electionis jus defuiſſe crederet, ſed &, quando electio in

in Imperio evidentior fuerit, ut successionis plerumq; etiam rationem habitam, ideoque nihil hujus, quasi etiam rei in Imperio novæ, familiæ Austriacæ exprobrandum demonstrarem. Quis eandem potiùs non extollendam judicet, quam multorum annorum haud interruptā dignitatem meruisse, Electores liberis suffragiis toties judicarunt? Porrò ex hactenùs dictis apparet, Imperium nostrum hodiè istâ conditione felix esse, quam in optimâ Monarchæ electione præcipuè requiri, *supr. num. 2.* dixi, ut nimirùm ipsa tota ejus electio liberi sit judicii. Cæteras quoq; conditiones in eodem Imperio etiamnum florentes, introductas esse, ea quæ

in A. B. de electionis formâ, Vicariatu Palatini, & Saxonis, & similibus ibi, ac aliàs constituta, noscuntur, Capitulationes item Imperatoriæ abundè testatum faciunt.

5. Postquàm verò, cùm successionis nulla fuit habita ratio, omni ætate Imperio exitiosa, extitisse dissidia, quæ etiàm ipsam gubernaculoru mutationem necessariò ferè secuta fuerint, compertum habemus, & rem totam accuratiùs consideravimus, Innocentii III. Pontificis, & Francisci I. Galliarum Regis judicium, utut Hippolitho prudentissimũ, nihil moramur. Si res ipsa eos haud refelleret, causæ sat esset testimonia, quibus suspectiora isto in negotio orbis

orbis non habet, solùm rejiciendi. Cogitare saltem debuit Hipp. istâ inprimis ætate Pontifices, ut causæ suæ inservirent, contraria quoque edidisse judicia. Cælestinus III. Pontifex (Innocentii III. Pontif. antecessor) primùm Friderici, Henrico VI. Imp. nati, designatam successionem non improbabat, cùm suis cupiditatib⁹ Henricũ istum penit⁹ speraret obsecuturum: ut deindè res secùs cecidit, aliud videbatur minaturus, si vitam retinuisset. Successor Innocentius III. id pertexere volebat, ideoque Suevos persequebatur, atq; hereditarias successiones damnabat, quando adhuc in parte adversâ spes collocatas habebat: ut hîc quoque res malè successit, sententiam mu-

mutavit, & Fridericum, Henrici VI. filium, cui etiàm Cœlestinus Papa infanti hereditariam quasi successionem destinari assensus erat, ê Siciliâ evocatum ad Imperium admisit, non ampliùs eam, quam anteà in Philippo fratre timere videbatur, hereditariam successionem, ne in ipso quidem Imperatoris filio, metuens. Egregium verò à talibus acceptum testimonium! An autèm hæc Pontificis, & Francisci Regis effata, cum nondum clara Capitulationum dispositio omnem hereditarii juris prætextum amovisset, aliquo loco ponenda fuerint, nunc non edisseram, certè Guicciardinum prudentem historicum non suum, sed Regis (sanius procul dubio, si

æmu-

æmulatione, quâ præ Carolo Imperium obtinere cupiebat, vacuus fuisset) judicium depromere, Hippolithus ipse videt, præsertim cùm Guicciardinus clarè profiteatur, Franciscum Regem speciosas magis, quàm bonas rationes adhibuisse, qui etiàm ea, quæ experierit, facilè crediderit. Interìm Hipp. non rectè cum Guicciardino generis init rationem, quando Fridericum III. Imp. pro Alberti I. Imp. fratre habet, neque enim illum hujus fratrem, sed patrui magni nepotem genealogia demonstrat.

6. De Protestantium consilio, quo de Imperatore ex eâdem familiâ vice non interruptâ tertiâ haud eligendo agitatū olìm fuit,

num. præced. 4. vidimus: nec cavillum iſtud, quo Hipp. Electores incuſat, reſponſione indiget, cum prudens rei geſtæ ratio in aprico ſit. Ne verò uni familiæ aſcriptam, cæteris ademtam Imperii poſſeſſionem exiſtimemus, Capitulationes hodiè inprimis abundè provident, proindè de antiquis Sabinis allata, planè etiam diſſimilia, huc minimè pertinent. Illud profectò nemo ſanus ex continuâ Auſtriacorum ſucceſſione eliciet, ſolos Auſtriacos Imperatoriarũ virtutum capaces judicari, aut ipſos de ſe ita judicare. Familiam iſtam virtute & prudentiâ inſignem eſſe, ipſa quoq; invidia loquetur, at quid nî igitur cenſendum, eandem maximè deteſtari

ſtari eam adulationem, quâ cæteros ſemper Principes imperandi arte poſt ſe relinquere dicatur? Veruntamen Status Imperii noſtri non hanc ſolùm, ſed & ex propriis facultatibus aliis acquiſitam potentiam, (qualem & ad Auſtriacos devoluta regna, atq́ue hereditariæ ditiones, certa contra vim externam propugnacula, & eorundem facultates imperatoriis expenſis pares, præ cæteris afferunt) ac præcipuè indè ultrò profluentem inter tot maximâ libertate donatos Imperii Principes eminẽtem, majeſtatiq́; convenientem autoritatem in Imperatoribus requirit. Objicit Hippolith9, prodi libertatem Ordinum, ſi Imperator ratione Imperii impenſas

ſas faciat, undè nimium ſibi in Imperio arrogare poſſit, ſed nõ perpendit, jus Imperii fundamentale, quod maximam partem Capitulationibus comprehenditur, certius eſſe, quàm ut propter impenſas illud, ſi maximè conetur Imperator, deſtrui queat; & jam dudùm Imperatores, ubi ordinarii reditus Imperii ſuſtentandæ Imperatoriæ dignitati non reſpondent, ad domeſtica auxilia recurriſſe, nec propterea quicquam Ordinum libertati detractum iviſſe. Sanè cùm urgentiores Imperii ſumptus faciendi ſunt, in Comitiis quidèm tributa extra ordinem indicuntur, ſed liberrimo Ordinum conſenſui relicta: ſi verò electo mediocrium facultatum Impe-

Imperatore, jam nō extra ordinē, ſed ordinariâ lege, quā Hippolith⁹ ſuadet, etiàm ad Imperatoriā dignitatē cōſervandam, annuum tributū conſtitueretur, quis non videt, hoc Ordinum libertatem multùm debilitatum iri? Et præ契 vilissima foret autoritas Imperatoris, quem Ordines annuo quaſi ſtipendio alerent, cùm tamen omnium Ordinum maximè interſit, ut ea magna & in Imperio ſumma ſit. Potentia ejusdem, etſi in Imperio ſumma, non poteſt univerſis Ordinibus tantis libertatibus munitis nimiæ formidini eſſe, ipſi autèm Ordines, cùm tantis privilegiis, tantâq; libertate etiàm ſeparatim ſinguli polleant, ſimultatibus (quæ inter tot æ-

qualiter ferè potentes vix præcaventur) se invicèm perderent, nisi maxima (quid enim hic mediocris valeret?) Imperatoris autoritas, atque potentia intercederet. Et quanti intersit, ut Imperator non tantum Imperatoriis virtutibus excellat, sed & fortunæ bonis floreat, vel solo Rudolphi I. Imper. seu Habsburgici exemplo docemur. Si enìm eo tempore ditissimus Imperii Princeps Rudolphi arté imperandi calluisset, longè meliùs, opinor, cum Imperio actum fuisset, si hunc, Rudolpho præterito, rerum gubernaculis Principes admovissent. Sed fata talem non tulèrunt, ideoque eum eligere necessum erat, qui pacem Germaniæ deploratissi-

mæ

mæ restitueret, etsi Italiæ res cum magno Imperii detrimento deseruerit, quas simul cum Germaniâ reducere potuisset, si fortitudini res familiares respondissent. Cum enim hic Rudolphus, virtute licet insignis, mediocriter dives esset, qualem Imperatorem Hipp. exigit, Germaniam quidèm fortitudine atque prudentia suâ, & quidèm vix nisi contractâ cum potentioribus affinitate, ac singulari amicitiâ, pacatam reddidit, & ut potentiam suam in eâdem stabiliret, ejus amplas nonnullas ditiones in suos transferri, providè curavit, sed nihilominùs facultatibus inferior, ne Germaniâ discedens eâ fortè iterùm turbatâ reparandâ, novâ quoq; expe-

ditione majores ſumptus erogando, rerum gerendarum nervis planè excideret, non modò Italiam non inviſit, ſed & aliquam ejus per Legatum curam habuiſſe, contentus, multa jura atq; privilegia, cum inſigni Imperii damno, civitatibus præſertìm Hetruſcis vendidit, ut accepto pretio, Imperatoriæ dignitati conſervandæ ſubveniret. Quæ omnia, poſt accenſam Dei juſtam iram, (etſi ad Cæſaris factum ejusdem culpa non acceſſerit, ut alibi docebimus) tot ditionum in Italiâ ab Imperio poſt interregnum divulſarum verãm & proximam exhibent cauſam, eum enìm effecerunt rerum ſtatum, qui cæteris deindè etiàm Imperatoribus neceſſitatem

tem ferè imposuit, ut pleraque Italiæ paulatim dimitterent, & tantùm non negligerent, aut plerumq́; eorum, quæ vel repeterent, vel retinerent, honorario solùm directi, quod nuncupant, dominii titulo, absq́; aliquâ insigni utilitate, acquiescerent. Nam vix dubito, quin Rudolphus Imp. adhuc cautelâ quâdam usus fuerit, quando Italiæ civitatibus Imperii jura vendidit, ut nimirùm Imperio directum illud dominium servaretur, quod non obscurè innuit Cuspinianus, *de Rudolph. Cæs. Id*, dicens, *profectò omnes attestantur, quod ab omnibus pecuniam recepit libertate concessâ, & imperii fideles pronunciavit.* Quæ aliter non intelligo, quàm ut plenâ quidèm

libertate civitates donatas putem, ut tamen earum cives, vel gubernatores nomine tenùs Imperii fideles, seu vasalli haberentur. Idem loquendi genus, parùm mutatum, Krantzius adhibet, *Metropol. libr. 8. cap. 40.* In quo imitati videntur Blondũ *alleg. â Sigonio de Regn. Ital. lib. ult. ferè in fin. ad ann. 1286.* & ipse Sigonius ibidèm non omninò sui juris factos innuit, quos *libertate redemptâ, præcipua* (non igitur universa) *ad eam rem privilegia* (non igitur libertatem ita integram, ut directi Domini privilegia concedentis respectus omnis tolleretur) *elicuisse* scribit. Simile quid de Romandiolâ (antequã sc. Pontifici concessa fuit) ex Blondo refert Nauclerus,

Chron.

Chron. vol 3. gen. 43. ad. an. 1282. ubi eam â Cæsare Rudolpho, *privilegio* minimi tributi (quale tamen in dictis civitatibus retentũ haud legitur) *sub imperii titulo liberam esse dictam*, testatur. Et relictum fuisse Imperatoribus, sive Imperio nostro quendam in civitatibus istis etiàm Hetruscis titulum, secutorum Imperatorum res gestæ declarant, quibus, non obstante illâ libertatis donatione, Imperatores earum ordinatione exclusos esse noluisse constat, quamvis eædem civitates, semel adeptâ libertate, cùm quidvis moliri, quâm Imperii jura subire mallent, Imperatoribus ea semper obstacula moverint, quæ accedentibus Caroli IV. Imperat. & filii

filii ejus Wenceslai ultroneis alienationibus, defensionem Italiæ, quemadmodùm jam dixi, Imperatoribus aut impossibilem, aut difficilem, aut infructuosam reddidêre. Atque tamen, ut ad rem redeam, illâ Rudolphi Imp. ætate utilior Imperio non repertus est, cùm, si Imperator factus non esset, (modò humanis hîc uti liceat conjecturis) fortasè Germania cum Italiâ pessum itura fuisset. Quid nì igitur etiàm hinc malimus, quando licet, familiæ & artis imperandi non nesciæ, & optimis facúltatibus instructæ Imperium deferre, præsertìm cùm hereditariæ successionis metum Capitulationes eximunt? Consilium tandèm, quo ab Electoribus

bus eos reditus, quibus Carolus IV. Imp. filio Winceslao Imperatoriam dignitatem emercatus fuerit, Imperio reddi cupit, post tot confirmationes Electoribus factas, serò nimis affert, & id aliàs ejusmodi est, quo pleraq; totius orbis â possessoribus suis transferenda essent. Si tamen hìc Electores se Hippolitho, modò Diis placuerit, morigeros præberent, nondùm hi reditus Austriacorum facultates adæquarent, multò minus eorum ditiones, atq; regna, Germaniæ periculis opposita, compensarent.

IN SECT. II.

I.

QUamdiu Imperii utilitas exigat, non tantùm ut de certo suc-

ſucceſſore Auſtriaci Imperatores ſoliciti ſint, ſed & absq; ullo coactu familiam ſuam Imperatoriâ dignitate exornent, iisdem non invidendum eſſe, *ſupr. ſect. præced. ferè in fin. numer. 3. verſ. Non neſcio.* annotavimus. Ipſe Hipp. fatetur, ut pravæ aliorum ſpes cohibeantur, referre, ne ſucceſſor in monarchicâ inprimis Republicâ in incerto ſit: neque tamen ſufficiens adduci poterit ratio, cur non id in regno quod electione defertur, æquè ac in hæreditario utile ſit, ſi ſatis lege caveatur, ne, cum Regis ſuperſtitis aliàs futurus heres eligitur, hereditaria indè reddatur regni ſucceſſio. Neque ſolùm in Imperio noſtro futuri ſucceſſoris deſignatio non improba-

probatur, ſed etiam Electores vivo Imperatore, ſi res poſtulet, licèt eodem absq́ue juſtâ causâ diſſentiente, Romanorum Regem eligendi jus habent, §. Und inſonderheit ſollen und wollen wir uns auch. *Capp. Impp. Matthiæ, Ferd. II. & III.* Et vel hinc agnoſcat Hippolithus, quæ de Ariſtocratico Principatu tradit, huc non eſſe applicanda, quamvis etiàm iſta ſententia de non deſtinando alii, Principe vivo, Ariſtocraticæ Reip. Principatu, valdè mihi ſuſpecta ſit, cùm Democraticum quoq́; Principatū etiâm heredibus cum ſummâ utilitate deferri, vel ſola Belgarū Reſpublica, quæ conſanguineo Principum ſuccedentium regimine optimè floruit, teſtari poſſit.

ſit. De Venetorum Rep. Polonorum, ac Bohemorum regnis quæ Hippol. profert, res noſtri Imperii non afficiunt, & extra rhombum illam de Bohemiâ inter partes acriter agitatam controverſiam refricare affectat, quam nos, etiam quòd publicis ſcriptis diſcuſa eſt, meritò nunc præterimus, neq; an veneti, Poloni, aut Bohemi ſana ſemper conſilia, & juxta Reip. ſuæ naturam iniverint, diſquirere noſtri eſt inſtituti.

2. Ubi verò aliàs conducit, ut vivo Principi ſucceſſor deſignetur, nimiùm timet Hippolithus, ne Principis viventis poteſtate, ac machinationibus electionis jus evertatur, cum Reſpublica citra talem etiam caſum jure fun-

fundamentali benè muniri possit, quemadmodum in Imperio nostro Capitulationibus factum reperimus, ideoq́; quid Jovius de Electorum suffragiis, vel Imperii successione senserit, nobis obstare nequit, qui satis ipse prodit, ullam se hâc de re Imperii nostri juris fundamentalis aut Capitulationis notitiam haud habuisse; Ratio satis jejuna est, & æmulationem redolet, quam adducit Hipp. uti ea continetur in Trithem. *Chron. Sponheim. ad ann. 1291.* quarè Principes Albertum Rudolphi I. Imp. filium vivo patre Regem Romanorum creare noluerint, (plerosq́; tamen Electores Alberto favisse verisimile est, qui eundem mortuo parente ad Imperium

rium evocârunt, *M. Albert. Argentin. in Chron.* ſaltèm hoc, antequàm â Moguntino deciperentur, Brandeburgenſem, Saxonē, Palatinum, & Trevirenſem feciſſe, credibile eſt, ex Cuſpin. *de Adolph. Cæſ.)* quâ eâdem multas vivis Imperatoribus factas ſucceſſorum deſignationes immeritò caſtigares, neq; etiam electum Regem Romanorum vivente Imperatore imperio pollere, ut hoc caſu duos Reges, vel Imperatores in Imperio nutriri dicas, notius eſt, quàm ut demonſtrari debeat. Quàm infelix autèm Principum fuerit conſilium, quo Albertum & vivo, & mortuo patre repudiandum censuêre, tàm ex integri ferè anni interregno obitum Rudolphi

phi Imp. insecuta incommoda, quàm dira Anticæsarum bella docent, & nihilominùs tandem Albertus ad Imperium evehendus fuit. Quin idem Albertus hereditariæ successionis prætextu utebatur, teste ipso Trithemio, *Chron. monast. Hirsaug. ad ann. 1292.* quem hodiè Austriacos Imperatores remisisse, Capitulationes abundè probant, ut mirari Hipp. non debeat, confidentius posteà, & apertissimâ utilitatis ratione, ex eâdem familiâ Imperatores lectos, atque sæpius hactenùs Imperatoribus vivis eorundem vel filios, vel agnatos, successores destinatos fuisse. Satis quidem constat, Ferdinandi I. electionem vivo Carolo V. Imperat. factam ab Ele-

Electore Saxoniæ, atque aliis, impugnatam fuisse, sed quo jure, nondùm liquet, præsertìm cùm fœderi eâ de causâ inito renunciaverit, de quo *supr. in part. 1. cap. 9. sect. 1. num. 11.* Et solitariæ causæ lusum committit Hipp. quando ideò improbandam Regum Romanorum electionem sentit, quòd ubi Imperatores non fuêre absentes, nihilominus instituta reperitur: nàm gravis futura Caroli V. absentia, etsi maxima, sola tamen haud fuit electionis Ferdinandi causa, sed quemadmodùm variæ rationes aliæ Regis Romanorum creationem superstite Cæsare suadere possunt, & hactenùs suasêre, ita Caroli V. tempore, inter cætera, religionis dissidium, &

& Turcarum vis atq́; potentia, requirebat, ne successor Imperii in incerto esset.

3. Consilium quod attinet ab Archiduce Maximiliano Matthiæ Imper. datum, malè ex eo Hipp. ipsius Imperatoris animũ colligit, qui ad ea, quæ illîc de designatione successoris Imperatori relinquendâ, & exercitu ad rem efficiendam sustentando contineri dicuntur, (quæ maximè vitio vertuntur) omninò nihil respondisse legitur, *actor. publ. Londorp. tom. 1. lib. 2. cap. 15. m. pag. 26. & seq.* potiùs ecclesiastici Electores successoris designationem acriter flagitâsse, inibi deprehenduntur. Et Maximilianum ipsum ita consuluisse, minimè liquet, cùm per lega-

tum ad Electorem Saxoniæ missum constanter id inficiatus sit. *d. actor. publ. tom. 2. libr. 3. tract. 3.* ubi §. Und weil E. L. verba Electoris Saxonis: Weil E. L. (intellige Maximilianum Archiducem) selbst das spargirte Bedencken für verkehrt: verbitterte Erdichtung und wieder derselben Gedancken und intention dergestalt befunden/ daß sie sich zu demselben nicht bekennen können noch wollen. Quis autem cùm Hippol. credat, Austriaci legatum adeò potuisse fieri stolidum, si certo scivisset, consilii Maximiliani non adulteratum exemplar secum haud fuisse allatum, aut allatum excusationi intimatæ non respon-

ſpondiſſet, ut ad iſtius exhibiti-onem ultrò ſe offeret? Quis iti-dèm propterea, quòd ejusmo-di exemplari ad aulam Electora-lem, poſtquàm domum rever-tiſſet, transmittendum recepe-rit quidem, ſed nihilomagis transmiſerit, (quod tamen æquè Hipp. ac me latet) Maximiliani excuſationem ſuſpectam red-dendam duxerit? cum poſteà i-pſe Maximilianus non immeri-tò â nominis ſui gloriâ alienum exiſtimare potuiſſet, ut qui nul-lo authentico documento con-victus eſſet, nimiæ purgationi ſe dederet. Quin arbitrari fa-cilè potuit, ſi crederetur falſus, quando conſilium, uti perpe-ràm editum fuiſſet, pro ſuo non agnoſceret, pro falſo quoque

habitum iri, quando ipse incorruptum ederet.

4. Quæ tandèm Hipp. Dn. Ferdinandi III. hodiè feliciter imperantis electioni, & juxta Jovii judicium Austriacis affingit, superioribus haud difficulter diluuntur: nec est, quòd claris Imperatorum verbis solas conjecturas opponat. Nos enim potiùs sub ratione ab Electoribus huc usq; observatâ, non tantùm speramus, sed & confidimus, Austriacos Imperatores potestate suâ non abusuros, & quamdiu rerum argumentis destituimur, suspicionibus, aut querelis non indulgemus, *uti supr. in sect. præced. num. 3. in fin.* Cætera tibi, optime maxime Deus, ut omnia, curæ sunto.

IN CAP. III.

De tertiâ STATUS RATIONE, quæ consistit in eo, quod communi omnia consilio peragi debeant; ubi in specie de Comitiis.

SECT. I.

1.

NOn in Aristocraticâ solùm, aut Democraticâ, sed & Monarchicâ Rep. magni momenti pleraq́, communi cõsilio in Comitiis expedienda esse, & Monarcham, quamvis necessario Procerum consensu ea expediat, majestatem nihilominùs solum retinere, *sup. in part. 1. cap. 4. sect. 2. numer. 1. & seq.* animadvertimus, ut Hipp. ad discernendas verarum Rerumpublicarũ for-

 mas

mas, communi consilio, an ex nudo arbitrio paucorum, vel unius Resp. gubernetur? (quæ consideratio ad Dominium vel Tyrannidem vel Reip. corruptionem, & Rempublicam dignoscendam facit) frustrà dispiciat. Id potiùs in quâvis Rep. pro dijudicandâ formâ spectandum est, quibusnám circa ea, quæ in comitiis communi consilio peraguntur, jus decernendi competat? Hoc in Imperio nostro ad solum Imperatorem pertinere, *sup. in part. 1. d. cap. 4. sect. 2. num. 9.* ostendimus.

2. Comitiis â Carolo M. habitis, potestate Imperatoris, ac Procerũ, hodierna Imperii nostri comitia esse similia, quicquid hic muscam elephanto

com-

comparari Hipp. putet, *supr. in part. 1. d. cap. 4. sect. 2. num. 13.* notata evincunt. Et quæ de Comitiorum nostrorum, atq; Regimenti ordinatione tradit, *sup. in part. 1. d. cap. 4. sect. 4. num. 3. & cap. 15. sect. 2. num. 3.* examinavi. Videtur autèm Carolo V. Imp. imputare, quòd restituto Regimento annua comitia abolita sint, cum tamen ad Regimentum ordinandum Carolum Imper. Capitulatione astrictum fuisse, haud ignoremus, §. Darzu ein löbliches Ehrlich. 3.

3. Rectè quidèm asseritur, libertatē tolli ab eo, qui comitia tollat, sed non ubi aliquandiu intermittantur, ea sublata esse, aut protinùs ibi tyrannidem exerceri, existimandum est. Nam

civilia quoq; bella, vel ſola, vel externis mixta, efficere poſſunt, ut ad comitialem deliberationem perveniri aut planè, aut cum fructu nequeat: talia autèm bella (quæ ſæpiùs ex perſuasâ utrique parti juſtitiæ causâ oriuntur) neceſſariò ex tyrannico regimine oriri, nemo civilis rationis compos affirmabit. Hujusmodi etiam fuêre, quæ Imp. Ferdinando II. obicem poſuerunt, quò minus generalibus Imperii comitiis frui potuerit, quemadmodùm hoc multis demonſtravit in propoſitione cõventus Ratisponenſis ann. 1630. *in actor publ. à Londorp. inchoat. tom. 3. lib. 2. tract. 26.* Opinatur Hippolithus, ſtatim poſt finitum bellum Danicum tranquilliores

liores fuisse Imperii res, quàm ut universalis Ordinum congregatio omitti debuerit; sed nescio quid Hipp. in mentem venerit, cum hæc assereret: quis enim ignorat, eo tempore non modò res Stralsundenses, & Suecicos apparatus certissimum, & illud mox secutum atrox bellum indicâsse, verùm etiàm nunquàm magis utriusq; religionis Ordines, ob gravaminum, quæ vocant, copiam, & restituenda præcipuè ecclesiastica bona, in diversa ivisse, & apertâ diffidentiâ certâsse, ut vix cum Electoribus nonnullis deliberationem inire, Imperatori licuerit?

IN SECT. II.

I.

TAnta fuiſſe utriusq́ue partis gravamina, & tàm acriter utrinq́; agitata, ut longo tempore nullo cum fructu, animis potius magis magisque exàcerbatis, comitia exierint, negare nolo, at penes Imperatores earum rerum culpam reſediſſe, ex tractatione quæſtionis, cuinám in Imperio gravaminum diſcuſſio tribuenda ſit? quomodò eluceat, nequaquàm comperio. Gravamina illa, quæ quidē in Comitiis ſive moventur, ſive diſcutiuntur, vel verſantur inter Imperatorem, & univerſos Ordines, hic quàm difficile ſit, de Imperatoris culpâ judicare, ea quæ *ſup. in part. 1. c. 3. ſect. 2. n. 9.* ſcri-

ſcripſi, commonſtrant, vel verſantur inter Ordines, hæc (ſive Imperatorem ſimul tangant, ſive ejus cauſa his nō ſit immixta) Ordines vel generaliter, vel ut Ordines diverſarum partium tangunt; illîc vel ut univerſos, & tunc quando gravamina ordinario modo per claſſes Ordinū conſenſu diſcuſſa ſint quicquam peccâſſe Imperatores, Hippolithus nec docuit, nec docere potuit; vel ut ſingulos, & quamdiu hîc Imperii jus cōtroverſum fuit, utrùm dicto ordinario modo, an amicabili compoſitione gravamina tolli debuerint? (quod pacificatione demùm Oſnabr. deciſum reperitur) quid eſt, quod Imperatorib⁹ imputem⁹? Quæ verò gravamina ut diver-

iarum partium Ordines concernunt, ea ferè ſunt, quæ ex diverſâ religione originem ducunt, hæc quomodò decidenda fuerint, omnium acerbiſſimè & arte & marte diſputatum eſt. Hujusmodi igitur gravamina quod tali certamine non minuta, ſed aucta fuerint, Imperatoribus, quibus ordinario remedio uti haud concedebatur, aſcribendum eſſe, Hipp. non nudis verbis, ſed reapſe probare debuit, niſi exiſtimet, quia nulla pars alteri cedere voluit, ideoq́; comitialis Ordinum conſenſus fruſtrà requiſitus fuit, plenitudinis poteſtate Imperatoribus (circa ea quidèm quæ religionē ipſam non concreverint, *vid. ſupr. in part. 1. c. 4. ſect. 3. num. 1. & ſeqq.*)
uten-

utendum fuisse. Verùm huic viæ non insistendum, prudenter judicârunt, cùm ut hanc etiàm tentavêre, Imperium nimiis motibus involutum iri, facilè prospicerent, *vid. in part. 1. cap. 4 sect. 2. num. 14 & sect. 3. n. 5. in fin & num. 11.* interim tamẽ iisdem vitio haud vertendum, si ne Respublica corrueret, Imperatoriam simul autoritatem, quæ inter tanta dissidia negligi videbatur, meliori quovis modo tuendam duxerunt. Cùm etiàm potestatis plenitudinem Imperatoribus Hipp. planè denegat, clarè edocere debuit, quâ ratione ipsis gravaminum litem determinare integrum fuerit, aut si quæ peculiaria remedia adhiberi cæpta sint, per solos

Imperatores ſtetiſſe, ut vel acceptarentur ea, vel repulſam ferrent.

2. Undè porrò conſtat, de jure diſcutiendorum gravaminum Hipp. nimis confusè loqui, & propriè hoc, atq; regulariter Imperatori in Comitiis competere, licèt pro diverſis negotiis diverſo modo. Et quòd Imperatores permittunt, ut Ordines de gravaminibus, quibus invicèm diſſident, ultrò tranſigant, non magis hinc gravaminum diſcutiendorum jus Imperatoribus denegandum eſt, quàm judici judicandi poteſtas, ſi partes litigantes relicto ordinario judicio controverſias ſuas amicâ transactione ſopiant: quamvis ſi ex Ordinum amicâ compoſitione

one jus aliquod Imperii emergere queat, Imperatori adhuc jus approbandi competat, quod alleg. ab Hipp §. Weiter/nachdem die Geistliche. R. I. a. 1530. satis ostendit, ideoq; ibidèm omne illud, quod eâ approbatione continetur, Imperatoris Constitutio, unser Constitution, vocatur.

3. Non ergò Hipp. ab Imperatoriâ potestate alienum putet, si pro gravaminibus tollendis etiàm ab ipsis Ordinibus, abundantiâ, & summo pacis studio, expressè imploretur; nec quicquam hìc ab Imperatoribus, quod eis haud competat, usurpatum agnoscat. Cùm autèm ipse doceat, sæpiùs Imperatores, quantũ in se fuerit, gravaminum emendationem pollicitos esse, apud hos

hos eam voluntatem perdurâsse statuendum est, quamdiu non probatum fuerit, per eosdem factum, quò minus promissa impleverint. Geitzkoffleri quidèm consilium ratione cuivis perviâ nititur, sed præterquàm quòd notum est, istum ea consuluisse, quæ â solo Imperatore sine majori turbarum incendio præstari non posse, reperta sunt, absurdè profectò ex præbito consilio, itèm ex dilatâ gravaminum decisione, ac Comitiis toties propterea iteratis ad Imperatorum culpam infertur. Atq; ita ego in hâc sectione nullum planè argumentandi artificium deprehendo.

IN

IN SECT. III.

I.

Hâc ſectione Hipp. probare vult, Imperatores Ordinib9 oneroſa effeciſſe comitia, unico hoc ferè argumento, quòd poſthabitis Ordinum gravaminibus, de ſubſidiis pro defenſione Ungariæ contra Turcam conferendis in Comitiis principaliter egerint. Non arbitror, adeò Imperatores haberi imprudentes, ut ſi Ordinum gravamina æquè facilè emendari, ac cognitâ Turcarum irruptione Ordines ad auxilia conferrenda commoveri, potuiſſe ſenſiſſent, non maluerint præ omnibus, quò promptiores & aptiores eſſent ad ejusmodi auxilia ſuppeditanda Ordines, pacato Imperio uti,

uti, quàm ferventibus Ordinum gravaminibus, sibi ipsis Ungariæ defensionem difficilem reddere. Quia vero gravaminum negotium majoris molis erat, quã ut subsidiorum erogandorum necessitas propterea suspendi potuerit, haud improbandum est, Imperatores malo, quod primùm curari poterat, remedium adhibuisse, ne hujus neglectione utrumq; tandèm insanabile fieret, & Imperii extremam ruinam accelerarei, quemadmodùm qui, relictis â quibus flammarum injuriâ excluditur, incendio eripit, quæ præ manibus sunt, vituperari haud debet.

2. Quarè & Rudolpho II. Imp. sive primò, sive principaliter ab eo dicas auxilium contra Turcam

cam flagitatum, vitio haud vertendum est, quod nondùm sanabilia paulatìm, & alio tempore, curanda, remedium verò quod recenti malo præsens esse videbat, haud procrastinandum duxerit. Undè tamen Hipp. immeritò colligit, eundẽ Imp. parùm sui memorem, rem privatam publicæ prætulisse, quia aliâ vice ejusmodi procrastinationes inutiles fassus sit. Nàm quid mirùm, quod Imperator post illam, de quâ Hippol. loqui incipit, dilationem, tandèm per quatuordecim annos re interminatâ, emendationem toties differri, minùs è re Imperii esse dixerit, ideoq; Ordinib⁹, ne re infectâ discederent, persuadere voluerit? Quin Hippoli-

polithus, cum indè, quod Imperator Rudolphus contributionem contra Turcam ſolicitans, gravaminum deciſionem differendam cenſuerit, eum publica privatis poſtpoſuiſſe conjiciat, ex propoſitione ejusdem Imperatoris, in Ratisbonenſibus comitiis ann. 1608 habitâ, quâ Imperatorem, etſi Turcica ſubſidia requiſiverit, nihilominùs gravatorum reſtitutionẽ haud extrahendam ſuaſiſſe, ipſe Hippol. docet, ab Imperatore publica minimè neglecta, elicere debuit.

3. Qui verò ab ipſis Auſtriacis Turcam excitari putant, ii ſanè eosdem ſummæ ſtoliditatis arguunt, quaſi non intelligant, quantum referat, ne barbari hoſtes

ſtes vel in minimo irritentur: & nimis puerilia, atq́; ſervilia ipſis affingunt, qui eos de Turcarum motibus, de quibus cuiq́ue, nedùm perſpicaciſſimæ comitiali congregationi, non procul â barbaris irruptionibus diſſitæ, conſtare poteſt, falſos rumores alere criminãtur. Veriſimilis quidèm de Turcicis invaſionibus fama, uti ipſos Imperatores, ita Ordines in Comitiis fallere aliquando poteſt, ſed inanis nequaquá conſiſtet, usq́; dum propterea Ordinibus tributa Imperatores extorqueant, idcircò hæc & ſimilia contemni potiùs, quàm refelli merent, & nimis vanus eſt Hipp. cùm talibus delectatur. Ut ſingula in compendium conferam, quis credet, Imperatores ab

res ab Ordinibus, qui in contributionis negotio summâ libertate pollent, invitis, & absque insigni causâ, tributa contra Turcam obtinere potuisse, ut & Imperatores potiùs, quàm ipsam rei necessitatem, comitia Ordinibus onerosa reddidisse dicat?

4. Nemo quidèm ex me requiret, ut singulos Imperatorum actus defendam, & ingenuè fateor, huic rei me haud sufficere; quin nec Protestantium actiones omnes, salvâ conscientiâ, pro iniquis habere possum, attamen nec ausim cum Hippolitho, quoties pars aliqua castigationem postulare videatur, ex dissidentis partis testimonio, vel rationibus eam de-

depromere. Partibus ipsis fortè condonandum, si quæque fragilibus etiàm argumentis, aut nudis assertionibus adversam impetat, ideoq; quòd Saxoniæ Elector, & Hassiæ Landgravius, â Carolo V. Imp. proscripti, inter cætera, testimonio Gallici Legati causam suam exornare voluerint, & uniti, qui dicuntur, Principes per Legatum, Principem Anhaldinum, præter alia, contributionem quasi quodam tantùm prætextu exactam Imperatori Rudolpho II. in mentem revocare studuerint, autoribus quidèm tuendã committere Hippol. debuit, sed suum de iis judicium suspendere, quia, utut pro certis habenda existi-

existimaverit, nihilominùs perpendendum habuit, quemadmodum uniti Principes, qui plerasq; Rudolphi II. Imp. actiones jàm improbabant, quædam eidem ex concepto dolore objicere potuerint, quib⁹ se partis haud offensæ judicio vacuum sciverit, ita Saxoniæ Electorem & Landgravium nimio fortè existimationis suæ tuendæ studio Imp. Carolo V. ea exbrobravisse, quæ ne ipsi quidèm, sed alius acceperat, non ex ore ipsius Imperatoris, sed legati Galliæ, ejus nimirùm nationis, quam Carolus sibi ne quidèm in ipsis induciis, quam nec pace factâ æquam reperit.

5. Urget porrò Hippolithus, Ungaricas expeditiones non directò,

rectò, sed tantùm consequenter ad Imperi salutem conferre, ideoq́; his non debuisse alia Imperii negotia postponi, & quia hoc factum sit, Imperatores privatum potius, quam publicum commodum spectâsse. Verùm jam respondi, Imperatores non quasi principales, quas vocant, Imperii res Ungaricis negotiis postposuerint, sed quia illis remedium invenire nondùm potuerint, hæc tanquàm remedium admittentia, primò sanâsse, ne dicam consequens aliquod periculum ita sæpè comparatum esse, ut si negligatur, donec principale seu directum malum indè emergat, medica manus ei nimis serò adhibeatur, & sic illud quod adhuc timetur, non

nunquàm potioré, quàm quod præsens est, curam exigere; quò etiam collimant ea, quæ â Cæsare ann. 1603. in Comitiis Ratisb. de Turcicis periculis proposita ab Hipp. adducuntur, sed secùs ab eodem explicantur. Nec negabimus, Turcicas expeditiones principaliter Regno Ungariæ, consequenter Imperio profuisse: quid tùm postea? an Imperium consequenti periculo non est eripiendum, ne Ungaria directâ ope fruatur? vel, an Imperatori invidendum, si principaliter Ungariæ salutem procuret iis auxiliis, quibus ad Imperii salutem consequenter servandam æquè, & necessariò indiget? hoc etiàm consideretur, uti istiusmodi auxilia Ungaris

garis directò obveniunt, sic eosdem barbaræ violentiæ directò expositos esse, ut injustum videri nemini debeat, eos qui sanguine suo, ac atroci facultatum direptione Imperii periculum principaliter avertant, principaliter quoque Imperii subsidiis sublevari. Sed objicit Hippolithus, hâc etiàm ratione Imperio vicinæ cuilibet Reipubl. opem ferendam esse. Quid nî ferendum sit auxilium, si æquè Imperii intersit, & propriis viribus vicina Resp. se tueri nequeat? neque enim arbitror, tali casu, quem Deus averruncet, Imperatorem cum Ordinibus vim in ipso Imperii sinu otiosè expectaturum. Ubi haud juris, salutis

necessitate tenebuntur. Veruntamen peculiaris quoq; est Ungariæ subveniendi ratio. Quia enim qui Ungariæ regnum tenent, Imperio simul præsunt, evenire facile posset, ut extraordinariâ Imperii ope destituti Ungaricis bellis, etiàm Imperium consequenter tangentibus, fortunas suas impenderent, atque ideò Imperatoriæ dignitati (quam eos non tàm Imperii, quàm Regnorum aliorum, & hæreditarium ditionum proventibus sustentare, notum est) conservandæ impares evaderent: undè Ungariæ, & Imperatoriarum similium regionum necessitatibus succurrendi singularis causa in propatulo est.

6. Pro

6. Pro Imperii igitur, non solius Ungariæ incolumitate Turcica bella gesta sunt, ut Hippol. Ordines, qui id haud sensissent, pro nimium somnolentis habeat, quasi argento se ab Imperatoribus temerè emungi, passi fuerint. De Livoniæ, Borussiæ, Metis, & similium recuperatione serio actum, fuisse, notius est, quàm ut recoli opus sit, postquàm tamen omnia infeliciter tentata sunt, non magis propterea Ordines gravandi fuerunt, quàm hodiè ad recuperanda ea sola, quæ Turca longo jam tempore in Ungariâ, ac alibi quietè possideat, contributiones Ordinibus imperandæ sunt. Si quemadmodùm Turcæ, ita Livoni, Borussi, &c. res novas molirentur,

tur, quis dubitabit, quin Imperator subsidia requisiturus esset? Justius enìm ad vim propulsandam, quàm ad quietas sedes irritandas, auxilium exigitur.

7. Maximilianus II. Imp. de incorporatione, quam vocant, Ungariæ interpellatus nec prudentius, nec æquius quicquam potuit respondere, quam Imperio pro tot præstitis subsidiis, simili casu Ungariam, quantum posset, ad antidorum teneri: si enìm propter ejusmodi auxilia protinus incorporationi locus dandus esset, quænam cujusque Reipubl. vicinia incorporationis juri haud foret obnoxia? ita nihil etiam prudentissimè ab Imperatoribus prolatum

Hip-

Hippolithi censurâ vacuum est. Sigismundum Imperat. ad incorporationem Ungariæ proclivem fuisse, non est, quod hodiè Austriacis Imperatoribus Hippolithus opponat. Ille enìm incertior erat, an Ungariæ Regnum stabili aliquo jure ad posteros suos, vel propinquos transiret, ut iniquus fuisset, si quod suis haud constanter assertum videbat, Imperio jungere non maluisset, quàm tale quid haud conando, idem Imperium dubii eventus periculo ultrò objicere. Adhuc Fridericus III. Imp. adeò Hungaricæ successioni diffidebat, ut Matthiæ Corvino, homini novo, nec regiâ stirpe orto, regni coronam, nu-

merato solùm pretio, traderet. Postquam verò Imperatores, pacto Uladislai Hungariæ Regis, & Maximiliani I. Imp. subsecutoque Ferdinandi, atque Annæ Hungaricæ matrimonio stabile jus suis acquisitum deprehenderunt, Hungariæ incorporationem, quàm Proceres quoq; Regni omnes difficulter admisissent, non immeritò intermittendam duxerunt.

IN SECT. IV.

I.

ELectores quoque intermissorum Comitiorum causam præbuisse, Hipp. docet, idq; indè probare nititur, quòd alibi ostenderit, Electores ea, quę propriè totius Imperii, seu omnium Ordinum fuerint, sensim usurpâsse.

pâsse. Sed hoc suppositum nos *supr. in part. 1. cap. 15.* elisimus.

2. Deindè ideò Electores hic suspectos habet, quòd decisionem negotiorum, quæ ab omnibus Ordinibus discuti oportuerit, ad crebros suos particulares conventus traxerint. Si de his distinctè & in specie locutus esset, distinctè respondere nobis liceret. At nunc conjicimus tantùm, Hipp. non discernere â pacatis tempora turbulenta, quibus omnes Ordines congregari non poterant, particulares etiàm conventus, licet sæpiùs tentati, parcè tamen, & difficulter celebrati sunt: atq; ipsa Osnabr. pacis constitutio, cap. 8. §. Tàm in universalibus. in fin. regulam non semper observatam fuisse,

 belli-

bellicis tumultibus ascribit. Nec attendit Hipp. non ubique res decisas, sed præparatorios ferè tantum tractatus, quos Græci προβουλεύματα vocant, (sensu tamen, qui huc non omni ex parte quadrat) habitos fuisse, de quo (ut & aliis, quæ diximus) contestatio extat Imp. Ferdinandi II. *in propositione conventus Ratisp. ann. 1630. in act. publ à Londorp. inchoat. tom. 3. libr. 2. tract. 16.* ibi: Zu welchem dann zugelangen sie (J. Käyß. M.) sich bemühet / damit die Tühr zu denen von Alters herkommenen allgemeynen Versamlungen wider eröffnet werdē möchte. Et paulo post: Wie &c. ein Churfürstlicher CollegialConvent ausgeschrieben/darauf die Chur=

Churfürsten des Reichs / als innerste und vorneimbste Glieder/sich zu Ihrer Majestat dem Oberhaupt fürderlich verfügen / mit und neben derselben von nützlich: und schleunigen mediis tractiren &c. helffen möchten / der Zuversicht/ wofern bey solcher engen Berahtschlagung eben so gleich ein beständiger und gewisser Schluss ja nicht zuerlangen/ das doch zum wenigsten hierdurch gute præparatoria zu einem allgemeinen ReichsTag umb so viel ehender zu machen seyn möchten. Cujusmodi προβουλεύματα in A. B. & Imperatoriis quoq; Capitulationibus admissa sunt, *vid. sup. in part. 1. cap. 15. sect. 2. num. ult.*

3 Ad Ordines tandem Hipp. dilabitur, & dissidia inter hos ex religione orta comitialem congregationem inprimis impedivisse, fateri necesse habet, quod nec ego diffiteor: sed indè, vel aliundè ferventibus dissidiis, Imperatores potestate suâ nec esse abusos, nec abuti potuisse, *supr. ad h. cap. sect. 2.* demonstravimus, quamvis eos suæ seu Catholicæ Religioni, quantum conscientiâ suâ se duci crediderunt, favisse, atq; patrocinium præbuisse, nec ipsi inficiaturi sint, quod iisdem, ex humanâ quidem ratione, nō magis vitio vertendū est, quàm quibusvis aliis, qui conscientiæ suæ consultum cupiunt, ne tamen ea res Ordinum, maximè Protestantium vel ecclesiasticæ, vel

vel civili libertati officeret, optimo consilio religionis pacem introduxerunt. Præcipuè verò (ut undè diverti, redeam) de modo, quo religionis, & religiosæ pacis causæ tractarentur, ac deciderentur, agitata controversia, quæ novissimâ demùm Osnabr. pacificatione certam aliquam determinationem invenit, Comitia aut infructuosa reddidit, aut planè non admisit.

IN CAP. IV.

De REGIMENTO,

quod, post Comitia, alterum Germanicæ libertatis fulcrum fuit.

SECT. I.

I.

QUod in multis negotiis accidere ſolet, ut optimo fini excogitata æquabilem effectum haud ſortiantur, ſed talia etiàm ſæpè rebus non ſatis congruentia eſſe, tempus edoceat, id in Regimenti quoque inſtitutione uſu venit. Præ magno Rempublicam juvandi ſtudio, non ſatis metuebatur, inviſum tandèm fore Regimentum, Electoribus, quòd non per claſſes, ſed viritìm vota in eo promerentur: Ordinibus non paucis, qui â multis Imperii deliberationibus excluſi, ad certos paulatìm nimiam autoritatem devolvi nollent; Ipſis quoque qui intereſſent, cæteris in ſolicitudinis ſocietatem non attractis, ultra æquum

quum oneroſa, putatum iri. Quin omnes Ordines Regimenti decretis (qualia quidèm in Comitiis fieri conſueverint) ita haud obtemperaturos eſſe, ac ſi directò è Comitiis emanarent: quòd itèm maximi ponderis negotia ad Comitia referenda erant, & indè cum Regimento etiàm Comitia vigebant, (falſum enim demonſtravimus, Regimentum in locum vel annuorum comitiorum ſurrogatum fuiſſe, *ſupr. in part. 1. cap. 4. ſect. 4. n. 3.*) duplicato onere Imperium gravari, eò minus conſideratũ, quò major Regimenti utilitas viſa eſt. Undè conjicere facilè eſt, quàm difficulter rebus Imperii conducat Regimenti ordina-

tio,

tio, & ideò magis Hippolithi de Regimento mafinificè sentientis opinionem â consilii dexteritate aberrare, quòd benè quoque, si hoc perpetuum fuisset, cum Imperio actum putat.

2. De Maximiliano I. Imp. cui ferè primordia optimè constitutæ Reipublicæ debemus, judicet quantum velit, quia apud eos, qui nihil affectibus dant, omni reprehensione superior est: & ipse Nauclerus eo, quod attingit Hipp. calumniā isti Imperatori injectam testatur, ac propterea pro eodem apologiam Bebelii Poetæ in medium producit.

3. De occasione, atq; naturâ instituti Regimenti *sup. ind. part. 1. cap. 4. sect. 4. num. 3.* egi: Et verba ex more captat Hippolithus,

thus, quando per vocem, fürgehen / *in O. R. ann. 1500. tit.* Wie die Churfürsten / auff jede Fronfasten. *&c.* non solum Imperatorem, aut ejus Vicarium, sed & Electorem Regimenti Præsidem factum intelligit. Absurda sanè opinio, cùm ex ipsâ ordinatione quilibet perspiciat, isto vocabulo (quod in eâdem ordinatione toti etiàm Regimento applicatur, *tit.* Ob einer von des Reichs Råhten abgieng / *&c. in fin.* undè ejus promiscuum usum colligere licet) ibi non designari Præsidis dignitatem, sed præcipuas partes, quæ Electori inter viginti personas, quibus Cæsar, ejusvé Vicarius præsideat, debeantur, quo etiàm respectu eidem Electori rescripta Consilii subscri-

ſcribere conceſſum ſit. Huic enim ſubſignationi ulterius quid tribuere Hipp. fruſtrà allaborat, & ne Imperatoriæ poteſtati quicquam præjudicaret, nominatim conſtitutebatur, ut præpoſitis verbis formalibus, *Ad mandatum domini Regis in conſilio Imperii*, eadē ſubſignatio fieret, ideoq́; Imperator, vel ejus Vicarius unà ſubſcriberet, (quod poſteà Carolo V. Imp. ſed abundãter placuit) necne, perindè erat.

4. De Græcorum tandèm προβούλοις & προσκλήτοις ea refert, quæ ex Bodino hauſit. Ego ejus rei vix particulam reperio, quâ Regimenti natura illuſtrari poſſit, quod perſequi, non eſt operæ pretium, præſertìm cum ipſe Hippol. hic ſimilis nihil

nihil demonstret, & alias cuique antiquitates Græcas investiganti res obvia fiat id quoque, liqueat, ipsos Athenienses Senatores, quando his, quæ à Prytanum collegio deliberanda acceperant, occuparentur, προβούλους dictos fuisse, eosdem etiam ad populum, quæ ad eum ferenda fuerint, tulisse. Nam qui Senatum convocabant, & ad eundem (non ad populum) negotia majoris momenti undecunq; ad se delata referebant, πρυτάνεις nuncupabantur.

IN SECT. II.

I.

QUomodocunq; ii, qui â solo Imperatore Regimentū institutum docent, opinionem suam intellectam voluerint, ego,

etiam-

ostendunt, *O. R. ann. 1500.* (ut tantùm ad hanc provocem, quia Caroli V. Imp. ordinationem Hipp. iniquam credit) *tit.* Von den Zwentzigen *&c. ferè in fin. & tit.* Wie alle Sachen bey dem König. *&c.* Neq; enim advertit Hippolithus, non ex quocunque diverso Rempublicam administrandi modo majestatem affici, nec essentialem potestatem, ubi alias fixa sit, suâ sede dimoveri, quod in Regimenti negotio, tanquam extraordinario, tantò apertius est, quantò certius, non solùm â comitiali Imperatoris potestate Regimentum dependisse, sed & gravissima Imperii negotia eidem ordinariæ Imperatoris potestati fuisse reservata, *vid. sup. in d. part. 1. c. 4. sect. 4. n. 3.*

2. His

2. His ita explicatis, quemadmodùm eſſentialem Imperii poteſtatem ab Imperatore in Regimenti Conſiliarios translatam non ſtatuimus, ſic nec extincto Regimento eandem ad Imperatorem reverſam dicimus, & modò alii nobiſcum ſentiant, de loquendi modò litem eis non movebimus. Et primo Hipp. argumento, quo contra alios pugnat, quid tribuendum ſit, tùm demùm palàm fiet, poſtquàm conſideratum fuerit, eorum quæ in Regimento diſcusſa ſint decidẽdorum exercitium, Regimento ſublato, non ad abſolutam Imperatoris poteſtatem perveniſſe, ſed ad Comitia, undè Regimento comiſſum erat, atque ita ad ordinariam

Impe-

Imperii deliberationem rediisse. Cùm enim Imperatori absolutam potestatem haud tribuamus, neq; eidem soli absolutè, vel Regimenti, vel Comitiorum vice fungi, jus aut fas esse sentimus.

3. Cætera quoque, quibus ferè à re ipsâ, quam probare volebat, divertit, strictìm lustrabo, ne etiàm nostræ doctrinæ obstare videantur. Quomodò Regimentum in annuorum comitiorum locum successisse, dici propriè nequeat, *sup. in d. part. 1. cap. 4. sect. 4. numer. 3.* vidimus: nec enim indè, quòd *tit.* Von des Regiments Macht wieder die Friedbrecher. Erklär. deß Land-Fr. *ann. 1500,* & *tit.* Von des Reichs Regiment Macht und Gewaldt. *R. I. d. ann.*

d. ann. 1500. quæcunque in annuis Comitiis expedienda fuerint, Regimento commissa reperiuntur, satis evidens ejusmodi successionis indicium ducitur. Si tamen Regimentum omnes in Comitiis congregatos, seu Imperatorem, & universos Ordines repræsentâsse dixeris, nondùm hinc contra Imperatoriam majestatem, uti jam monui, quicquam præjudicii colligere poteris. Et quia Præses ab Imperatore absolutè electus fuit, parùm retulerit, si ab Ordinibus solis Regimenti Consiliarii constituti essent, quemadmodùm ex nominatione Assessorum Cameralium de essentiali potestate judicium perperàm fieri, *supr. in part. 1. d. cap. 10. animadv. gen. num.*

num. 2. & seq. cōmentatus ſum: attamen initio Conſiliarios iſtos in Comitiis (ubi quantum Imperatori liceat, alibi docuimus) electos, & defecturis plerosq́ue poſteà ab ipſo Præſide, & Regimento ſubſtituendos fuiſſe, textus aperti demonſtrant, *O. R. a. 1500. tit.* Wie zwentzig Personen in das Regiment. *&c. tit.* Wo die Erwählten zum Reichs Rath *&c. tit.* Ob der zwölff erkiesten Fürsten/ *&c. & tit. seq.* Indè autèm Ordinibus eſſentialem poteſtatem non aſcribendam eſſe, quòd jurantes non tantùm Imperatori, ſed & Imperio fidelitatem promittant, *ſupr. in part. 1. cap. 7.* quòd itèm Regimentum quandoq; Imperii duntaxàt Regimētum appellatum deprehenda-

tur, *num. 14. in id. cap.* annotavi. Juramento & nexu, quo non modò Ordinibus, verùm & Imperatori aliàs astrictæ fuerint personæ illæ, quæ in Consilium Imperii assumptæ sunt, easdem (non omninò quidèm, sed pro ratione instituti Regimenti) solutas fuisse, (inter quas hoc casu Imperatoris quoque Vicarius numeratur) hoc Imperatori essentialem potestatem nec in Regimento ademit: Tantum enìm abest, ut id de juramento, quo quis Imperatori quà Imperatori obligatus fuerit, intelligendum sit, ut etiàm omnes istæ personæ Imperatori quà Imperatori (*vid. in part. 1. d. cap. 7. annotata*) fidelitatem juratò promisisse legantur, *Ord. R. ann. 1500.*

1500. tit. Des Regiments Räth End. Si tandèm concederem, Imperatorem inter Regimenti suffragatores uno solùm voto usum fuisse, hoc tamen ex ipsius Imperatoris comitiali potestate, mãdatiq́; Imperatorii qualitate profectum ejusdem majestati non officeret, uti similiter alibi sæpiùs argumentatus sum. *jung. fin. num. 4. in part. 1. capit. 4. sect. 4.* verùm Cæsarem inter Regimenti suffragatores collocatũ Hipp. nondùm satis probavit, *vid. sup. in part 1. d. cap. 4. section. 4. num. 3. vers. Sed iterùm ponamus.* De absentiâ Imperatoris quod profert, *supr. in d. part. 1. cap. 4. sect. 4. n. 6.* jam consideravi.

IN SECT. III.

I.

IN hâc ſectione quæ non ſatis accuratè dicta occurrunt, ê ſuperioribus, & quidèm etiàm ê num. 5. *in d. part. 1. cap. 4. ſect. 4.* facilem accipiunt interpretationem.

2. Quod ad quæſtionem ipſam attinet, an Regimentum æquè liberè abſente Imperatore, ac eodem præſente, poteſtate commiſsâ uſum ſit, vel uti potuerit? de Regimento, quod ann. 1500. Maximilianus Imp. inſtituit, affirmo: de ordinato ann. 1521. â Carolo Imp. nego, *O. R. ann. 1521.* §. Vnd ſoll obgemelt unſer geſetzt. quæ diſtinctio nec Hippolithum latuit, *infr. cap. prox. ſeq. 5. ſect. 2. §. Ut ita ſuperior.* quam-

quamvis hujus distinctionis, uti cæterarum differentiarum veram rationem non ineat, de quâ nos suo loco sententiam nostram promemus.

IN SECT. IV.

I.

DE amplitudine potestatis, quæ Regimento competierit, multis agere haud opus est, cùm Regimenti Ordinationes hîc satis claræ inveniantur, ac utramq; non prolixam, & cætera ab Hipp. allegata perlegere, res minimi sit negotii.

2. Consiliarios Regimenti aliquando, non ampliùs Consiliarios, (ut & ipsius Consilii, in Regimenti nomen mutatum est) sed peculiari vocabulo Regentes Imperator ipse (ibi: Doch

aus ursachen uns dazu bewegt/ ubi vocula, doch / non obscurè præoccupat, nihil propterea Imperatoris autoritati essentiali, ut ita loquar, detrahendum esse) appellandos censuit, procul dubio, ut eò majori autoritate in Imperio commissa negotia exercerent. Nam adeò amplam fuisse Regimenti potestatem, ut in eos Regentium melius, quàm Consiliariorum nomen quadraret, facilè admitto. Quia tamen ab ipso Imperatore in Comitiis tàm laxa potestas Regimento & demandata erat, & adimi poterat, (ne dicam sexennii angustiis inclusam) tantò minus honorifica ista appellatio Imperatoris majestati præjudicium creavit, cùm
&

& non Imperii tantum, ſed inprimis Imperatoris Regentes vocati ſint. An verò in Regimento Imperatoris, vel ejus Vicarii, haud major, quàm cujuspiam Aſſeſſoris ratio habita fuerit? *vid ſupr. in part. 1. d. cap. 4. ſect.* 4. *num. 3.*

3. Regimento certos tantùm Principes, non omnes Ordines convocandi jus conceſſum fuiſſe, & Ordinationem de ſpeciali caſu abſentiæ Imperatoris diſponere, *ſupr. in part. 1. d. cap. 4. ſect. 4. num. 6. & cap. 15. ſect. 2. num 3.* vidimus. Cameram denique Regimento ſubfuiſſe, noſtræ doctrinæ perinde eſt, quamvis iis argumentis, quibus id Hippolitho indubitabile videtur,

obtinere frustrà nitatur. Quæ enìm concludendi ratio? Regimentum & Camera uno eodemq; loco consistere jussa: Regimento igitur Camera subest. Itèm, Quopiam Ordinum Assores intra certum tempus non præsentãte, haud ampliùs expectatâ præsentatione, Assessorem eligere Regimento licet: Ergò Camera Regimento subest. Indè solùm sequitur, isto casu quépiam Ordinum Regimento cedere debere. Quòd tandèm ubi Cameræ mandatis, atq; decretis non paritum sit, Regimẽto de rei exequendæ remediis deliberandi jus fuerit, id subsidium duntaxàt Cameræ præbendum probat. Rectiùs verò id quod volebat, probâsset ex

O. R.

O. R. ann. 1500. tit. Von den zwenzigen / *&c. ibi:* Sachen / Recht / Fried / und ihrer beyder vollnziehung und Handhabung. *jung. tit.* Wie alle Sachen bey dem König / *&c. & Ord. R. ann. 1521.* §. Und anfänglich. §. Es soll unser Cammergericht. (ubi ista, quam Hipp. in pr. O. Cam. a. 1500. quasi additam docet, Regimenti & Cameræ cõjunctæ ratio exprimitur, cum si expressa nõ fuisset, istius conjunctionis ratio alia intelligi potuisset, nimirùm ut Regimentum in causarum executionibus eò citiùs Cameræ subveniret, aut si qua similis) §. Und dieweil wir obgedachtem. Et Cameræ â Regimento ordinatæ ann. 1523. vivum extat documentum, ut mirari liceat Hippolithum ad

argumenta adeò futilia se occupantem. Hoc tamen etiàm constat, Cameræ, ut & judiciis aliis, ipsam causarum judicialium decisionem integram servatam fuisse, neque hic Regimentum sibi quicquam tribuere, aut Cameram turbâre debuisse, §. Fürter soll unser Statthalter. *R. Imp. ann. 1524.*

IN CAP. V.

De modo, quo, post primum Regimentum sublatum, Imperium ad nostra usque tempora, administratum fuit; &, quâ viâ Austriaci omnem potestatem sensim ad se traxerint.

SECT. I.

I.

E Superiùs paſsìm notatis elucet, indè ab anno 1495. occupatiſſimum fuiſſè Imp. Maximilianum, quomodò, præter Cameræ introductionem, præſertìm vel annuis Comitiis, vel ordinato Regimento Rempublicam optimè conſtitueret, ſed cùm ſeparatìm neque illa comitia, neque Regimentum, ſcopum accuratè ferirent. idem Imperator ann. 1512. alium excogitabat Imperii ordinandi modum. quo ſimul & annua Comitia in uſum reduxit, & quia ultra menſem ea extendi nolebat, ne gravia nimis Ordinibus forent, ſibi in Aulâ ſuâ, & ubi commorare-

tur, octo Consiliarios jungendos censuit, qui Ordinum nomine multa, quorum discussione alioqui comitia prolongata Ordinibus nimiùm onerosa redderentur, cum Imperatore minori operâ, minoribusq; impensis expedirent, atque ita sublatam Regimenti curam partìm sarcirent.

2. Putat verò Hippolithus istud octo personarum Consilium non malè Consilium Imperiis aulicum, Reichs Hoff Rath/ appellari potuisse, undè etiam hodiernum Consilium aulicum derivatum opinatur, *infr. h. cap. sect. 5. §. Et hic fuit primus.* quæ ut æquâ lance ponderentur, hîc quædam altiùs repetenda sunt. Suprà *in part. 1. cap. 1. n. 8. & c. 7. num.*

num. 13. animadvertimus, utrumque quidem, & imperantem & obsequentem, actionib⁹ suis Reipublicæ salutem spectare, sed non iisdem actionibus, nec uno eodemq; fini, quia in Reip. salute quilibet sui ipsius civilem beatitudinem separatim, & suo modo quærat. Hoc ut in omni Rep. naturale, ita in Imperio nostro observari necesse est. Indè fit, ut, licèt in generalibus Comitiis, & communib⁹ cæteris Imperii Conventibus, ac Collegiis Imperator, atq; Ordines communibus deliberationibus, & institutis, salutem Imperii conservare, atq; promovere simul cupiant, quoniàm tamen non tantùm in communibus istis congressib⁹ Imperator (nam

de hoc nunc ſolo hîc loqui propoſitum habeo) civili ſuæ beatitudini, quæ præcipuè in majeſtate, atq́ue Imperatoriâ autoritate conſervandâ conſiſtit, ſeparatìm meritò incumbit, ſed & alia extra Ordinum conſilium in Aulâ ſuâ, ſeu Palatio ſeparatìm agenda habet, (uti ex doctrinâ Reſervatorum abundè liquet) peculiariaq́; quoque ob ea omnia, & ſeparata conſiliaq́;, atque inſtituta, quibus Reipubl. ſalus non impediatur, adeoque Imperii jura non lædantur, ab Imperatore ordinentur, & eidem ea ordinare liceat. Hâc ratione olìm Imperat. Carolus Magnus Palatii, atq́ue Regni curam ſeparatam habuit, quemadmodùm hoc Hincmarus

Rhem.

Rhem. Archiepisc. *ep. 3. cap. 12. & seqq.* testatur, & explanat. Quod institutum cæteros Imperatores retinuisse, inter innumera documenta, A. Bulla, *tit. 28. & 29.* segregatis officiorum Regni, & Aulicorum nominibus, conspicuum facit. Idem hodieq; Imperatores sequuntur, quando â Comitiis, seu communibus Imperii Consiliis distinctum peculiare Aulicum Consilium habent, quod iterùm, ut omnia, meliori ordine expediantur, in aulæ Cæsareæ judicium, des Reichs Hoffrath/ in specie dictum, & Cæsareum Consilium secretum, Käyß. geheimen Rath/ dispescitur, uti *sup. in part. 1. cap. 10. sect. ult. num. ult.* annotavimus. In isto igitur Auli-

Aulici Consilio, ita distincto, Imperatorum liberiorem esse potestatem tùm adsciscendi Assessores, atq́ue Consiliarios, tùm cætera ordinandi, Hippol. alienùm videri non debet, quamvis etiàm hîc tantò æquiores se præbuerint, quando de seligendis Aulicis quoq́; administrationibus, atq́; consiliariis certas sibi leges dixerunt, *textt. Impp. Capp. supr. in part. 1. cap. 16. num. ult. alleg.* in specie quando de aulici judicii ordinatione cum Electoribus deliberādum censuerunt, & idem per Electorem Moguntinum tanquàm Imperii Archicancellarium visitari voluerunt, §. Genanten (Gemeldten. *l. Ferd. III.*) Unserm HoffRath wollen wir. *Capp. Impp. Matth. & Ferd. II.*

ut non

ut non indè solùm, sed & quia æquè, atq; etiàm magis, quàm in Camerâ, (quod *supr. in part. 1. cap. 10. & 11.* probavimus) immediatæ, ut sic loquar, totius Imperii judiciales causæ in Aulico judicio ventilari justè possunt, aulicum istud Cæsaris judicium peculiari quoque nomine, & in specie, Imperii aulicum Consilum, des Reichs Hofrath/ non sine ratione appelletur: etsi Paurmeisterus, *libr. 2. de Jurisd. Imp. R. cap. 6. num. 199. in fin.* aliam hujus appellationis causam afferat; imò etiàm indè, quod multæ Imperii causæ extra judicium in eodem Consilio tractentur, non tâm Aulæ Cæsareæ judicium, quàm in specie, ut dixi, Imperii aulicum Consilium vocari

cari videatur. Si tamen haud perfecta fuit Ordinationis Aulici judicii cum Electoribus communicatio, & ista Electoris Moguntini visitatio intermissa, rectiùs id summæ, atq; civilium discordiarum plenæ, temporum iniquitati, quàm Imperatoribus imputatur. Tandèm Osnabr. pacis constitutione, *cap. 5. num. ult.* Ordinationis Cameralis processus judiciarius Aulico quoq; judicio commendatur, & restaurata hujus visitatio â Moguntino Electore tempore quovis necessario suscipienda, eaq; quæ propterea in Comitiis proximis statuta fuerint, observanda decernuntur. Ex his omnibus jam elucet, non hîc modò, verùm etiam alibi Hippolithum Aulæ peculiaria,

aria, & ſimpliciter dicta Regni ſeu Imperii Conſilia confundere, & multùm errare, quando Cōſilium Imperatoris aulicum, ſive judiciale, ſive ſecretum, ad illud commune totius Imperii octo perſonarum, & temporale quidèm duntaxàt ſexennii, Conſilium exigere conatur. Et itèm temporaria erat opera, quam iſti octo Conſiliarii judicialibus Aulæ cauſis, quibus Imperator ſe, vel aulicum ordinarium judicium nimiùm gravari nolebat, amicè, aut extraordinario proceſſu terminandis navare, inter cætera, tenebantur, quâ de re *ſupr. in part. 1. capit. 10. ſection. ult. num. 4.* Cùm verò ex cauſis non obſcuris, quas *è numer. 1. in cap. præced. 4. ſect. 1.*

& è

& ê num. 3. pr. in part. 1. cap. 4. sect. 4. num. 3. eruere facile est, hoc quoq; Consilium cum annuis Comitiis satis Imperio cõmodum haud esset, Regimenti quoque cum Comitiis, pro re natâ habendis, an. 1521 reducti ratio iterùm evanesceret, ad Comitia pro rerum necessitate indicenda, communes Imperii deliberationes redière, qui modus hactenùs, cum excogitato a. 1555. Deputatorum Conventu, (quoties hunc haberi Reipublicæ intersit, ac idem in universalibus Comitiis permittitur) retentus est. Quæ omnia deduco, ut non modò de hujus sectionis argumento, sed & sequentium querelis expeditiùs judicare cuiq; liceat.

IN SECT. II.

I.

NOn rectè Hippol. cum Paurmeiſtero, cùm Carolus V. Imp. Regimentum prorsùs abolere nequiverit, idem ab eodem immutatum ſcribit, neq; enim Regimenti abolitione opus fuit, quod jam dudùm eſſe deſierat, ſed Regimentum de novo instituere, Capitulatione Imperator promiſerat. Quicquid autèm Ordines permoverit, ut non obſtantibus difficultatibus *ſupr. in d. cap. præced. 14. num. 1.* indicatis, Regimentum iterùm instituì vellent, certè Carolus V. Imp. qui procul dubio ipſum etiam Maximilianum I. Imp. Regimentum vel propterea quòd aliquantùm Imperatoriam autorita-

toritatem affeciſſet, aboleri libenter paſſum fuiſſe credidit, haud injuſtè conditiones Imperatoriæ autoritati æquiores Regimenti Ordinationi inſerendas arbitratus eſt. Nam etſi *in Capit.* §. Darzu ein löbliches. 3. ad priſtini Regimenti ſimilitudinem novum quoddam ordinandum pollicitus erat, de modo tamen quia ſpecialiter nihil expreſſerat, ſed ut laudabile illud & honeſtum eſſet, ein löbliches ehrlich Regiment/ (ideoque nec Imperatoriæ autoritati moleſtum) in genere receperat, vitio eidem haud vertendum eſt, quòd eas conditiones, quæ adhuc dùm liberâ comitiali deliberatione concipiendæ fuerint, ſibi ipſi quoque hono-

honorificas esse voluerit, (nec malè conjicit Paurmeisterus, *lib. 2 de jurisdict. Imp. Rom. num. 194. in fin.* Carolum V. Imperat. existimâsse, *plus virium ac potentiæ, quàm Antecessoribus ad Majestatem Cæsaream per se tuendam sibi suppetere*) idque eò minùs reprehendendum, quòd per Regimentum Monarchicæ Imperatoris potestati præjudicium nec factum, nec fieri debuit, quemadmodùm hoc alibi docuimus. Quin & specialis Carolo V. Imp. magis, quàm Maximiliano I. Imp. Regimentum limitandi ratio suppetebat, quòd cum hic certum tempus, nempè sexennium, Regimento præstituisset, ille, juxta indefinitum Capitulationis pro-

promissum, Regimento â se instituto certum annorum terminum non præfixerat. Cùm tamen adductæ *supr. d. num. 1. in cap. præced.* causæ illæ etiàm tandèm circa hoc Regimentum ipsis Ordinibus urgentiores viderentur, quàm ut retinendum ducerent, idem & ante electum Ferdinandum I. expiravit. Ea verò erat Imperatoris, & Imperii conditio, ut mox ann. 1531. Ferdinando ad Regis Romanorum dignitatem evecto, hujus Vicariatu multò commodiùs Imperium administrari potuerit, quod non immeritò â Carolo V. Imp. inter electionis caussas relatum est; at Ferdinandi electionem aliàs quoque Imperio utilem fuisse, *supr. in capit. section.*

section. 2. numer. 2. in fin. indicavi.

2. Hinc igitur palàm eſt, Imperatorem Carolum V. non levibus, nec injuſtis ex cauſis Regimenti Ordinationem ab Imp. Maximiliano inſtitutam, & tamen jam obſoletam, nonnihil immutâſſe. Et nec ſpeciali ratione caret, quod præter Vicarium ſuum, ſeu Præſidem Regimenti duos Regimenti Conſiliarios, â ſe, tanquàm Imperatore, conſtitui ordinaverit, ut ex iis, quæ *supr. in part. 1. cap. 10. animadv. gener. num. 2.* de conſtitutis ab Imperatore, quà Imperatore, Camere Aſſeſſoribus tradidi, videre eſt. Quia etiàm, non Maximiliani, ſed Caroli V. Imp. Regimentum, propter hujus futuram

turam abſentiam, & ob eam maximè conſtituebatur, Hipp. alienum ducere non debet, præſente Imperatore, & ſic iſtâ causâ ceſſante, Regimento aliquid autoritatis deceſſiſſe, quamvis nihilominùs, quod ad cætera, ipſa Ordinatio in vigore permanſerit, usq; dùm in Comitiis de Regimẽto alia iniretur ratio, *O. R. a. 1521.* §. Und ſoll obgemelt. Quòd tamen in ſpeciali caſu, *Ord. R. tit.* Das Regiment mag die ſechs Churfürſten/ *&c.* quem alibi attigimus, Cæſare non comparente, ejus Vicario & Regimento concludendi poteſtas tribuitur, id poſteriori Regimento *d.* §. Und ſol obgemelt. non corrigitur, uti Hipp. cenſet, ſed eâ de re in *d. O. R. an. 1521.* §. Würde ſich auch

auch begeben. agitur. An fœderum Imperii ratione pangendorum facultas generali concessione Regimento à Maximiliano permissa fuerit, est quod maximè dubitem, propter O.R. 1500. *tit.* Das Regiment mag die sechs Churfürsten/ *&c. vers. fin.* Oder ob es die Grösse. *junct. supr. num. 3. in part. 1. cap. 4. sect. 4. §. Tantum autèm abest.* ut itèm hujus quicquam in posteriori Regimenti Ordinatione mutatum fuisse nondùm constet, quamvis quomodocunq; hæc & similia sese habeant, ad doctrinam nostram impugnandã nihil referat. Porrò etsi perindè sit, Imperatori & Imperio simul, an Cæsareæ Majestati, non additâ Imperii voce, fidelitas promittatur,
 cùm

turam absentiam, & ob eam maximè constituebatur, Hipp. alienum ducere non debet, præsente Imperatore, & sic istâ causâ cessante, Regimento aliquid autoritatis decessisse, quamvis nihilominùs, quod ad cætera, ipsa Ordinatio in vigore permanserit, usq; dùm in Comitiis de Regimēto alia iniretur ratio, *O. R. a. 1521.* §. Vnd soll obgemelt. Quòd tamen in speciali casu, *Ord. R. tit.* Das Regiment mag die sechs Churfürsten/ *&c.* quem alibi attigimus, Cæsare non comparente, ejus Vicario & Regimento concludendi potestas tribuitur, id posteriori Regimento *d.* §. Vnd sol obgemelt. non corrigitur, uti Hipp. censet, sed eâ de re in *d. O. R. an. 1521.* §. Würde sich

auch

auch begeben. agitur. An fœderum Imperii ratione pangendorum facultas generali concessione Regimento à Maximiliano permissa fuerit, est quod maximè dubitem, propter O.R. 1500. *tit.* Das Regiment mag die sechs Churfürsten / *&c. vers. fin.* Oder ob es die Grösse. *junct. supr. num. 3. in part. 1. cap. 4. sect. 4. §. Tantum autèm abest.* ut itèm hujus quicquam in posteriori Regimenti Ordinatione mutatum fuisse nondùm constet, quamvis quomodocunq; hæc & similia sese habeant, ad doctrinam nostram impugnandã nihil referat. Porrò etsi perindè sit, Imperatori & Imperio simul, an Cæsareæ Majestati, non additâ Imperii voce, fidelitas promittatur,

cùm sufficiat Imperatori ratione Imperii (nam & in O. R ann. 1521. §. Und sollen die Personen. Imperatori aliàs obligatus nexu eo, quantum Regimenti intersit, solvitur, ne dicam, §. *seq.* in juraměto fidelitatis Imperii mentionem, ipso observante Hipp. licèt semel factam satis evincere, solius Imperatoris expressionem, & quidèm eodem etiam textu repertam, ad alium, quàm Imperii respectum trahi non posse) fidelitas promissa, nec per Imperium Ordines significari constet, ideoq́ue Regimentum, Imperii, an Imperiale Consilium (aut Imperatoris Consilium, quomodo abundanter observatum *supr. in part. 1. c. 7. n. 14. in fin.* ostendi) vocetur, Elector & Vica-

Vicarius ſimul, an ſolus Elector ſubſcribat, parùm interſit, quia tamen & Caroli V. Imp. ætate Hippolitho ſimiles ex vocabulis Majeſtati Cæſareæ litem fortè intentaturi exiſtimarentur, ſuperfluis vocabulorũ diſtinctionibus Cæſarẽ uſum eſſe, partìm etiàm ad rei naturam accuratiùs explicandam, (quemadmodùm, quoniàm potiſſimè propter Imperatoris abſentiam Regimentum a. 1521. ordinabatur, uti diximus, id præſente Imperatore, rectiùs Conſilii, quàm Regimenti nomine appellabatur) vocabulorum cautelis ſtuduiſſe veriſimile eſt.

3. Et cùm Regimenti an. 1521. ordinati autoritatem abſente Imperatore majorem fuiſſe,

 haud

haud diffiteamur, interpunctionibus quoq; eam rem in ipsâ Ordinatione indicatam, non est quod negaremus, si tamen sic indicata reperiretur. Nam veluti Hipp. sæpè circa nuda ràm vocabula, quàm commata jejunè occupatus est, ita hìc incassùm laborare videtur. Neque enim in Ord. Reg. ann. 1500. aut cæteris ejus anni constitutionibus, vox, Satthalter / usurpatur, quæ si verbo Rath / vel, Regiment / præmissa esset, demùm dici posset, nùm absque, vel cum cõmate observaretur, at nunc, quòd in O.R. a. 1500. & ejusdem temporis Constitutionibus pro, Statthalter / reperiuntur hæc: Der / so wir an unser statt setzen werden / (& in alleg. ab Hipp tit.

von

von des Regiments Macht uñ Gewalt &c. Erklär. des Land-Fr. a. 1500. non legitur, wir/ oder den wir an unser Statt &c. sed, wir oder der/ so wir an unser statt setzen werden/ und das verordnet Reichs Regiment/) vel, der/ so an unser Statt sitzen wird/ vel, Der/ so wir darzu verordnen werden/ minimè apparet, an commate post verba, setzen werden/ vel, sitzen wird/ vel, verordnen werden/ interjecto Regimentum à Vicario separetur, quoniàm juxta interpunctionũ doctrinam propter particulã cum cõmate, (der/) post dicta verba itidèm cõma requiritur. Quin, secùs ac Hipp putat, *in d. tit.* Erkl. L. Fr. *&* *Ord. Reg. a. 1500. tit.* Ob der zwölff erkiesten

Fürsten/*&c.* vocula, Wir/nullo commate ab iis, quæ Vicarium designant, distinetur; & *in* Ordn. des Landfried. *ann. 1521. tit.* Ob jemandts des Friedbrechers *&c.* §. *ult.* â Vicario & Regimento Cæsar similiter non segregatur, in ejusdem verò tituli uno eodemq́ue textu § Und als fürter. Cæsar, omisso cõmate, Vicario atq; Regimento conjunctus, &, interpunctione apposita, disjunctus reperitur, ut etiam hinc cõstet, Hippolithi observationes inanes esse, nec perpetuas. Et nihilominùs iisdem textibus conjecturas suas stabilire nititur.

4. Cæterùm de sublati Regimenti causis, *in cap. præced. 4. sect. 1. num. 1.* de Ferdinandi I. electione, *supr. num. 1. in fin.* de non indu-

inducto hereditario Imperatoriæ successionis jure, *supr. in cap. 2*, vidimus.

IN SECT. III.

1. DEputationis comitia, quæ dicunt, cum universorum Ordinum comitiis pro re natâ habendis, hactenus in Imperio retenta esse, *supr. in sect. 1. num. 2 seu ult. in fin.* indicavimus, de quo Deputatorum conventu etiàm Osnabr. pacificatio *cap. 5. num. 18.* agit.

2. An verò Austriaci effecerint, ne aliquanto tempore ejusmodi Conventus celebrarentur, & an qui conventus habiti fuêre, vitio laborârint, ex iis, quæ *supr. in cap. 3. sect. 1. num. ult. & ejusd. capit. sect. 2. & 4. seu ult.* scripsimus, dijudicandum est. Undè,

inter cætera, apparet, ut maximè voluerint Imperatores, nec universales Imperii conventus fieri, nec quando particulares acti fuerint, ordinarii Deputatorum Conventus regulas observari potuisse, ut haud mirum videri debeat, Cæsarem aliquando Principes, quos *voluerit*, (eos nimirùm, quos sibi morigeros sciverit) convocâsse, quamvis verba illa, *quos conventui interesse volebat*, quæ Cæsareæ responsioni Legato Britannico datæ inserta leguntur, *apud Londorp. act. publ. tom. 1. libr. 6. capit. 355. edit. ann. 1641.* valdè mihi suspecta sint, non tantùm quòd antecedentibus & consequentibus non satis conveniunt, sed quòd nec reperiuntur *in iisd. act.*

tom.

tom. 2. libr. 6. tractat. 12. ubi eâ de ra integrâ fide agitur, & quæ *tom. 1.* tradita ſunt, non obſcurè, tanquàm authenticis haud conſona, improbantur.

3. Tandèm, quod Elector Brandeburgicus ad Conventum Mulhuſianum non vocatus ſit, ideoque aliâ etiàm vice eorum, quæ ibi acta fuerint, nullo modo particeps fieri voluerit, qui utique non prætereundus, ſi poſitâ ſimultate venturus viſus fuiſſet, ad rem Hippolithi quid conferat, haud eſt in propatulo, præſertìm cùm quomodò civiles motus regulam non admittant, è ſuperioribus repetimus.

IN SECT. IV.

I.

PLeraque quæ Hipp. hîc adducit, si regulam spectes, â nemine unquàm disputata sunt, & nihil aliud ostendunt, quàm inter partes quæsitum fuisse, an regula vel neglecta fuerit, vel observari semper debuerit, aut potuerit? Si unius partis jus alterius contradictione metiri, integrum esset, (quod in totâ hâc dissertatione Hippolitho familiare est) quomodò justitiæ remaneret locus? nec artis est, propterea ex publicis obvijs scriptis multa coacervare, ut paginæ tantùm scripto accrescant.

2. Electores quidèm qúæ sibi encomia tribuunt, facilè contra quemvis omni modo ac ratione

tue-

tuebuntur, ne tamen & circa reliquam hujus ſectionis materiam convinci videantur, ea conſulenda ſunt, quæ, inter alia, *ſupr. in cap. 3. ſect. ult.* commentatus ſum.

IN SECT. V.

I.

EXijs, quæ *h. cap.* tradita ſunt, contra Hippolithum hîc concludendum eſt, omnium maximè Auſtriacos de modo, quo expeditiùs, & minoribus impenſis Imperium gubernaretur, ſolicitos fuiſſe, annua univerſalia comitia ex antiquo, & ferè tantùm Caroli M. ætate in Imperio, nec tamen conſtanter, uſurpata reducendo, Regimentum ordinando, Conſilium octo perſonarum inſtituendo, quæ omnia

quò minùs diu obſervarentur, non per Imperatores eveniſſe, ſed ipſam Imperii rem, atque naturam ejusmodi inſtitutis obſtitiſſe, rediiſſe igitur Reip. adminiſtrationem ad Comitia neceſſario quovis tempore celebranda, (quibus deindè acceſſerit Deputatorum Conventus, cujus tamen etiàm in antiquitate non obſcura extant veſtigia) qualis adminiſtratio tantum abeſt, ut Auſtriacis aſcribenda ſit, ut etiam ante continuam Auſtriacorum ſucceſſionem aliquot ſeculis Imperatoribus, atque Ordinibus placuerit, Imperatoriam verò noſtræ ætatis tyrannidem, cum univerſalium comitiorum non frequentatorum culpa in Imperatatoribus haud

haud resederit, Hippolithum frustrà, & iniquissimè, ne quid pejus dicam, demonstratum ire.

2. Hinc ultrò evanescunt illi quæsitæ potentiæ gradus, quos Austriacis affingit: & annuorũ comitiorum, Regimenti, ac similium introductionem Imperatoribus majestatem non abstulisse, nec Imperium effecisse Aristocraticum, superioribus abundè ostendimus; confundere itèm Hippolithum Palatii, & Regni Consilia, *sup. in sect. 1. num 2.* docuimus. Ejus qui *Statum particularem Regiminis S. C. M. Ferdinandi II.* descripsit, allegatis ab Hippol. verbis Consilio Imperii aulico major quidèm, quàm Cameræ, tribuitur pote-

stas.

ſtas, ſed non quanta olìm Regimento competebat, cùm de rebus Imperii juxta præſcriptum juris jam conſtituti inibi decidendis, non verò de Imperii jure primùm conſtituendo autor iſte loquatur, &, quia de hujus nomine, atq́; conditione haud conſtat, quamnám ſuæ aſſertioni autoritatem conciliet, in ſuſpenſo reliquendum ſit: conſuli tamen idem poteſt *eod. cap. 9.* de diverſis Aulæ Conſiliis, quorum præcipua & principalia ſunt duo illa, quæ expreſſimus, & Imperatorium Secretum, ac Imperii aulicum Conſilium nuncupantur.

3. De utriusq́; Conſilii æquitate, quicquid Hipp. putet, videri poſſunt, quæ *ſupr. in part.*

1. cap.

1. cap. 10. sect. ult. n. ult. & h. cap. sect. 1. num. 2. seu ult. notavi. Qui Consilium Imperii aulicũ olìm Moguntino Electori juramento obstrictũ referunt, ei hoc uti Archicancellario Imperii tribuunt, quod utiqúe juramentum non suo, sed ipsius Imperatoris nomine receperit, necesse est, *vid. supr. in cap. 10. sect. 5. num. 3.* & valdè hìc se æquos præbuerint Imperatores, quemadmodùm de Aulici judicii visitatione eidem Electori concessâ *sup. in sect. 1. d. num. 2.* sensimus. Cætera hujus sectionis jam superiùs abundè examinata sunt.

IN

IN CAP. VI.

De quartâ STATUS RATIONE, quæ in eo consistit, quod simulacra Majestatis Principi relinquenda, jura vero Reipubl. reservanda sint: Et in specie; de simulacris Imperatori relictis, aut relinquendis.

IN SECT. I. & II.

I.

IN utrâq; hâc sectione nihil occurrit, quin aut falsum, aut ab Imperatoribus nostris alienum jam ostenderim. Nam nec simulacris eos, sed honore integræ majestatis coli, quæ hactenùs commentatus sum, edocent, nec de Polonis, aut Venetis ducta

cta argumenta nobis obstare, sæpius monui.

2. Et antiquos Romanos Principes, quos injustam potestatem exercuisse, alibi probavi, titulos metu, atq; adulatione oblatos dissimulationis ergò rejecisse, summæ verò potestatis nomina Imperatores nostros meritò accepisse, ut quibus res ipsa eadem tribuerit, *supr. in part. 1. cap. ult. num. 2. seu ult.* indicavi, quemadmodùm idem meo hoc commentario conspicuum fit, ut quid vel Æneas Sylvius vel Erasmus senserint, haud morer.

IN SECT. III.

I.

MUlti, cùm animadvertāt, varias Constitutiones, decreta, atq; alia Imperii documenta, quæ

quæ partim Hippolithus hîc attingit, de Romanorum Rege ita loqui, ac si parem ei cum ipso Imperatore summorum Imperii negotiorum ascribant potestatem, præsente quidèm Imperatore, administrationem ipsi tribuere non audent, sed absentis tamen, aut impediti Imperatoris perpetuum Vicarium statuunt, & eò usq; nonnulli progrediuntur, ut jure proprio ex ordinariâ lege, non Imperatoris absentis, vel impediti nomine, aut mandato administrationem eum exercere dicant, quam rem in utramq; partem disputatam reperies, ut alios taceam, *apud Paurmeister. de jurisd. Imp. R. libr. 2. cap. 5. Reink. de regim. sec. & eccl. libr. 1. class. 3. cap. 14. num.*

46. &

46. & seqq. Limn. de jur. publ. Imp. R. lib. 2. cap. 5. num. 34. usq. ad. num. 41 Carpzov. commen. in Leg. Reg. Germ. cap. 11. num. 18. & seqq. & ejusd cap. sect. 5. Vincent, opinor, ea argumenta, quæ nec perpetuum, nec proprii juris Vicarium Imperatoris habendum, verùm tantum administrare Regem Romanorum, quantum â superstite Cæsare ei commissum sit, ostendunt: etsi credam, aliam non esse Imperatoris Regis Romanorum electionem haud aversantis mentem, quàm ut nemini nisi illi vices suas demandet, idque usu etiam firmatur. *vid. supr. in c. 13. sect. 1. num. 3.* Maximè verò, ut putem Regem Romanorum nec perpetuum, nec ex ordinariâ lege esse Imperatoris

ratoris Vicarium, Capp. Impp. perſpicuis adducor verbis, §. Wir ſollen und wollen uns auch keiner. *Impp. Maximil. II. & Rudolph. II.* §. Wir ſollen und wollen auch uns keiner. *Imp. Ferd. III.*

2. Sanè Carolum V. Imp. eum, quem Romanorum Regem electum vellet, voluiſſe etiàm perpetuum ſe abſente Vicarium, vel ſcopus electionis demõſtrat. Inter cætera enim cauſatus eſt Cæſar, *quia diverſis ipſe regnis atque populis imperaret, neque poſſet continenter eſſe in Germania, & quia per Imperium multa inofficiosè fierent ac minus obſequenter, itaque ſibi videri prorſus neceſſarium & ex uſu reipublicæ, ut ſecundum ſe creetur aliquis Romanorum Rex, velut alterum Imperii*

perii caput, per suam absentiam, cui fidere, & in quo possit ipse totus acquiescere. Sleidan. histor. libr. 7. in fin. ad fin. ann. 1530. Undè & Imperatoris voluntatem, & in Ferdinando speciale fuisse, ut perpetuus esset Imperii Vicarius, facilè intelligitur, (& speciale quid in Ferdinando subesse, Paurmeisterus quoque *de jurisd. Imp. R. lib. 2. cap. 5. num. 11. in fin.* & Carpzovius, *comm. in L. Reg. Germ. c. 11. §. 5. n. 22.* agnoscunt) ita tamen, ut si Imperator quod noluit voluisset, revocato mandato, alium substituere liberũ habuerit. Quod tamen nonnunquam *in Recess. Imp.* quasi proprio jure (auch für uns selbst) Imperii negotia tractare legitur, eo perpetuitatem, quâ circa

circa Vicariatum donatus sit, indicari, verisimile fit, nam ratione ipsius administrationis, mandato & vice Imperatoris administrâsse credendus est, quæ omnia claris textibus, quos â dictis scriptoribus laudatos alleg. locc. reperire licet, comprobantur. Cæterùm scrupulum adhuc movet, quod Ferdinandus ex se, tanquàm Rex Romanorum, (für uns selbst/ als Römischer König) administrâsse audiat, undè administrationem ei non tàm ex concesso perpetuo Vicariatu, quàm ex ipsâ electione competiisse colligas. Sed cùm satis constet, vicariam esse operam Regis Romanorum, ejusmodi locutionis aliam oportet indagare rationem, quæ & quæ-

& quærenti obvia est, quæ itèm cum perpetui Vicariatus ratione conjuncta peculiarem quoq; de Ferdinando dubitationem tantò magis expedit. Nam si quid Rex Romanorum, sive perpetuò, sive ad tempus, nomine Imperatoris administret, id suo quidèm etiàm jure agere, dici potest, non quòd jam reverà habeat, sed quod certò se habiturum speret. Sic liberi, propter spem certam, vivo quoq; patre bonorũ paternorum quodammodò domini existimantur, §. *Sui autèm. 2. Inst. de hered. qual. & diff. l. in suis. 11 ff. de liber. & post h. her.* non adire, sed retinere parentis hereditatem, *l. si patronus. 12. §. fin. ff. de bon. libert.* & penè ad propria bona venire dicuntur,

tur, *l. 1. §. largius, 12. ff. de success. edict.* Et hæc comparatio huc ideò quadrat, quòd Rex Romanorum Imperatoris non minùs, ac liberi parentum, indubitatus est in Imperio successor, *R. J. a. 1559. pr.* ibi: Uns als hiebevor erwehlten/ bestättigtem und gekrönten Röm. König/ auch ihrer Liebd und Kayß. Mayestat/ im Fall der Erledigung des Kayserthums unzweiffentlichem Rechtem Successori. Hinc itidèm est, quòd, inter cætera, Regi Romanorum majestas, seu potestatis Plenitudo (per hanc enìm ipsam majastatẽ designari, *vid. supr. in cap. 16. num. 1.*) adscribitur, quod idem etiàm caput Imperii appellatur. & hoc utiq; ne Imperium duobus æquè sum-

ſummis, ejusdemq́ue reſpectus Capitibus deforme reddi videatur, de Cæſare, ut qui actu, de Rege Romonorum, qui potentiâ Caput Imperii ſit, qui idem ita propter ſpem certam appellerur, accipiendum ratio ſuadet: diſcrimen quoque faciam cum Limnæo, *de jur. publ. J. R. libr. 2. cap. 15. num. 36.* inter Caput Imperii ordinarium, & vicarium, ſi in R. I. ann. 1564. §. So unterſtünden. textus, qui de Maximiliano II. Rege Romanorum loquitur, ad vicariam ſimul operam referri poſſit.

3. Quibus omnibus non tantùm univerſa, quæ Hipp. hâc ſectione docet, enodātur, ſed & in ſpecie ejusdē dialemma, quo nimiū ſibi placere videtur, & rem

omnem uno quasi ictu contectam existimat, levi operâ enervari, palàm est. Etsi enìm non nudo, sed spe certâ comitato titulo majestas, seu Plenitudo potestatis Regi Romanorum tribuatur, non tamen ea ejusdem generis est, quæ Imperatori superstiti ob rem in actum deductam tribuitur; ideoq́; hanc cõcedo Regi Romanorum nec privativè, nec communicativè, nec cumulativè, quibuscunq́; terminis Hipp. uti velit, ascribendam esse. Id verò absurdum non est, duobus majestatem, seu Plenitudinem potestatis competere, adeoq́; duo summa, sed diversi generis, diversiq́; respectus, in eâdē Republicâ reperiri, quemadmodùm (ut usurpatum ab Hipp.

Hipp. ſimile retorqueam) ij re- ctè ſentiunt, qui duos eandem rem in ſolidum, ſed diversâ ſpe- cie, alium ſc. civiliter, alium na- turaliter poſſidere poſſe ſtatu- unt.

4. Hoc addo, etiamſi ſuppo- nerem, Regi Romanorum, & a- liis, majeſtatis, atq; cætera ſum- mæ poteſtatis nomina absq; re, reivé ipſius effectu, nudi hono- ris, vel autoritatis ergò tributa, indè tamen idem Imperatori accidiſſe, perperàm admitte- rem. Nam ut illud de Rege Ro- manorum, aut aliis, antequàm ſupponatur, probandum eſt, ita ex majeſtatis titulis tamdiu pro ipsâ Imperatoris majeſtate præ- ſumi debet, donec ei rem non competere doceatur, *vid. ſupr.*

 in

in part. 1. capit. 3. sect. 2. numer. 3. quod quo successu ab Hipp. tentatum sit, æquo censori dijudicandum relinquo.

SECT. V.

1. QUæ hâc sectione contra Imperatoris Majestatem dicuntur, ex superioribus passìm removeri, aut explicari sine difficultate possunt.

2. Qui antiquos Romanorum Principes non pro Regibus, nedùm absolutis, habent, minimè errant, *vid. supr. in part. 1. cap. 4. sect. 2. num. 5. & cap. 9. sect. 1. n. 2. & seq.* ut Hippolithus immeritò castiget Suetonium, quasi huic, â quo edoceri debebat, vulgi more, & minùs, quàm Hipp. ea res cognita fuisset: probare quidèm Hippol. ex Tacito potest,

quòd

quòd apud Romanos vis (pro quo verbo Hipp. *jus*, legit) imperii valuerit, inania transmissa sint, sed indè non constat, penes Principes Romanos vim imperii constitisse aut consistere debuisse.

3. Tandèm Hipp. ubi ab enarrandis Majestatis Imperatoriæ simulacris, quæ putat, discedit, ad aliud genus simulacrorũ transilit, quæ indè fingit orta, quòd Imperatores Austriaci majestatis jura Ordinibus eripuerint, quò nunc sequemur ducentem.

IN CAP. VII.

De singulis Majestatis juribus, quæ Imperium salva sibi reservare debuerat, sed Imperatores, Procerum negligentiâ, paulatim sibi arrogârunt.

SECT. I.

I.

Hâc ſectione Hipp. fateri quidèm cogitur, Auſtriacos Imperatores Imperii legibus, atq; conſuetudine ſe obſtrictos affirmâſſe, nonnullis tamen vicibus iterùm negâſſe, & noluiſſe Imperii legibus teneri. Hoc teſtimonio Autoris Donaverdicæ informationis, deindè exemplis quibusdam probare conatur. Teſtimonio, tanquàm inartificiali, quod dicitur, & imò adverſæ partis argumento in re tantâ uti quis licere dicet? Exemplum ex causâ Donaverdicâ mutuari incipit, in quâ Executionis leges, ſeu Ordinatio neglecta ſit, confitentibus Cæſarianis, & ipſo Cæſare. Verùm etſi ego

ego ejus causæ lites ad incudem revocare nec debeam, nec velim, id tamen monere possum, ideò quòd aliquam partem legum Executionis Cæsar ad se haud pertinere existimaverit, eundem non omni Ordinationis vinculo liberum, multò minùs in genere Imperii legibus se solutum venditâsse. Illud enim tantùm quærebatur, nùm executionis Ordinatio ita Cæsarem constringeret, ut re ab eodem judicatâ, ipse alio quàm ordinario Circularis legis auxilio sententiam exequi non posset, atque adeò etiam Circularis exequendi modus cum peculiari Cæsaris executione non concurreret, vel saltèm nùm ubi ordinarium auxilium suspectum

videretur, Cæsari extraordinario modo providere haud integrum esset? quod Donaverdici affirmabant, Cæsariani negabant: utri parti adhærendum sit, hîc disputare meæ non est veniæ. Quoniàm autem ob particulare hoc circa Executionis ordinationē litigium Ordinatio ipsa non tollebatur, nedùm Imperator cuiquam jus suum, eâdem luculenter expressum, ereptum volebat, Donaverdensem civitatem, juxta Imperii Constitutionum & Ordinationis præscriptum, tamdiu Principi Bavaro obligandam duxit, donec hic Executionis expensas recepisset. Quamvis etiàm ex assertione speciali Autor Beständiger Information, *part. 2. pag. 361.* â

361. à Cæsarianis absolutam Imperatoris potestatem prætendi generaliter concludat, nihilominùs idem Hippolitho planè contrarius non in Imperatorem, sed Consiliarios ejus rei culpam vertit, ibi: Nun hat man gleichwol offt höchstgedachter Keyß. Mayest. die Schuld gar nicht zu geben / als die man vielmehr zu erhalt: als Debilitirung der Reichs Constitutionen geneigt wol weiß: quod nec excutiendum, nobis sumimus.

2. Et in cæteris exemplis omnibus reperire est, quòd Imperator vel speciali casu legem sibi dictã non putaverit, vel necessitati aliâ, quàm ordinariâ ratione consulendum existimaverit, undè

arguere potiùs Hipp. debuiſſet, Imperatores etiam Auſtriacos legibus, moribusq; Imperii regulariter ſe devinctos profiteri, quemadmodùm hoc ſigillatim & clarè in transactione Pragenſi § *penult.* Schließlich haben. agnitum fuit. Nec dubitandum eſt, Cæſarem adhuc ann. 1621. magis, quàm poſt tot annorum irritos conatus a 1635. quo Pragæ transactio inita eſt, de celebrandis Imperii univerſalibus Comitiis ſpem conceptam habuiſſe, ut ea tempora ab Hippolitho perperàm comparentur. Funeſtum proſcriptionis Palatinæ negotium refricare meum non eſt, & quantum Imperatori circa proſcriptionem liceat, absque ullo ſpecialis exempli reſpectu, aliàs

aliàs explicavi, quali etiàm respectu remoto, dicere non prohibeor, malè Hipp. ipsi proscriptioni eandem, quam proscripti restitutioni, difficultatem ascribere. Quis enim non sentit, vel per proscriptionis executionem evenire posse, ut aliorum res ita involvantur, ut absque eorundem vel consilio, vel consensu proscriptum restituere Imperatori haud integrum sit?

3. Porrò ex querelis ipsarum partium, quas Imperator contradicentes habuit, quid Imperatori exprobrandum fuerit, lectori dijudicandum relinquo, atq; etiàm provoco hic meritò ad ea, quæ *supr. in cap. 3. sect. 3. num. 4.* notavi. Sufficit admonuisse, quòd particularibus litibus,

& ſpeciali, atq; extraordinario caſu, (quò etiam Civitatis Spirenſis privilegia haud pertinere putabantur) dicta, atq; acta eò flecti nequeant, ut Hippolithus Auſtriacos Imperii Conſtitutionibus ſolutos eſſe, voluiſſe, (quod hâc ſectione probare geſtit) rectè ſentire videri debeat, cùm potiùs, ut dixi, ejusmodi exceptionibus Imperatores regulare Imperii jus agnoſcere credendi ſint. Quatenùs verò Elector Palatinus ſit Imperatoris judex, *ſupr. in part 1. capit. 5. ſect. 3.* conſideravimus, undè ſatis conſtat, non hoc tanti eſſe, ut remoto Palatino, Imperatoris poteſtas aucta dici poſſit: quin iterùm dormitat Hippolithus, qui quod jus aut privilegium uni adem-

demtum, alteri redditum non reminiscitur.

IN SECT. II.

I.

PRo libidine leges tulisse, & abrogâsse, quod de Austriacis proferre Hipp promiscuè volebat, de solo Imp. Ferdinando II. pronunciat, de quo tantum credemus, quantum probaverit. Probare autèm conatur solo pacis Pragensis exemplo, sed ipsum ejusmodi exemplo causam suã prodere, jam ostendimus, & ipsâ transactione *d.* § *penultim.* Schließlich haben. res plana redditur, *iung.* § Wir sollen und wollen. *7. Cap. Jmp. Ferd. II I.*

2. Non in omnibus hanc transactionem cum Passaviensi comparaverim, attamen eo conveniunt,

unt, quod partes transigentes nullas Imperii constitutiones sibi oppositas voluerint. Apertè enim etiàm in transactione Passaviensi cautũ reperitur: Solches alles und jedes / so obgeschrieben/und in einem jeden Artickel naimhafftig gemacht/ und die Keyß. May. anrühret/ sollen sie &c. unangesehen/ aller anderer auffgerichter Abschied so viel die/ dieser Vergleichung in etwas zuwider oder abbrüchig seyn möchten/auch alle Ständt des Heiligen Reichs sampt und insonderheit bey diesem Vertrag/Friedestand/und andern Artickeln obbegriffen / handhaben/ schützen und schirmen. Et inter cætera, juxta pacis publicæ Constitutionem, & Imperii

rii

rii Ordinationes, in Krafft des hievor auffgerichten Landfriedens/ und Reichs Ordnungen/ eandem transactionem executioni mandandam, atq; defendendam ſanxerunt.

3. Cæterùm conventionem Pragenſem pro univerſali Imperii placito non habendam, nec inter Imperii Receſſus referendam ipſæ partes cenſuêre, antequàm vel ab omnibus Ordinibus, vel horum pleriſq́, approbata eſſet, §. Und wenn nun dieſer. *d. transact. ferè in fin.* An autèm iſti approbationi coactio interceſſerit? quæſtio amplior eſt, quàm ut ab Hipp. nudâ aſſertione diſcuti queat, â cujus tractatione etiam nos nunc poſt cōtroverſias ſopitas meritò temperamus.

4. Etsi autèm transactio Passaviensis in codicem Recessuum Imperii non sit relata, pro communi tamen pacis auxilio habita est, quemadmodum ipsa idem intendit, cùm eorum omnium, qui illam apprehensuri essent, bono excogitaretur, §. *(& passim)* Und wir der Churfürst. ibi: so in diesem Vertrag begrieffen / oder denselben hernachmals auch bewilligen/ und sich mit gleicher Verpflichtung darein begeben. Quin eâdem communis causa non est non acta, quando §. Und mitler Zeit. *& seqq.* religioni pax dicta, & summo Imperii judicio hæc pax commendata, atque alia in istâ conventione deliberata sunt, ad quæ posteà ann. 1555. in universer-

versalibus Comitiis evidens respectus habitus fuit, *vid. pr. &* §. Dieweil aber etliche Stände. *&* §. Und dann / dieweil beyderseits. *R. Imp. ann. 1555. & pr. Ord. Cam. ej. ann.* ut nimo contradicendi studio Hipp. ducatur, cùm, secus ac ipse d. Recessus docet, in transactione Passaviensi fundamentum pacis Religionis haud quærendum statuere cupit: nec enìm in d. Rec. Imp. ann. 1555. tàm pax illa sancitur, quàm Passavii jam sancita, in specie explanatur, inter alia, atq; confirmatur.

IN SECT. III.

I.

QUid quantumq; in Religionis negotio, & circa ejus pacem Imperatori tribuendum sit,

supr.

supr. in part 1. cap. 4. sect. 3. & cap. 8. num 4 & seqq. ponderavimus. Rectè quidem pacem Religionis nec extendendi, nec restringendi facultatem absque Ordinum consensu Imperatori competere dicemus, sed nunquàm Imperatores conquerentib⁹ largiti sunt, quòd vel causâ Argentoratensi, vel edicto a. 1629. promulgato, alius quàm judicis, aut benè judicata ad consequentiam trahẽtis officio functi sint. De Imperatoriâ autèm judicandi potestate *sup. in part. 1. cap. 10.* abundè egimus: cùm tamen Imperatori sine Ordinum consensu etiàm pacis Religionis, & huic paci annexarum causarum declarandarum potestas relicta haud videretur, §. Und soll alles / das in hievori-

vorigen. *R. I. 1555.* Imperator hoc de causarum secundùm Imperii constitutiones jam decisarum jure ad similes causas trahendo accipiendum non existimabat, veluti id verba Edicti a. 1629. indicant, §. Wann nun hiemit. ibi: Wie sie (Camerales) dann in allen Puncten in Erörterung der Reichssachen vber den Religion-Frieden schon hiebevor aus ebenmeßigen Grund des klaren Relig-frieden/ was wir durch diß offentlich Edict erklärt/ und erörtert habē/ gleichfals solches alles für recht befunden. Undè nec mirabitur Hipp. Imperatorem earum rerum judicandarum potestatem sibi attribuisse. Sed de his ulteriùs disserere nec opus est, nec licet,

licet, uti *supr. in part. 1. cap. 6. sect. 1. num. 2. in fin.* notavi; & esse hanc materiam aliàs quoq; singularem, ea arguunt, quæ *supr. in d. part. 1. cap. 7. num. ult. vers. Id tamen est planè. & h. part. 2. cap. 3. sect. ult.* scripsi.

2. De jurisdictione, quam Imperator sibi sartam tectam in Pragensi transacttione reservavit, inspicendus est ipse textus, ubi apparebit, ea hîc ab Hipp. omitti, quib⁹ excusari Imperator maximè potest, quali dissimulatione idem Hippolith. sæpè utitur.

IN SECT. IV.

1.

Acta Hipp. hîc (& alibi sæpiùs) agit, ideoq́ue hîc etiam recolenda sunt, quæ *sup. in. part. 1. cap.*

cap. 9. animadverti. Et in ſpecie an Imperatoris de Smalcaldico fœdere opinio alienâ antiquorum Saxonum ſatis ſuſpectâ reſponſione examinanda ſit? an quòd in bellis civilibus, inter tot contradictiones, Imperatores nulla fœdera contra ſe ineunda cenſuerunt, (quò Tillius quoq; collimavit) ita iisdem vitio vertendum ſit, ut jurium Imperii contemtores, & libertatis Germaniæ everſores audire mereant? ê commentario noſtro *in d. cap. 9. paſsìm, & peculiariter ê ſect. 1. num. 11. præſertìm verſ. Verùm ex hoc.* dijudicandum arbitror.

2. Meliùs quoqúe Electores, quàm Hipp. opinatur, de Boruſſicis, Italicis, atq́, ſimilibus Imp. Ferdi-

Ferdinandi II. expeditionibus ſenſiſſe, in Conventu Ratisbonenſi a. 1630 habitus receſſus demonſtrat, §. Es hetten aber Jhre. *& ſeq. in act. public. â Londorp. inchoat. tom. 3. libr. 2. tr. 47. ſeu ult.* & in hujusmodi bellis defenſionis ergò ſuſcipiendis liberiorem Imperatoribus competere poteſtatem Capitulationes probant, §. *alleg. ſupr. in part. 1. cap. 9. ſect. 1. num. 10.* quò & bellum contra Galliæ Regem ſuſceptum referri debet, ut nec pro belli indictione reputanda ſit declaratio â Ferdinando Infante Hiſpaniæ non ſolùm in Imperatoris, ſed & Regis Hiſpaniæ gratiam edita, *ind. act. publ. tom. 3. libr. 7. tr. 69.* atque in eodem negotio Ferdinandi III. tunc Hungariæ Regis, diplo-

diploma defensionem non obscurè exprimit, *ibid. tract. seq. 70.* §. Wañ dann bey jetzterzehlter. ibi: Können höchstgedachte Käyserliche Majestet/wie auch wir/ uns anderst nicht versehen/deñ es werde niemanden frembd vorkommen/oder sich darob zu verwundern haben/ das Jhre Kayß. Majestät den Krieg / so der König in Franckreich in Jhrer Maj. Ländern und Gebieten unrechtmäßiger Weise eyngeführet / denselbigen widerūm in Jhr Königreich durch billigmäßigē Gegengewalt zurück zu schieben dero vorgenommen haben.

3. De pace Pragensi, ac responso quod Legatus Britannicus retulit, *supr. in sect. 1. num. 2.* dispeximus.

 ximus.

ximus. Et cætera omnia, quibus in Pragensi transactione contra nonnullos duriter actum Hipp. existimat, etsi à me non examinãda sint, æquiorem tamen interpretationẽ desiderant, quòd illo aliquod seculorum dubio non discusso, (neque enim ejus determinationem ulla ratio admisit) Nùm contra Imperatorẽ bella gerere, aut fœdera inire aliquando liceat? Imperator saltèm noluit indulgendo omnia illud contra sese decidere: atq; superfuerunt etiàm, qui in adversum nitendo, idem in suspenso reliquerunt. Si fortè quid de hoc dubio sentiendum sit, meam opinionem scire cupias, malim eam ex hoc meo commentario passim colligi, quàm

nudâ

nudâ tractatione temerè, & dedità operâ â me prolatam censeri.

IN SECT. V.

1.

Hîc nimiùm Hippol. crambem coctam recoquit, & pleraque hujus sectionis *supr. in part. 1. cap. 10. ac passim alibi*, abundè ponderata reperies. Cùm ibi probaverimus, Imperii jurisdictionem, tàm Regalium, quã aliarum causarum, & ante & post ordinatam Cameram, Imperatorib⁹ propriam, eamq; Cameræ ita mandatam esse, ut illã non in omnibus, nec sola exerceret, sed exercitium ipsum etiàm Imperatores, Regales quoq; causas sibi absq; concursu reservantes, in aulâ retinerent, Hippoli-

polichum hîc falsis suppositis niti, & Austriacos Imperatores non aliena, verùm Antecessorũ suorum vestigia pressisse, maximè quidem quando potestatem suam in dubium vocari animadverterunt, nemo non sentiet.

2. Fallitur ergò Hipp. qui Aulicæ, & Cameralis jurisdictionis concurrentiam, uti loquimur, quæ ex mandatæ jurisdictionis Cameralis naturâ æstimanda est, quemadmodùm alibi docuimus, ex Protestantium querelis ad Cæsarem delatis ortam putat, quamvis largiar, Protestantes Cameram, quæ juxta præscriptam Ordinationem pergere tenebatur, spontè declinantes, ad Cæsarem refugisse, qui etsi secundùm Imperii leges judicaret,

ret, moderari tamē causas poterat, ne iniquo tempore Protestantes sententiis opprimerentur; undè factum, ut qui fortè Cameram, concurrentiæ istius libertate, & quòd illa solis judicialibus vacans, causas expeditiùs decidere crederetur, adire maluissent, rebus sic stantibus, Aulam implorare maluerint.

3. Nec Hipp. absonum videatur, aulicum Imperatoris judicium non eâ, quâ Camera, ordinatione constringi. Quoniàm enim tantùm Cameræ certa Ordinatio præscripta est, Imperatores verò in aulâ circa causas, & quas sibi reservarunt, & quæ ad aulam ex ejusmodi per concursum istum non denegatâ libertate deferuntur, pristinâ

judicandi potestate non exciderunt, nec ordinationes eos, præter antiquum Imperii stylum, & quicquid, quod Aulam tangeret, in Camerali ordinatione apertè constitutum reperiretur, sequi debuisse, sed, modò Imperii jura causarum decisionibus applicarent, justè in cæteris opportunâ quâvis ratione uti potuisse, consequens est. Quin æquiores fuisse Austriacos, quàm ut jurisdictionis exercitio nimium sibi tribuisse, existimari debeant, quòd tandèm certas quoque ordinationes aulico suo judicio commendaverint, *supr. in cap. 5. sect. 1. num. 2. vers. In isto igitur.* annotavi.

4. Illud negari nequit, nunquàm magis, ac postquàm Camera

mera ordinata est, de Imperatoris jurisdictione lites motas esse, undè accedente animorum distractione, Imperatoribus aulici sui judicii autoritatem tenaciter tuendi causa non levis fuit, ideoq; nec culpandi sunt, quòd haud æquè in aulico, ac Camerali judicio Austregarum ordinationem (de quâ ad aulicum judicium trahendâ in eâdem nihil apertè disponitur) locum habere existimaverint: neque tamen hîc præfractè agere voluerunt, quando, vel iis ipsis, quæ Hipp. ex Imperii aulici Cõsilii ordinatione adducit, contestantibus, regulariter Austregarum ordinationem in aulico quoq; judicio admittendam disposuerunt. Videbatur quidèm indè â Carolo V.

lo V. Imp. Auſtregarum privilegium hîc etiam per Capitulationes Ordinibus deberi, *Capp. Imp. Carol. V. Ferdin. I Rudolph. II. Matth. Ferdin. II.* (§. Wir ſollen und wollen auch die Churfürſten. 13.) ſed cùm absque dubio verba: ordentlichen Richtern: quibus id nonnulli ſignificatum putabant, de privilegiariis judicibus intelligi non poſſent, ſed de ordinariis potiùs inferiorum (nàm de his quoque, non de ſolis Ordinibus ibi ſermo eſt) judicibus accipienda eſſent, ut propterea non absque ratione Ferd. II. Imp. *d.* § pro verbis iſtis ſcribi curaverit: ordentlichen Obrigkeit: tandèm Imp. Ferd. III. præter priora Capitulationi ſuæ inſeri paſſus eſt: Bevorab

auch

auch bey der ersten ausdrücklichen instantz bleiben lassen. Et ut hæc res omni dubio careret, Osn. pacis constitutone jus Austregarum, tanquàm in aulâ quoq; usitatum, confirmatum est, *cap. 5 num. 20. §. visitatio. penult. vers. Cætera.*

5. Deputatis verò, quorum Hipp. mentionem facit, a. 1615. Norimbergæ Consilii aulici Ordinatio cõmunicata fuit, ut ex suâ sententiâ eam perlustrarent, modò censura imposterùm Cæsari placeret, nàm decernendi jus Imperatores hìc quoq; salvum meritò retinent, *vid. R. I. a. 1641.* §. Vber dieses haben wir uns.

6. Imperatores Cameram ordinando, sibi quoque legem dixisse, ne causas in Camerâ legi-

timè cœptas ad aulam suā quocunque modo avocarent, *Ord. Cam. ann. 1495. tit.* Das Cammergericht soll seinen gestracken Lauff haben. & *Ord. Cam. a. 1555. part. 2. tit. 35.* clariùs est, quâm ut argumentis â Berlichio insignitè affectatis aliter persuaderi possimus. Meritò Berlichius propterea ab aliis, præsertim â Limnæo, *de jur. publ. Imp. R. libr. ult. cap. 2. num. 61. & seqq.* reprehensus est. Nec Imperatores post ordinatam Cameram Aulæ suæ id unquàm asseruêre. Gravamina, quæ vocant, circa hanc quoque materiam emersisse, cum Hipp. non pugnabo, verùm illa cùm â Cæsaribus eâ responsione excepta sint, quâ non tantèm sibi nihil imputandum ostenderunt, sed

ſed & ſi quid vitii hìc irrepſiſſet, emendandum duxerunt, audacter nimis Hipp. eam rem dijucandi partes ſibi ſumit. Gravamina idem pro rebus deciſis habet, atque ſi hunc probandi modum ex ejus diſſertatione eximas, omnes ferè, quibus ſingulariter Imperatoriam majeſtatem, & Cæſares Auſtriacos ſubvertere minatur, vectes ſubtraxeris. Cùm legatorũ Electoraliũ querelas a. 1590. effuſas huc adducendas putaret, inſecutam Cæſaris declarationem, quæ de litibus â Camerâ non avocandis, & in ſpecie de civitatis Erfurdenſis exemplo, in iisdẽ actis *n. ſeq.* 2. §. Das dem Key. Cammergericht. *p.* 55. & §. Die ausgangene. *p. ſeq.* 56. extat, ſimul proferre, & ſic in cæ-

teris versari debebat. Quæ Evangelici aulico Imperii Consilio a. 1613. objecêre, quibus maximè opinionem suam probari Hipp. autumat, reperiuntur in Gründlich. Relation des jenigen/ so bey jüngst zu Regenspurg &c. *sub lit. A.* §. Neben diesem. *vers.* Desgleichen. *pag. 37.* sed in eâdem relatione, *sub. lit. M. pr. vers.* Der dritte. *pag. 103.* ipsi Evangelici recensent Imperatoris respõsum, quo si qua in isto Consilio inordinatè acta fuerint, nec placere sibi, nec incorrecta fore, affatim contestatus sit: Der dritte Punckt betreffe Ihrer Keyserl. Mayt. Hof Raths Jurisdiction: Vnd liessen Ihre Mayt. bey demselben den Correspondirenden anzeigen/ da vielleicht

vor

vor diesem darbey etwas Unrichtigkeit vorgangen/daß Ihre Kays. Mayt. daran kein gefallens. Sie hetten aber Ihres theils geschworen / Recht und Gerechtigkeit zu befordern. Versehen sich also nicht / daß man deroselben Scepter, Justitz, vocation, Autoritet, und Hochheit zu suspendiren / zu arestiren/ oder zu diminuirẽ gemeint seyn werde. Verstünden der Correspondirenden Stand suchen und begehren bey diesen puncten dahin / daß allein die vor diesem vorgelauffene Ungelegenheiten abgestellt werden möchten. Und eben zu dem end hetten Ihre Mayt. eine Refermations Instruction begreiffen lassen. Dieselbe wolten Sie den
 Sämpt=

Samptlichen Churfürsten ü-
bergeben: Denen alsdann frey
stünde/ solche Instruction auch
andern Ständen zu communi-
ciren. Und wolten Ihre Kays.
M. dero Kayserlich Schwerd/
Beruff/und Autoritet/in admi-
nistrirung der Justitien also er-
zeigen/daß Ihre Mayestät es
gegen Gott/den Ständen/und
bey künfftigen Reichstag ver-
antworten köndten.

7 Cæterùm, quod aulicum judicium usitatæ in Camerâ Revisioni, vel Syndicatui non subjaceat, & sic quoque liberius sit aulicæ jurisdictionis exercitium, ratione haud carere, *supr. num. 3.* dicta indicant, quamvis pacif. Osnabr. peculiarem in aulico judicio acta revisendi modum Impe-

Imperator admiserit, *cap 5. num. 20. § Quoad Processum*. Et de Rudolph. II. Imp. in causâ Donaverdicâ rescripto *supr. num. 1. in section. 1.* egi. Auctario tandèm quod de crimine, quo tantummodò Electori insidiæ structæ sint, Hipp. huic sectioni subnectit, quomodò in genere Ordinũ Imperii criminalem jurisdictionem turbatam, & indistinctè læsæ majestatis sive perduellionis delictum, quale per analogiam in Ordines committi dicitur, ad Imperatoriã cognitionẽ tractũ obtinere possit, ipse viderit: & tamen vel ex A Bull. *tit. 24.* ubi non solùm ob crimen perduellionis in Electorem admissum bona delinquentis fisco Imperatoris vendicantur, sed & idem crimen

crimen tanquàm Imperatori ipsi illatum censetur, pro Imperatoris (quem non facilè dices compellendum, ut accusando coram inferiore, rei aliàs ordinario judice, litiget) jurisdictione non leve argumentum capitur, quod ego quidèm non urgeo, verùm duntaxàt eo fine moveo, ut palàm fiat, quàm temerè Hipp. ejusmodi quid in Cæsaris odium torquere nitatur, quasi Imperatori in utramq; aurem dormiendum sit, ubi nõ sine insigni ratione vigilat, ne Imperatoriæ potestati præjudicium creetur.

IN SECT. VI.

I.

HUjus sectionis materia *ex part. 1. cap. 11.* dilucidanda est.

eſt. Et cùm (uti *ſupr. in ſect. 4. num. 2. in fin.* monuimus) Imperatores ſupposuerint, non poſſe, ſine læſæ majeſtatis crimine, ulla contra ſe vel bella geri, vel fœdera pangi, (quod ego ibidèm in medio reliqui) ideoq́; qui id fecerint, delictum notorium nominatìm prohibitum admiſiſſe, non potuerunt non exiſtimare, hic proſcribendi ſibi & plectendi, atq́; etiàm absq́ue ſingulari proceſſu, ſtatìm, ſi voluiſſent, exequendi jus fuiſſe, *vid. ſup. in d. part. 1. c. 11. ſect. 1. n. ult. in fin.* Cui ſuppoſito contradictum non negabo, at nihilominùs, quoniam ſi contradictionibus iſtis Imperatores acquieviſſent, iſtud tanti momenti ſuppoſitum non tantùm ipſi deſeruiſ-

ruissent, sed quicquid de eo alii dubitarent, contra sese decidissent, ut *supr. in d. sect. 4. num. 2. in fin.* annotavi, indè ejusmodi Imperatorum actus æquiùs accipiendos meritò ibidèm argui, ut hìc non opus sit, exempla antehâc tot contradictionibus involuta cum Hipp. & præter veniam quoq; in specie recolere.

2. An autèm Electorum, vel Principum consensus in proscriptione necessarius sit? alibi satis ponderavimus. Cæterùm Ferdinandus II. Imp. proscriptionem Palatinam in conventu Mulhusensi apertè decretam dixisse, non reperitur. Nam apud Londorp. in solis quidem literis ad Albertum Ducem datis (*apud eund. tom. 2. actor. publ. tract. 20.*

num.

num 3.) verbum, Erkäntnüß/ adhibuit, verum hoc Imperatorem significâsse, non conclusum aliquod de infligendâ proscriptione, sed de facti improbatione, qua intellectâ satis se, atq; Imperii juribus, munitũ crediderit, ut proscriptioné publicaret ipse contextus ostendit: Der zu Mülhausen gewesenen Chur- und Fürsten/Erkäntnüß nach/ so viel ich (Imperator) aus der einkom̃enen Relatiõ vñ gutachten nachrichtung hab. Et si ipsæ literæ omnes inspiciantur, aliud nõ observabis. Rescissioné Banni Imperatori, cui etiã hîc singulare quid tribuitur, (*vid. supr. in part. 1. c. 11. s. 1. n. 1. in fin.*) parte adversâ conciliatâ, & restitutis executionis impẽsis, liberè cõpetere,

tere, ea dubitare non sinunt, quæ in genere de Imperatoriâ proscribendi potestate scripsimus. Quod tandèm Hipp de Banni executione movet, in causâ Donaverdicâ speciale fuisse, *supr in sect. 1. num. 1.* monui; neq; etiàm quæ aliprum sunt, mea facio. De executione rerũ ab Imperatore judicatarũ jung. *num 5. in fin. sup. in part. 1. cap. 10. sect. 5. & num. 2. in d. p. capit. 11. sect. 1.*

IN SECT. VII.

I.

Hîc iterùm Hipp. publica legisse, & cognovisse videri vult, & ea coacervat, quibus seipsum refutat magis, quàm promovet. Ratio enìm, cur Imperatores non in universalibus Comitiis,

mitiis, nec in generalibus, aut complurium, sed singulorum Circulorum Conventibus contributiones exegerint, in ipsis ab Hipp. allegatis nimis aperta, & justa est; quas autèm ipse prætendit, etsi ad vota rei necessariæ expeditiùs conquirenda spem Imperatoribus conciliare forsan potuerint, eæ tamen, nisi principaliter necessaria auxilii celeritas demonstrata fuisset, non potuissent Ordines extra universales Conventus ad tributa permovere. Et absq; principali hâc causâ Imperatores majorem difficultatem in particularibus, quã generalibus congregationibus sibimet objecissent, cùm Ordines, quibus in contributionis præcipuè materiâ invitis nihil obtrudi debet,

debet, juxta notata *supr in part. 1. cap. 12. sect. 1. num. 1.* extraordinario isti modo facile nec assentiantur, nec assensi comperiantur, adeò ut nec Hipp. dissimulet, etiàm hoc prætextu in Circulari Conventu paucos plurimorum ordinum suffragia contemnere ausos esse.

2. Ridiculum verò est, Imperatoribus invidere velle, si quod muneris imperatorii est, commodissimam, & Imperio utilissimam de ejusdem Imperii negotiis tractandi rationem Ordinibus commendent: neq; enim ita aliquid absolutè eligunt, vel Ordinum libertati exitium afferunt, sed hos, ne peractum ad consequentiam trahatur, publicè contestari sinunt. Et hîc nihil ex quo-

ex quocunq; actu metuendum est, ubi libertati præjudicium fieri nequit, *vid. d. num. 1.* ut ne quidem novissimâ Osnabr. pacificatione ea quæstio: Amicabilis compositio, an pluralitas votorum in contributionis negotio locum habeat? exitum invenire potuerit. Quin imò adeò non extraordinarius visus est per circulares conventus contribuendi modus, ut in hodiè gloriosè imperantis Dn. Ferdin. III. Capitulatione, §. So offt auch die Nothdurfft. 14. pari jure in universalibus Imperii Comitiis, & Circularibus (nullo quoq; discrimine generalium & particularium) congregationibus contributiones decerni doceantur. *vid. sup. in part. 1. c. 12. s. 1. n. 2.*

3. Col-

3. Collectæ pecuniæ admini-ſtrationem (intellige accidentalem, quia eſſentialis apud Imperatorem ſemper una atq́; eadem eſt, *ſupr. in d. cap. 12. ſect. 2*) quod ſpectat, cum Hipp. ipſe confiteatur, *ſupr. d. part. 1. c. 12. §. Licet autem.* variè hâc nec uno modo actum fuiſſe, ideoq́; quid quantumq́; hîc Imperatori licuerit, (quicquid contra eundem Hipp. aſſerere ibidèm velit) certâ lege determinatum haud reperiatur, tantum Imperatori licere conſequens eſt, quantum Ordinum aut conſenſu agit, aut diſſenſu agere non impeditur. Hîc igitur etiàm Hippol. fruſtrà contendit, ubi Imperator in Receſſibus Imp. Ordinum manifeſto conſenſu nititur, quamvis ſi Receſ-

Receſſ. Imp. Ordinū manifeſto conſenſu nititur, quamvis ſi Receſſus ipſos legeris, nec liberam ibi Imperatoris adminiſtrandæ pecuniæ poteſtatem deprehendes. Et nùm pecunia ſi loco moveatur, quemadmodùm ann. 1605. factum dicitur, in alium, quàm in quem collecta ſit, uſum erogata eo ipſo probetur, Hipp. viderit: cùm id quoq; cambiendi ergò, & compenſationis aut ad rem gerendam pertinentis, aut ei non præjudicantis, ac ſimili ratione fieri poſſit, non ſolùm ex multis ſeparatis cauſis unam rectè non ſeligemus, ſed etiàm ſuâ defenſione Imperatorem eo tempore deſtitutum fuiſſe, temerè haud ſuſpicabimur.

4. Quæcunq; tandèm onera, atq́ue ſubſidiorum exactiones, Ferdinando II. imperante, inter dira illa, & extraneorum armis miſta civilia diſſidia Ordines preſſerint, quascunq́; contributiones Imperator extraordinario modo requirere temporum iſtorum iniquitate compulſus fuerit, cum Hipp. iniquè indè regularem Imperatoris voluntatem intuleris: non potuit quidèm aliter, niſi cedere cauſæ, (de cujus juſtitiâ ipſe non minùs, ac adverſarii, & magis quoque, nimirùm tanquàm Imperator pro Imperii ſalute excubans certabat) & Imperii viribus pla[illegible]è denudatus victum præbere ſe cuivis voluerit. Et tamen pleraq́; in tantis motibus etiàm

etiàm Imperatoribus ingementibus accidere necesse est, cùm nemini non innotuerit, legum repagula inter arma, gubernatorib⁹ nequicquàm colluctantibus, resilire. Undè Imperator noster Ferdinand. III. *in Capit. d.* §. So offt auch die Nothdurfft. 14. ingenuè professus est, ordinarium contribuendi modum anteactis annis haud observatum fuisse, sed tunc cùm bella ferverent, quemadmodùm, quòd in genere contra Imperii jura fundamentalia confusiones irrepserint, bellicorum temporum injuriæ ascribitur, *Osnabr. pacific. cap. 8. §. Tàm in universalibus. in fin.*

IN SECT. VIII.

I.

IMperatores ex suę inprimìs religionis supposito Statibus ecclesiasticis Aug. Conf. addictis, quia canonicè, quod dicitur, electi, ac confirmati haud essent, & propterea ab Imperatoribus investiri haud possè crederentur, in Imperii conventibus sedere, atq; suffragia ferre non permittebant, *vid. Reink. de regim. sec. & eccl. libr. 1. class. 4. cap. 9. num. ult. Limn. de jur. publ. Imp. R. lib. 1. cap. 7. num. 92 & libr. ult. cap. 1. n. 48.* quod Hippolith⁹ Austriacis quidèm tribuere necesse habet, cùm sub aliis Imperatoribus religionis reformatio Ordines non alteraverit. Dissidium igitur religionis (non malevola Impp. volun-

voluntas) hanc difficultatem secum traxit, neque decidit eam controversiam Imp. Ferdinandus II. sed, ut erat, in suspenso reliquit. Osnabr. demùm pacificatione de hâc re transactum est, *cap. 5. num. 6.* Exemplis autèm, quibus Status Imperii ab Imperatoribus effectos docet, id probat, quod nos asseruimus *supr. in part. 1. cap. 13. sect. 1. num. ult. in fin. & in cap. 16. num. 6. vers. Non solùm Imperii.* etiàm juris Statuum collationem ad Imperatoris reservata referendam, nec hic consensu opus esse, nisi Ordinum juribus præjudicium fiat: tale porrò præjudicium in exemplis istis ostendere, aut ubi ostenderit, consensum Ordinum præteritum fuisse, probatum

tum dare Hipp. debet, si ejusmodi Imperatorum actus justè reprehendere cupit.

2. Indè quòd belli gerendi essentialis potestas Imperatori cōpetit, uti alibi probavimus, non video, si ipse dirigere exercitùm velit, quâ ratione hoc ei denegandum sit. De consiliariis quidèm, & cæteris ministris bellicis etiam sibi ipsi adjungendis, & generaliter de modo belli gerendi, Imperatori cum Ordinibus regulariter in Comitiis convenire debet, sed quia hîc variè actum ea ipsa quæ Hipp. ex Recessibus Imp. laudat, hic, & suprà *part. 1. capit. 13. sect. 2. seu ult. & capit. prox seq. 8. sect. 1.* demonstrent, illud quoq; quod circa hoc negotium, & in specie

cie circa Ducis militaris creationem non sine Ordinum consensu Imperatores liberiùs egerint, iisdem licuisse consequitur, quẽadmodùm id argumentum in materiâ contributionis proposui, *supr. sect. prox. praeced. 7. num. 3*. An pacata fuerint tempora, ut Imperatori expectatâ ordinariâ deliberatione Dux belli constituendus fuerit, cum Wallenstenium crearet, ex ejus temporis actis considerari oportet. Et deniq; motus istorum annorũ, quando transactio Pragensis fiebat, aliud nõ requirebant, quàm ut paciscentes, & qui ea pacta approbarent similes, liberiùs aut dirigerẽt militiã, aut directionis mandandæ potestatẽ haberent: nec hujus transactionis nego-

 tium

tium ordinarium fuiſſe, ſatis cõ-
ſtat, atq́; ſæpè monuimus.

IN CAP. IIX.

De mediis & artificiis,

per quæ Imperatores Jura Ma-
jeſtatis ſenſim ad ſe tra-
xerunt.

SECT. I.

I.

EX hactenùs animadverſis li-
quidè conſtare arbitror, uti
Auſtriacis Imperatoribus maje-
ſtas non deneganda eſt, ſic per
ipſos non ſtetiſſe, ut majeſtatis
jura aliâ quàm ordinariâ ratione
exercerent, eoſdem potiùs ma-
gis, quàm cæteros, majeſtati le-
ges dixiſſe, (quod inferiùs per
brevem anacephalæoſin demõ-
ſtrabi-

ſtrabimus) quas leges etiàm obſervaverint, ſi aliundè haud fuerint impediti.

2. Hippolithus autèm ſuppoſito, quod ſupponendum non eſſe ſuperiora paſsìm docent, Auſtriacos ſuam majeſtatem liberiorem reddidiſſe, & Ordinum libertatem diminuiſſe, docere porrò nititur, hoc eos paulatìm multiformi calliditate effeciſſe, & primò quidèm precarium mutando in debitum, exemplo Ducis bellici, quem aliquandò Auſtriaci Imperatores precariò conſtituerint, quod Ferdinandus II. Imp. in debitum verterit. Verùm aut non precariò Ducem iſtum conſtitutum, aut univerſa quæ Ordinum conſenſu conſtituuntur, precariò fieri

eri dixeris: & Ferdinandus militiæ præfectum liberiùs eligens jus non induxit, nec inducere voluit eo ipso, quòd istorum temporum necessitati subvenit: & profectò, illo incendio civili adhuc flagrante, postquàm generalis militiæ præfectus Wallenstenius, quòd hoc ipso munere fretus machinationes, toti Domui Austriacæ exitium minantes, molitus esset, trucidatus fuit, Imperator filiũ suũ Ferdinandũ III. Imp. tunc Hungariæ Bohemiæq; Regem, ut haberet in quo tutissimè acquiesceret, Ducem belli justissimâ ratione creavit.

3. De contributionibus quid Hipp. sentiat, non capio. Invitis quidèm tributa non debere extorqueri, *sup. in. part. 1. c. 12. sect.*

sect. 1. n. 1. defendi, ſed tamen nõ hoc adeò extendendum, ut ſubditi, ubi contributiones neceſſariæ ſint, eas errogare non teneantur. Dona Regibus offerri ſolita debito imputari, injuſtum non nego, at hoc in Imperio, & ſub Auſtriacis Imperatoribus accidiſſe, clariùs ediſſerendum erat, neq; enim tale quid ex ſubditorum querelis, quibus tributa tanquàm indebita, ſive non neceſſaria proclamari frequens eſt, promi debet. Nec indè etiàm quòd ſæpè, & ob eandem cauſam collecta requiritur, injuſtitia rei æſtimanda eſt, cùm toties juſte quid fiat, quoties juſta adeſt facti cauſa, ut in contributionibus exigendis, neceſſitas.

IN SECT. II.

I.

DE ratihabitione, ut nuncupant, actorum distinctè pronunciandum est. Nam non tantùm æquivocum est ipsum ratihabitionis vocabulum, ut eadem, pro diversâ potestate ratum quid habentis, vel nudæ approbationis, vel consensus, vel confirmationis in specie dictæ, vel decreti, vel alterius loco censeri debeat, sed etiàm ratihabitionis jus ratione objecti ponderandũ, nùm quod ratum habetur, aut haberi postulatur, demùm post imperratũ cõsensum geri debuerit & potuerit, aut debuerit quidẽ, non autẽ potuerit. Illo casu, re adhuc integrâ, nemo suaserit cuiquam ut, quod rescindi que-

di queat, & de novo, tanquàm re haud gestâ, expediendum sit, ratum habeat: Hoc casu necessitatis causa, quæ actum præposterum extorsit, aut desitura est, ita ut retractari omnia, & in pristinum statum reduci possint, & hic exitus, denegatâ ratihabitione, expectandus est; aut penitùs perdurat, vel sic ipsum negotium comparatum est, ut retractationem non patiatur, & tunc quemadmodùm necessitas actū ipsum ursit, ita ad ratihabitionem quemq; compellet.

2. Undè in genere quidèm suadere, Hippolitho facile fuit, ne quis actum aliquem ratum habeat, qui consensu suo, antequàm res in effectum perducatur, stabiliendus sit, sed simul, si

res ipſà regulam non admittat, ab Hipp. proponendum erat re-
medium, quo aliter, quàm ut conſenſus per ratihabitionem extra ordinem exigatur, Reipu-
blicæ conſuli poſſit. Aut docebit hoc, aut ad impoſſibile Impera-
tores adigendos, & conſequen-
ter nullo modo ab iis Rempu-
blicam curandam, & omnia ſuſ-
que deq; habenda putabit. Ve-
rùm nõ ita videbatur Ferdinan-
do II. Imp. cùm transactionem Pragenſem procuraret, quâ Im-
perio, cui tot calamitatib⁹ invo-
luto ordinario modo fruſtrà cõ-
ſulebatur, modo in eodem Im-
perio parùm uſitato, nec tamen inaudito, pacem reddere ſolici-
tus erat. Non adeò mihi Hipp. ingenium non ſubolet, ut rege-
ſturum

ſturum haud præſentiã, imò in hâc disſertatione de iſto Pragẽſi pacto ipſum aliquoties ſtatuere velle non deprehendã, Imperatorem tùm temporis ordinariâ ratione Rempublicã juvare potuiſſe, & debuiſſe: at nimium fuerit inſolens, qui in re tot contradictionibus hactenus laceſſitâ, nec expeditâ, Hippolitho nudo indicio affirmanti, quàm Imperatori in ipsâ pacificatione neganti, aſſentiri maluerit. Et quoniàm hìc telam omnẽ cum Hipp. retexere, mihi nec licet, nec animus eſt, ea quæſtio ſaltèm in ſuſpenſo relinquẽda eſt, ut in propatulo ſit, tantũ præcõceptâ opinione Hipp. duci, quando Imperatorẽ autumat callidè Ordinũ ratihabitionem requiſiviſſe in

Pra-

Pragensi conventione, in quâ tamen idem Imperator adeò calliditati non studuit, ut non coactus, sed ultrò fassus legatur, §. *penult.* Schließlich haben. hanc pacem esse sancitam eo modo, qui nec regularis fuerit, nec unquàm pro regulâ habendus sit.

3. Multò minùs Hipp. causâ Palatinâ id, quod hîc intendit, nimirùm in eâdem rei peractæ ratihabitionem ab Imperatore, illicitè quæsitam fuisse, verisimile reddet. Cùm enim utrumq; illud, quod acriter, & principaliter ventilabatur, nùm Palatinus absque Electorum consensu proscribi? nùm de Electoratu caduco sine eorundem consensu alius investiri debuerit? Imperator affirmaverit, (quam rem

rem, misso particularium controversiarum respectu, generaliter attigi, *sup. in part 1. cap. 11. passim, & inprimis in sect. 2. n. 4. & in d. part. cap. 16. num. 4.*) & res eò tandèm pervenerit, ut Ferdinandus III. Imp. in Banni declaratione Electorum consensum sequendum, suâ demùm Capitulatione statuerit, quando cætera omnia, quibus anteà ejusmodi consensus requirendi necessitas probari existimabatur, (*vid. supr. in d. part. 1. c. 11. sect. 2. num. 7. jung. num. ult. in cap. 15. sect. 2. & in d. cap. 16. n. 4. v. Nùm verò Imperator.*) suo intellectui reliquit inconcussa, velim ab Hippol. demonstretur, unquàm hîc Ferdinandum II. Imp. ita Electorum consensum circa

vel

vel proscriptionem, vel translationem requisivisse, ut eum necessarium judicaverit, contrariū potiùs cuivis istius negotii acta publica pervolventi spontè occurrit. Ratihabitionem quidèm anteactorū ab Electoribus Saxone & Brandeburgico per Electorem Moguntinum procuratam Hipp. dicit, & procul dubio hìc ea spectat, quæ *sect. seq. §. Undè postea ille.* refert. Cæterum notum est, cum Electores isti soli, (ut quorum Electoratus seculares & hereditarii) & maximè timerent, ne si Electoratus Palatino ademtus, alii quàm filio, aut proximo agnato concederetur, ipsorum posteritas, seu proximi heredes æquè Electoratu aliquando excidere possent, indè potissi-

tissimè adeò iis displicuit Electoratus Palatini in Bavarũ translatio, ut & quod Cæsar in Electoratu, quem ob necessitatẽ redintegrandi Collegii Electoralis Bavaro interim conferendũ censebat, Palatini heredib⁹ aut proximis agnatis jus primo quovis tempore amicè, vel judiciali processu examinandũ reservavit, eosdẽ (Saxonẽ & Brandeburgicũ Electores) permovere haud valuerit, quò minùs eam translationẽ, quã impedire non poterant, suo tamẽ consensu, aut cõsilio minimè factã ubicunq; contestarentur, quæ constantia ne insanabilẽ diffidentiam induceret, nõ modò Cæsar ipse optabat, ut sententiam mutarent, sed & Elector Moguntin⁹ de remedio solicitus

erat,

erat, quo Electoribus Saxoni & Brandenburgico, quodcunq; ex causâ Palatinâ, si actis acquiescerent, præjudicium metuerent, satis cautum esset, quale idem Moguntinus futurum arbitrabatur documentum aliquod, quo & Imperator & Elector Bavarus caverent, ne ea translatio A. Bullæ, aut cæteris Imperii constitutionibus, & sic nec in specie Electorum eminentiæ, atq; Electoratus hereditariæ successioni ullum præjudicium afferret. Ejusmodi verò documenti obtinendi spem Saxoni & Brandenburgico Moguntinus faciebat, non quòd in causâ Palatinâ contra jus, aut Electorum prærogativam quicquam factum existimaret, sed rationem iniret, quâ simul

ſimul nec Imperatori vitium affingeretur, nec Electoribus non ſatisfieret, cùm, ubi ſimilis caſus accideret, eo documento exemplum amotum, & jura Imperii integra ſervata facilè docerentur, & Imperator, qui omnia ritè facta certò ſupponeret, tali documento non ab iſtâ ſententiâ tanquã aliud cõfeſſus deceſſiſſe, ſed potiùs confirmationem ſuperfluam (quæ ut non nocet, ita nec contra confirmantem interpretanda eſt) jurium Imperii ad reducendam animorum confidentiam edidiſſe, videretur. Undè jam videre eſt, quod demonſtrare volebam, non tàm approbationem, quam Moguntinus Saxoni, atq; Brandenburgico ſuaſerit, quàm cupitam con-

contradictionum cessationé vocandam esse, nec illum hanc eò suasisse, quòd eam Imperator sibi jure necessariam ducturus esset, sed eidem, quò Imperio concordia restitueretur, placituram idem Moguntinus non dubitaret. Causa autèm ipsa non fuit penitùs sanata, antequàm de eâ novissimâ Osnabrugens. pacificatione transigeretur. Adhuc igitur constat, malè ab Hippolithò Imperatorem calliditatis insimulari, qui ibi consensum nenecessarium apertè negavit, ubi eum anteactorum ratihibitionem desiderâsse, idem Hipp. falsò affirmat.

4. Somnia porrò sunt, jure publico ratihibitionem mandato haud æquiparari, quod in mar-

margine Hipp. expressè asserit, neq; hoc indè, quòd in publicis per consensum antecedentem magis, quàm ratihabitionem, rei gerendæ consulatur, (quamvis nec hoc perpetuum sit, præsertìm ubi res moram non admittat) obtineri potest, cùm hoc quoq; in rebus privatis locum habeat, & in iisdem etiàm aliud periculum alio majus sit. Quoniàm autèm ratihibitio, uti *sup. num. 1.* indicavimus, pro diversâ ratum quid habentis potestate, ipsa diversa est, atq; sic eadem, ubi consilium præcedere debebat, consilio, ubi confirmatio, confirmationi, ubi decretũ, decreto, & sic deinceps, æquiparatur, facilè apparet, tàm tamen publico, quàm privato jure non ubi-

ubique ratihibitionem, sed illic demùm, ubi rem agendam mãdatum præcedere vel poterat, vel debebat, mandato æquiparandam esse. An verò, & ubi ratihabitio impertienda sit? an, & ubi suadenda sit? distinctè considerandum *supr. alleg. num. 1.* diximus.

5. Non temerè quidèm is, cujus legitimus consensus, sive cõfirmatio, sive simile jus præteritum est, rei actæ ratihabitionem præbere debet, nisi aliquam juris sui evertendi ansam suppeditare velit, quia tamen accidit, ut aliquando ratum habere sine legitimo consensu, vel autoritate gestum, quàm rescindere præstet, nimis generaliter Hipp. ratihabitionẽ damnat. Ad Paschalis

lis Pontificis Romani electionẽ in ſpecie quod attinet, ſententiâ ibi Hipp. minimè exploratâ nititur. Cleri enìm, populiq́; Romani mores intuenti ponderandum occurrit, anne prudentiùs Imperator eam electionem, ſe licèt inconſulto factã, approbârit, quàm ſi reſcindendo Romani populi, qui tantam Caroli M. poſteris, quantam ipſi Carolo reverentiam nunquàm detulit, animâſſet pervicaciam, quâ mox tùm non modò omne jus, quod circa Pontificum electionem nonnullo tempore etiàm poſt Ludovicum I. ſeu Pium retentum eſt, (nam adhuc Ludovicus II. Imp. eo ita polluit, ut Benedictus III. non, niſi illius conſenſu impetrato, ordinatus

fuerit) sed & tota Imperatoria potestas forsitan in discrimen venisset. Imò, ejus ætatis historia abundè testatur, non antè Carolinæ stirpis Imperatoribus confirmandi Pontificis jura à Romanis ademta esse, quàm (non attento usque adeò hæreditario succedendi jure) liberiorem ipsorum Imperatorum creationem sibi sumpsissent, (quod post Ludovicum II. Imp. fieri cœptum est) quemadmodùm Carolo III. seu Crasso imperante, cùm iidem Romani Pontificiæ designationis approbationem lege latâ Imperatoribus penitùs eriperent, simul ipsorum Imperatorum electionem sui arbitrii fecerunt. Similis Imperatorii istius juris, post-

quàm

quàm ad Germanicos Imperatores rediit, denuò ablati causa est, ut superficiem Hipp. apertè lambat, quando id ratihabitioni etiàm satis cautè impertitæ tribuit, quod eâ quoque denegatâ, aut si talis actus planè non intercessisset, ex causâ longè urgentiori accidere necesse erat. Aliàs verò non temerè ratum habendum, quod haud legitimè factum est, ipse, quod jam monui, iterùm hìc finiens fateor.

IN SECT. III.

I.

Hìc Hipp. agendo nihil agit, cùm enim docere propositum sibi habeat, Austriacos Imperatores non solum protestationem, quæ dicitur, rebus gestis

addidisse, eamque non aversatos esse, (quod probare facile erat) sed & (quod reverà & unicè intendit) eosdem protestationes facto cõtrarias & adhibuisse & admisisse, in hoc hærere apertè deprehenditur, nec nisi prius nemine contradicente probat, ut ex more tantum acta publica legisse videatur, quæ tamen omnibus patent.

2. Caroli V. Imp. contestationem ann. 1548. factam, non fuisse vanam, Ordinum præsentandi Cameræ Assessores libertas hodieque integra demonstrat. De Ferdinandi II. Imp. actis atq; cautelis, quas Hipp. hîc urget, *sect. prox. præced. num. 2. & seq.* vidim⁹. Nequaquàm tamen existimet Hipp. nos protestationes

post

post quodcunq; factum licitas, tutasq; dicere, ideoq; perperàm argumentatur, si certis casibus Austriacorum cautelas admittendas probaverim, simul nos, ubi Ordinũ libertati fraus facta sit, ejusmodi contestationibus locum asserere, indeq; Imperatoribus quidvis extra ordinem agendi facultatem fieri, undè potius arguere debet, per eam confessionem, id quod evitari non potuerit, tanquàm extraordinariũ proclamari, & ipsam regulam maximè stabiliri.

3. Miserrimè verò cum rebus humanis ageretur, si quod Hipp. affirmat, protestationes, aut potiùs cautelæ in jure publico parùm operarentur, vel, ut in margine ait, nullius momenti essent.

ſent. Eandem id aſſeverando ſine ullâ ratione audaciam committit, qua ratihabitionem in jure publico non æquiparari mandato, ſuperiùs dicebat. Si enìm ideò, quòd proteſtationes, atque cautelæ de facto negligi, & rumpi poſſunt, nullius momenti judicabuntur, omnes quoq́; publicæ leges, quas æquè â potentioribus everti poſſe non dubitamus, floccipendendæ erunt.

4. Id omninò ridiculum eſt, quod eo ſe extricaturus, in quo ipſum manifeſtò hærere ſignificavimus, quicquid conteſtationis Imperator in ſpecie in causâ Palatinâ ediderit, non valiturum ideò arbitratur, quia ſi ſimilis caſus eventurus ſit, non ſit

ſit valiturum, nimirùm cœlum ruet, quia ruet. An putat Hipp. Legiſtarum, quos vocat, Principes ſimiles eſſe iſti hyenæ Buſbequio narratæ, qui verbis, etſi nihil rationis ſecum ducant, ſed nudo ſono iisdem, ſi regulæ, aut opinioni ſuæ præfractè inhæreant, libertatem polliceantur, protinùs fidem adbibeant, donec majoribus civilis belli calamitatibus implicati, ibi ſe maximè conſtrictos deprehẽdant, ubi libertatem partam crediderint? Ita, nî fallor, infeliciter venabitur.

IN SECT. IV.

I.

NUnc etiàm conatur Hippol. neceſſitati, cui nec Deos ſuos obluctari poſſe ethnici ſtatuerunt,

runt, legem dicere. Quamvis enim ipſe quoque neciſſitatis vim agnoſcat, quia nihilominùs, ubi Imperatori neceſſitas fiat conſenſum Electorum, vel univerſorum Ordinum prætereundi, hoc ei permiſſum haud eſſe ſentit, Hipp. neceſſitati legem dicere, quis non animadvertit? Nec enim id permitti opus eſt, ad quod neceſſitas cogit, atque ſi permittatur, ſupervacanea fuerit permiſſio, cùm & tùm hic ideò fiat, non quia permiſſum, ſed quia fieri neceſſum ſit, quin nec ſi prohibeatur fieri, ideò minùs neceſſum erit. Id alius quæſtionis eſt, cuinám in Reip. propter neceſſitatem regulam præterire jus ſit? Hoc cuiq; in Rep. imperanti, ſeu eſſentialiter agen-

agenti, aut ei, quem ad ordinandam vel dirigendam Rempubl. constituerit, incumbere, absurdus sit qui neget, in Polyarchiâ tamen (Democratiâ præsertim) ejusmodi necessitati subvenire, difficilius esse, ideoque nisi tali casu oppidò paucis, aut uni præter regulam Reipublicæ consulere integrum sit, malè cum eâdem agi, ratio dictat, atque exemplo non uno, si requiras, probabitur. Quoniàm igitur Imperatori in Imperio nostro essentialem potestatem competere, abundè ostendimus, eidem, aut cui suas partes impeditus demandaverit, necessitatis casu extra ordinem, quia aliter nequeat, Imperio succurrere licere, non est quod dubitemus, maximè si,

quæ de Imperatoriâ plenitudine *supr. in part. 1. cap. 4 sect. 2. n. 14.* scripsimus, attendantur.

2. Hinc tantum abest, ut incautè Ordines ann. 1524. Imperatoris Vicario Imperii necessitati præter regulam consulendi potestatem fecerint, ut etiam superfluâ cautelâ perfuncti sint, quando Imperatoris Vicario, quia Imperator ipse aberat, id concedebant, quod ei competere necesse erat. Ut tamen concederent, absque dubio nimis curiosâ consideratione adducti fuerunt, an quod Imperatori, si præsens esset, incumberet, Imperatore absente, Vicario competeret? ne dicam specialiorem, & brevioris temporis istius rei casum fuisse, quàm ut indè

inde præjudicium ſibi creâſſe, Ordines putandi ſint.

3. Ut autèm probet, Ferdinandum II. Imp. in diverſis cauſis ſolo neceſſitatis prætextu uſum fuiſſe, iterùm vulgata ex actis publicis ſcripto ſuo, quod ita tantummodò auget, inſerit, de quibus, ut & iſto probandi modo, quid ſentiendum ſit, ea quæ *ſup. in c. 3. ſect. 3. n. 4. & c. 5. ſ. 4. n. 1. & h. cap. ſect. 2. num. 2. verſ. Non adeò mihi. & num. ſeq.* annotavi, docebunt.

4. Neceſſitatis deniq; præter regulam ſublevandæ jus, quòd timeatur, ne imperans eo abutatur, & in ordinariis quoq; regulam prætereat, eidem non magis propritereà denegandum eſt, quàm univerſa Reip. adminiſtrãda po-

dæ poteſtas adimenda, ne leges Reipublicæ violare queat. Oportet nimirùm cives in promiſſis imperantis fiduciam ponere, alioquin impoſſibile eſt, ut homines in civilem ſocietatem coëant. Si promiſſa temnere videatur, ad gravamina, quæ nuncupantur, deſcendere licet, & hîc cavendum tàm imperanti, ne imperio, jure, vel injuriâ, excidat, quàm ſubditis, ne nimium ſibi tribuant, juxta notata *ſupr. in part. 1. cap. 3. ſect. 2. num. 5. & 9.*

IN SECT. V.

I.

EX ſuâ doctrinâ Hipp. hîc generaliter infert, ab Auſtriacis Imperatoribus Ordinum libertatem carptam, & abſolutam pote-

potestatem usurpatam esse, idq; sensim contigisse ex levib⁹ principiis, quibus Electores, cæteriq; Ordines, uti debuerint, haud sint refragati. Nos ex scintillâ aliquando incendium oriri non negabimus, atque ideò etiam in minimis dispiciendum esse, ne regulæ fraus fiat, quæ tandem eam planè interimere possit, sed ubi hoc non extimescendum est, cùm præsertim leges Reipublicæ satis sunt certæ & perspicuæ, ac in rebus gestis exceptio potiùs, quàm legis violatio latet, si imperantis omnia subditi ad amussim exigere velint, non minus providendum est, ne minimum quodvis præfractè lacessitum contemptæ autoritatis suspicionem præbeat, nec indè

flammæ prodeant, undè sterilis fumi supprimendi auxilium sperabatur: &, ut summatìm dicam, hîc non vagum aliquod Hipp. consilium sequendum, sed summâ circumspectione opus est. Neq; etiàm nunc id persequi, quicquam refert, cum non modò, quid hîc Austriaci peccaverint, Hipp. probatum haud dederit, verùm etiàm nos passìm superioribus dilucidè annotaverimus, Austriacos Imperatores, certiùs, atq; accuratiùs Rempublicam ordinando, sibiq; ipsis leges dicendo, non diminuisse, sed auxissè Ordinum libertatē, id quod, præcipua capita recolendo, jam hîc paucis recensebimus.

2. Austriaci igitur Imperatores Reipublicæ leges, eas inprimis,

quibus ipsa Imperatoria potestas constringitur, & quæ multis anteà seculis, aut incertæ, aut imperfectæ fuerant, admissis Capitulationibus, quas dicunt, certas, plenas, perspicuasq; reddidêre. Justitiæ administrationem ipsi primùm peculiari Cameræ Ordinatione emendavêre, ubi & primam instantiam, antè quibusdam tantùm privilegiariam, communẽ fecerunt, & datâ Assessores præsentandi potestate, aliisq; circumstantiis, Ordinũ libertatem non parùm promoverunt: quin & in aulâ jurisdictionem certis regulis exerceri, non gravati sunt. Tandèm etiàm Dn. Ferdinandus III. Imp. Principum Electorum consensum in Banni declaratione adhibendũ statuit.

Austria-

Auſtriaci ſunt, qui cum Electorum conſenſu nummi percutiendi jus concedendum, & eo jure abutentes eodem conſenſu privandos conſtituerunt. Ab Auſtriacis deſcendit, quòd vectigalium acipiendorum jus nõ niſi confenſu Electorum concedatur. In Comitiis indicẽdis Electorum conſenſum requiri, ſub Auſtriacis Impp. jus certũ factũ eſt. In rebus magni momenti etiàm extra comitia, ſaltèm univerſalia, Electores conſulendos Auſtriaci cenſuerunt, ne tamen ita cõſenſus electorũ neceſſarius ſit, maximè cùm ea diſpoſitio nõ niſi de rei quidèm nondũ in Impe riodiſcuſſæ haud deciſione, ſed præparatoriâ deliberatione intelligi poſſit. Auſtriacis debemus

mus certum jus, quo res Imperii non absq; Electorum consensu oppignerantur, vel alienantur. Iidem expressis Capitulationibus effecerunt, ut in Imperio ulli hereditariæ successionis prætextui ampliùs haud detur locus. Ii ipsi admiserunt, ut Electoribus Regem Romanorum, vivo Imperatore, si res postulet, etiam Imperatore sine justâ causâ dissentiente, eligere liceat. Nulli magis, quàm Austriaci Impp. soliciti fuêre, quomodò Remp. optimè constituerent, quando annuis Comitiis, extraordinarioq; Regimento, atq; Consilio, similibusq; institutis Imperium ordinare satagebant, quibus procul dubio institissent, nisi ea rebus gerendis, Imperiique Statui

non

non ſatis conſulere, tàm Ordines, quàm Imperator deprehendiſſent. Comitia autèm pro rerum neceſſitate indicēda, & ſtabilitus Deputatorum Convent⁹, hactenùs Imperio conducere viſa ſunt. Auſtriaci de ipsâ quoq́; Aulâ ordinandâ cum Ordinib⁹ deliberârunt, certasq́; ibi leges non averſati noſcuntur. Quæ omnia paſsìm, & inter cætera, hâc noſtrâ animadverſione jam fecimus dilucida, tùm antiquitatis ſtudioſi ſimilia, atq́; alia, quibus Ordinum libertas certior, & auctior reddita ſit, Impp. Capitulationes indè à Carolo V. diligenter concinnatas cum incertis anteriorum temporum juribus conferentes, non difficulter obſervabunt.

IN

IN CAP. IX.

De quintâ STATUS RATIONE, quæ eſt; quod Ordinum Imperii, vita, fama, ac fortunæ, Imperatoris ſolius arbitrio ſubjacere non debeant.

I.

QUibus cautionibus in Ariſtocraticâ, vel Democraticâ Republicâ cauſæ judiciariæ terminandæ ſint, hîc examinare, minimè opus eſt, cùm ſub ſolius Imperatoris majeſtate Imperium noſtrum Monarchicũ eſſe, hactenùs ſatis demonſtraverim. De Polonorũ etiàm, Danorumque Regnis Hipp. opinionem, aliis relinquo ponderandam. An verò in Imperio noſtro aliquod pecu-

peculiare Principum judicium unquàm viguerit, & quid in proſcriptionis negotio Imperatori liceat, alibi conſideravi.

2. Cum Agathoclis, & Sext. Tarquinii tyrannide nulla nobis res eſt, qui Regis, & Tyranni naturam accuratè diſcernendã non ſemel monuimus. Henricum IV. Imp. contra rebelles ſuo jure uſum *ſupr. in part. 1. cap. 3. ſect. 2. num. 6.* notata non obſcurè indicant, quamvis nec ſingula civilibus bellis acta defendere cupiam. Gallias ſæpè eo fuiſſe infelices, quod ibi Regni, atq; Dominatus conditiones diſcerni aut noluerint, aut nequiverint, amplum dicendi campum ingrederer, ſi ab inſtituto vellem recedere. Et de peculiari Ludo-

Ludovici XI. Regis ingenio Cominæus ab eo, qui operæ pretium duxerit, consulendus est.

3. Errat quoq; Hipp. qui Imperatorem, etsi regalibus, quæ dicuntur, causis dijudicandis Principes Assessores adhibere non teneatur, seu singulari aliquo Principum judicio haud utatur, pro arbitrio causas istas decidere existimat. Nam secundùm Imperii jura eas definire debet, quæ satis provident, ne aliter quàm par est, illæ etiàm causæ tractentur, atq; si iisdem juribus apertè deliquentes jam condemnati sint, non poterit dici indemnatos perdere, quos ita noxios juxta præscriptum sine morâ suppresserit. Nudum enim arbitrium etiàm contrà notoria crimina

na exercere, mali exempli eſt, ideoq́ue libenter eos, qui ſic bono licèt fini puniunt, (quales ex Græcâ, atq́ue antiquâ Romanâ Republicâ exhibet) Hipp. caſtigandos permittam, neq́ue tamen hinc Imperatoribus rectè quicquam objicit. Etenìm quibus exemplis, ac querelis Imperatores non tantùm ordinis, ſed & juſtitiæ neglectę arguere laborat, rem non efficit, quemadmodùm hoc ex animadverſione *ſupr. in cap. 7. ſect. 4. num. 2. in fin. & ſect. 6. num. 1*, palàm fit. Certum autèm eſt, ſi in cauſis regalibus decidendis, & proſcriptione infligendâ, conſenſus Ordinum, vel nominatìm Principum, expectetur, eum conſenſum aliud, quàm quod Imperii leges,

leges, atq; consuetudines cõprehendunt, haud illaturum esse, indeq́; Imperatorẽ tali Ordinũ consensu non magis, ac Imperii jurib⁹ coërcitum iri, evidens est. Si igitur metuendum fuerit, ne, isto non adhibito consensu, Imperator jura Imperii negligat, etiàm timeri potest, ne quem consensum adhibendũ promiserit, prætereat, aut adhibitum flocci-faciat. Ejusmodi verò diffidẽtiâ omne civilis societatis vinculũ solvi, *sup. in c. prox. præc. 8. s. 4. n. fin.* annotavimus, quamvis ejusmodi consensum imperatoriæ majestati haud præjudicare, alibi scripserim.

4. Quis tandèm non sentit, hominẽ esse pravis contra Austriacos Imperatores affectib⁹ turgi-

dum

dum, qui illis genus quaſi non ſatis nobile falsò exprobrat. Non quidèm ipſis Imperatoribus probabitur ſtudium quorundam hîc nimis blandientium, cùm eo neq; opus ſit, ubi iisdem Impp. affatìm eſt glorioſum, quòd nō conjecturis, ſed certâ annalium fide conſtet, jam Ottonis Magni Imp. ætate iſtam familiam, undè Auſtriaci Imperatores deſcendunt, Comitum (qui Aldeburgenſes, poſteà Habsburgenſes, dicti ſunt) dignitate innotuiſſe: neq; ea nobilis originis antiquitate cæteris inferior putatur, quòd eam inferiorem eſſe pateat, ſed quod certa antiquitatis uberior memoria iniquitate temporum ad nos non pervenerit. Et de compertâ nonnullorum

lorum antiquiori stirpis nobilitate id, quod Cicero de Serv. Sulpitii nobilitate protulit, *Orat. pro L. Muranâ*, asserere licet, *tametsi summa sit, tamen hominibus literatis & historicis esse notiorem, suffragatoribus verò obscuriorem*, atque sicut idem Sulpitium monet, ne *sibi hoc sumat, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum*, ita Hippolithus hîc expergefaciendus est, ne putet, antiquiorem non esse familiæ nobilitatem, nisi de cujus nobilitate antiquior notitia sit. Si Impp. nobilitas satis antiqua Hipp. non satisfacit, caveat, ne ad ipsum Adamum, vel Noachum, quas vetustioris decoris familias cognitas habet, referendi necessitatem sibi imponat. Sed etsi

Impp. Austriaci priscâ stirpis dignitate multis haud cedant, vereor tamen, ut ipsi hoc magnoperè assertum velint, qui virtute censebunt oportere, non genere certari.

In CAP. X. & ultimum.

De sextâ STATUS RATIONE, quæ est; ne militia & loca munita solius Imperatoris potestati committantur.

1. QUemadmodùm etiam Reipublicę Monarcha, qui nō vult Tyrannus, aut Dominus audire, legibus haud solutus est, uti alibi ostendi, & aliquoties monui, ita maximè Regni interesse, ne arma Rex absolutè tractet, inficias non ibo. Ejus

jus verò rei admonitione in Imperio noſtro minimè opus, ubi ſatis legibus cautum eſt, ne rei bellicæ cura & adminiſtratio ſolius Imperatoris arbitrio ſubjaceat. At exercitus Imperii ut ad Imperatorem principaliter reſpectum habeat, ſeu (veluti ego quidèm hæc intellecta volo) Imperatorem obſervet, tanquàm penes quem eſſentialis belli gerendi poteſtas reſideat, ea deſiderant, quibus majeſtatem in Imperio ſoli Imperatori attribuendam docui.

2. Quando antiqui Romani Principes, & Imperatores jus belli ſibi ſolis, & abſolutè venditârunt, eosdem veræ Reipublicæ locum non reliquiſſe, *ſupr. in part. 1. c. 9. ſ. 1. n. 1. 2. 3 & 4.* annotavi-

ravimus, tantum abest, ut illorum potestas pro legitimâ haberi debeat.

3. Quòd sæpiùs, qui uti arma, sic loca, vel arces munitas liberæ suæ potestatis fecerint, Respublicas oppresserint, exemplis nemo non cognitum habet, ejusmodi verò metu iterùm Imperium nostrum non laborat, cùm non solùm, ut ipse Hipp. fatetur, Ordines suis munitionibus gaudeant, sed iis quoq; ipsâ Pragensi conventione, quam tantopere detestatur, externum præsidium, licèt ex Imperii exercitu, recipere non tenerentur, §. Die *Instructiones. in fin. jung.* §. Die Römische Käy. Mayt. & §. Zu dessen allen würcklichen. quod R. I. *a. 1641.* §. Hierin lassen wir es confirmatum reperitur.

4. Etiàm ad militaria pertingere, quòd Imperator Caput Imperii vocatur, ea ſuadent, quibus non minùs circa belli, ac alia jura eſſentialem in Imperio poteſtatem, atq́ue adminiſtrationem ſoli Imperatori competere probavimus, ut nihilominùs, etſi Ordinum conſenſu ſupremum Belli Ducem conſtituat, exercitus Imperialis, quem nuncupant, Caput dici mereat. *vid. ſupr. in cap. 7. ſect. ult. num. 2.* Imperatorem verò Ferdin. II. abſolutum belli arbitrium ſibi ſumpſiſſe, allegata ex ejusdem Repl. *Conv. Ratisb. a. 1630.* verba minimè indicant, quibus tantùm exercitus directio, quam Cæſari haud denegandam dixi, *ſupr. d. num. 2. in cap. 7. ſect. ult.* continetur,

tur, atq́, Imperatorem eam sibi nō absolutè tribuisse, illa: solche anordnung zu thun/ daß sich mit fug niemands möge zu beschweren haben: non obscurè innuunt, quæ de se prædicare non potuisset, si absolutè, nō secundùm Imperii Ordinationes, bella gerere voluisset, & alioquin hinc se gravatum iri, quivis putâsset. Et ex Rec. d. Conv. Ratisb. §. Die Mittel aber belangend. *act. publ. à Londorp. inchoat. tom. 3. l. 2. tr. 47. m. pag. 125.* abundè patet, Cæsarem absolutum rei militaris arbitriū nō postulâsse, quòd ita eam direxit, ne regulariter quid contra Imperii placita fieret, so viel immer müglich/ nach Ordnung des H. Römischen Reichs verfassungen der Krieg

gefüh-

geführet werde. Fuit præterea tùm temporis ea belli gerẽdi ratio, ut propter civiles motus externo bello mistos, nõ unus totius Imperii, sed distincti exercitus in Imperio ducendi fuerint, quẽadmodùm in d. Rec. §. Als hetten sich Jhre. *& d.* §. Die Mittel aber. Cæsaris, & quorundam Electorum, cæterorumq́; Ordinum exercitus discernuntur, nec omnia ordinario modo agi potuerint, ut mirum non videretur, si Imperator liberiorem exercitus, qui ab ipso singulariter sustentabatur, dirigendi potestatem habuisset. De Wallenstenio, & in transactione Pragensi constituto supremo Belli Duce, *supr. in cap. 7. sect. ult. in fin. & cap. 8. sect. 1. num. 2.* egimus.

5. Verba Pragens. Neben-Vergleichs Wegen der *Conjunction* zwischen der Käyß. Mayt. und Churf. Durchl. zu Sachsen. §. Wann einem *Corpori*. haud exprimunt, an Imperator exercitui Electoris Saxonis expeditionem suscipiendam, Saxone inprimis inconsulto, mandare potuerit, quod quidèm autor Pirnens. & Pragens. pactor. ex d. §. asserendum arbitratur, quia absurdum sit, Cæsarem peculiariter de sui exercitus obedientiâ ibi disposuisse, sed hoc absurdum non fuit, ne quidèm superfluum, cùm mox adjiciendum esset, qui exercitus (sc. ipsius Imperatoris) parere teneretur, & vellet, ne ab alio exercitu impediretur. Absurdum potiùs fuerit, hoc impe-

impedimentum ab Imperatore, si ejus mandatum ad Saxonicum exercitum referretur, tantùm suis prohibitum fuisse, quos ut generaliter, ita in specie in non in impediendo tali Cæsaris mandato morigeros sibi futuros non dubitaverit. Istius quoq; autoris *ad d. Pragens.* Neben Bergl. §. *seq.* Wann auch in einer. conjectura textum rectè perpendenti vix placebit, quasi ibidèm nulli, nec Electoris Saxonis peculiari exercitui concessum fuerit, ut absq; præviâ singulari Imperatoris commonitione laboranti exercitui alteri succurreret, cum tamen hoc non tantùm Cæsare prænunciante, sed & pro circumstantiarum ratione simpliciter pactum illud per-

mittat, atque exigat, ita ut indistincto sermone non modò Saxonicus Cæsareo, verùm Cæsareus quoq; Saxonico exercitui id auxilium debuisse, rectè colligatur. Similiter ejusdem autoris, & potiùs Hippolithi conjectatio *ad Prag. transact.* §. Zu dessen allen würcklichen. applausum non meret, quâ in eâ transactione verbum, gehalten/ideò omissum existimat, ut tantùm Ordinibus, & nominatìm Electori Saxoni nudum nomen relinqueretur, vis autèm imperandi omnis penes Cæsarem esset. Contrà enim magis fit verisimile, verbis illis, die (Haubt-Armada) sol heissen und genennet werden/Der Röm. Kayß. M. und des Heiligen Römischen Reichs

Reichs Kriegs Heer/ idcircò solam collectorum omnium exercituum appellationem expressam fuisse, quo reapse peculiaris cuique Ordinum, & sic Electori quoque Saxoni circa suum exercitum potestas salva esset, quod addito verbo, gehalten/ dubium videri poterat. Nam alioquin etiàm, si adducta verba rem ipsam excluderent, quod Hipp. credit, id de conjunctis, tàm Cæsareâ Majestate, quàm Imperio, (per quod Hipp. Ordines intelligit) absurdè accipiendum haberes. Cæterùm hæc longius persequi, hodiè quidem supervacuum est, attingenda tamen erant, ut iis quoque, quæ Cæsar pro sese affectâsse arguitur, ipse sibi metas posuisse intel-

ligeretur. Nec tamen pugnabo, Imperatorem, qui victore exercitu progrediebatur, & tanquàm profundum impulsum lentè subsidebat, tractationem Pirnensem, (quam utriusque partis Legati ita determinârant, ut nihilominùs de re totâ animos Dominorum expiscarentur, & eorundem approbationem, uti fieri solet, integram servarent) suæ autoritatis, potestatisq; augendæ ergò, Pragæ posteà in nonnullis mutatam voluisse. Sed quicquid sit, jam sæpius admonui, & extraordinarium fuisse istius pacificationis negotium, quo Reipublicæ laboranti utcunq; consultum itum sit, & regularem Imperatoris voluntatem perperàm indè deduci.

6. Quod

6. Quod exercitus Romanus ſub antiquis imperatoribus non Principis, ſed Populi exercitus vocabatur, ſi naturam Reip. Romanæ, quomodò constituta eſſe debuerit, ſpectemus, minimè pro ſimulacro habendũ eſt, ſi tamen Principes rem ipſam ſubindè ſoli uſurpaverint, injuſtè eos egiſſe, *ſupr. in part 1. cap 9. ſect. 1. num. 2. & ſeq.* annotavi. Laxiori verò etiàm exercitus dirigendi poteſtate Imperatorem tempore pacificationis Pragæ converæ uſum eſſe, cum iſtisusmodi Principum Romanorum injuſtâ armorum uſurpatione conferri haud meret, ſi vel ſcopum perpendas, hujus, ut Rempublicam reſtitueret; illorum, ut tyranni-

de commutarent, & penitùs evertèrent.

7. Nec est, quod Ordinum loca munita ab Austriacis Impp. infestata, aut occupata Hipp. cõqueratur. Nam apud nec Sleidanum, nec Hortlederũ Carolo V. Imp. sed militibus Hispanis ascribitur de exædificandis in primariis Germaniæ urbib⁹ propugnaculis gloriatio, quis autèm indomitas militum voces Imperatori imputaverit? ne hîc ea repetã, quæ *sup. in c. 3. §. 3. n. 4.* ad simile regessi, neq; inter bellicos motus prolata ad normam exigenda dicam. Etiàm conventione Pragensi â Ferdinando II. Imp. loca munita Ordinibus propria eorundem dispositioni relicta fuisse, *sup. n. 3.* jam indicavi, quamvis

vis ut quædã in nonnullis Imperii Circulis occupata, de quibus Hipp. *in fin. h. c.* expostulat, suo præsidio, salvis Ordinum juribus firmata retineret, rerum ejus temporis ratio suaserit.

8. Quando autèm quarundam civitatum quasi contra Aschaffenburgense pactum factam occupationem carpit, nostram responsioné non requirit, qui ipse non dissimulat, quomodò ea occupatio â Cæsare excusata fuerit, & ita iterùm evidens argumentum prodit se duntaxàt, quòd publicorum negotiorum notitiam habuerit, orbi denunciare voluisse, cùm Imperatoriæ isti excusationi satis bonæ nihil invenerit, quod reponeret. Quod denique in specie ad rem

inter

inter Cæsarem & civitatem Argentoratensem ventilatam attinet, negare nolo Imperatorem Alsatiæ, Argentoratenses suæ civitati meliori modo prospectum cupivisse. Uti igitur meum non est, Argentoratensium consilium improbare, ita Hipp. non decuit, propositum Imperatoris bono fini susceptum sinistrè interpretari, nisi quælibet militiæ, rerumq́ne turbatarum momenta ad regulas, & ordinaria pacta dirigenda putaverit. Quò absq́ue dubio referenda quoq́; fuerint, quibus posteà Argentoratenses etiàm edoctos, consilio lapsos affirmat, cùm certi nihil exprimat, peculiariter quicquam hîc notare nobis haud licet. Finiat autèm sua, & farci-

farciat Hippolithus quibuscunq; incuſationibus, modò eæ, quantum ego quidèm judicare poſſum, ſui inanitate plectantur.

IN Partis III. CAP. I.

De primo reſtaurandi antiqui Status MEDIO; quod &, univerſalis amniſtiæ ſanctio, & Concordiæ reſtitutio.

I.

QUam Hippolithus parte præcedenti ſecundâ Rationem Stat⁹ appellat, hâc parte ab eodẽ Statum ipſum vocari, perſpicere facile eſt, cùm, quo labefactato, Rationem Status labefactatam

tam ſtatuebat, eo ipſo reſtaurato & firmato, Rationem Status reſtauratam & firmatam reverà doceat, licèt Statum reſtauratum & firmatum dicat: undè ultrò apparet, Hippolithum incertum eſſe, quid vel in dictâ parte ſecundâ per Rationem Status, vel in hâc per Statum ſignificatum velit, ego ea de re ad *d. part. 2. capit. 1.* notata me refero, ubi illam verbis etſi conciſis, quanti tamen ad propoſitum intereſt, enucleatam arbitror.

2. Ut verò Reip. Procerum concordia vigeat, & labaſcens reſtituta ſit, in quâlibet Republicâ in ſpecie, (non in Imperio noſtro in individuo) tanquàm ſpecialem Rationis Status conditionem

nem requiri, *supr. in d. part. 2. cap. 1. num. 3.* animadvertimus. Amnistiæ igitur etiàm sanctio, quâ ejusmodi concordia reducatur, nostro Imperio est medium, utnuncupant, cum cæteris Rebuspublicis commune. Quia autèm eadem sanctio est concordiæ restituendæ medium, seu restitutæ causa, rectè quidèm, non ipsius Rationis Status, sed specialis Rationis Status conditionis restaurandæ seu restituendæ medium dicitur, ipsa verò cõcordiæ, vel potiùs studii ejus inter Reip. Proceres (nam aliter concordiæ consideratio huc nõ pertinet, uti *sup. in d. part. 2. c. 1. n. 3.* admonui) restitutio, quæ est ejusdem illius conditionis

tionis reſtitutio, aut ut ſic loquar, reſtauratio, & iſtius medii effectus, ut malè ipſius Satus reſtaurandi medium ab Hipp. dicitur, ita illius ſpecialis conditionis reſtaurandæ medium perperàm diceretur, niſi effectum ſui ipſius cauſa ſtatui abſurdè vellet.

3. Et generaliter notandum, quæ hîc pro mediis reſtaurandæ Rationis Status Hipp. venditat, nec Rationis Status, nec ejus ſpecialium conditionum reſtaurãdarum media, ſed ipſas eſſe Rationis Status (nec tamen Imperii noſtri in individuo, niſi illa Auſtriacæ Domus extirpandæ conditio, quam requirit, ac cujusq; Reip. in ſpecie) reſtaurandæ ſpeciales cõditiones, (Amniſtiæ

ſtiæ ſanctio, uti jam indicavi, aliquâ ratione inter media numerari poteſt) ut nimirum concordia Procerum, ubi labefactara ſit, reſtituatur: ut Rex ſub certis legibus (ſive eæ collectæ Capitulatio nuncupentur, ſive aliter) vel eligatur, quemadmodùm in Imperio noſtro Imperator, vel hereditario jure ſuccedat: ut Procerum diffidentia eradicetur, & confidentia reſtituatur: ut Comitia, & compendioſum commune Regni Conſiliũ, (quale in Imperio noſtro Regimentum fuerit) intermiſſa, ſublatis aulicis Regni Conſiliis, reducantur: ut in Regno, aut Republic. exercitus continuè ſuſtentetur, & militare ærarium inſtituatur, quamvis hæc, & illa

& illa de Regis constitutione, conditio tâm constitutionem, quàm restitutionem spectet. Hæc & similia ut partìm ab Hippol. in parte secundâ tradita sunt, ita porrò in eâdem tradenda erant, veruntamen tanquàm speciales conditiones, aut partes Rationem Status constituentes, aut labefactatam restituentes, aut constitutam & restitutam firmantes, vel amplificantes, quæ etiàm ad ipsam Rempublicam conservandam & amplificandam requiruntur, sicuti Rationem Status, quæ ex istis specialibus conditionibus constituitur, conservandæ & amplificandæ Reip. generale requisitum descripsimus.

4. Quo-

4. Quomodò igitur Hipp. *Mediorum* vocabulo abusus sit, non in obscuro est, etsi non diffitear, eum nonnunquàm obtinendi ejus, quod medium esse perperàm dixerat, medium proposuisse, uti passìm constat. Ex. gr. Concordiæ inter Proceres restitutio, etsi medium sui ipsius non sit dicenda, (ut ab Hipp. reverà dicitur, qui eam restraurandi & firmandi *Status Medium* nuncupat, quam anteà sub ipsâ Status Ratione, quæ nunc ab eodem Status vocatur, quemadmodùm demonstravi, comprehenderat) quod tamen, inter cætera, Amnistiæ sanctione, tanquàm *Medio* obtineatur, ab Hippolitho doceri certâ

certâ ratione potuit, & aliquo modo docetur. Sic extirpatio Domus Austriacæ, quam Hipp. tantoperè expetit, ex priori quidèm ejus sententiâ, est ipsa firmanda & restauranda Ratio Status, seu, ut ego ex falso Hippolithi supposito infero, Rationis Status firmandæ & restaurandæ specialis conditio, ideoq; firmandæ & restaurandæ Rationis Status, tanquàm sui ipsius, *Medium* dici nequit, nihilominùs ad ejus obtinendæ *Media* referenda sunt bella, quæ ab Ordinibus, auxiliis exterorum, contra Imperatorem gerenda suadet. Sed de his plus satis: jam ad rem ipsam examinandam pergemus.

5. Even-

5. Eventus quidèm ostendit, transactionem Pragensem non fuisse pacis in Imperio universalis restituendæ sufficiens remedium, attamen, quamvis omnẽ de eâ altercationẽ missam facere debeam, ipsam non destruendæ Ordinum libertatis, verùm tranquillandæ Reipublicæ, & sic ejusmodi etiàm libertatis conservandæ scopum sibi propositũ habuisse, illa quæ passìm de eâdem attigimus, indicant, quemadmodùm quoq;, quia quæ hâc continetur Amnistiæ sanctio, limatata sit, (quod Hipp *in fin. h. c.* indignatur) Cæsari ideò nihil exprobrandum esse, vel ea, quæ *supr. in part. 2. cap. 7. sect 4. num. 2. in fin. & sect. 6. num. 1.* scripsi, satis arguunt.

6. Seipsum autèm iterùm non intelligit Hipp. quando apparentem & temporariam, ad propulsandum commune malum, cum verâ & perpetuâ, ad stabiliendum universum Imperium, concordiam *h. cap.* confundit. Etsi enim in fine *h. c.* universalem animorum concordiam, nullo nisi Amnistiæ remedio proposito, consilio, quod facile est, laudet, tantùm tamen de conspiratione post dilatam, non ablatam animorum dissensionem ineundâ ipse reverà hic agere reperitur, undè posteà *c. 4.* de concordiâ, quæ ex gravaminibus Imperii sublatis prodeat, separatim differendum existimavit. Atq; si penitùs rem intu-
earis,

earis, hîc ſolam conſpirationem ſuaderi ab eo comperies, quâ ad id, quod *cap. prox. ſeq. 2.* affectat, nempè Domus Auſtriacæ extirpationem, via expeditior ſternatur.

7. Infeliciter quoque Hipp. imitari eum conatur, qui quando Imperio conſultum ſupponebat, ut, ſepoſitis ſingularibus, & privatis Ordinum ſimultatibus, Hiſpanorum tanquàm exterorū arma, & Jeſuitæ, tanquàm ad arma incitantes, ubi pacatum remedium adhibendum eſſet, Imperio pellerentur, ad Imperii Conſtitutiones provocabat, & Cæſaream majeſtatem, ſubmiſsè implorandam judicabat, §. Wenn nun die Teutſchen.

ſchen. ac Hipp. non habet, quò recurrat, quando eam extirpationem, quâ ipſe Imperator petitur, in medium conſulit. Nec etiàm ſuſpicionibus indulgendum eſt, ubi apertiſſimæ probationes requiruntur. Probationibus verò ſuis Hipp. contra Auſtriacos tantum abeſt, ut obtinuerit, ut etiàm eoſdem non minuiſſe Ordinum libertatem, ſed firmâſſe, & auxiſſe, ſuperiùs demonſtraverimus. Quarè eæ conjecturæ, quibus, poſt enervatos Evangelicos, ipſorum Pontificiorum res ab Auſtriacis afflictum iri putat, tantò minùs ſibi conſtant, quanto incertius eſt, eos Evangelicorum Ordinum libertatem comprimere voluiſſe, quicquid aliis ſentire pla-

placuerit; ideoq; nec abs res fuit, quod aliquando inter ipsos Protestantes eâ de re non convenerit, id ut Hipp. miratur, ita ego mirandi causam non habeo.

8. Sanè religionis dissidium maximos in Imperio motus excitavisse, Cæsares itèm in suæ religionis causam propensiores fuisse, non nego, *sup. in part. 2. cap. 3. sect. ult. num ult.* sed ibidem ea repetenda monui, undè appareat, Imperatores sic quoque suâ potestate nec esse abusos, nec abuti potuisse. Neq; etiàm inficias ibo, simultates, etsi initio ex religionis diversitate maximè emergentes, tandèm in Imperio eò excurrisse, ut religionis causa haud ampliùs principali-

ter ſpectata fuerit, & tamen ſpectata. Abſurdum autèm non eſt, adhuc ab eo, qui cum altero diverſæ religionis contra quempiam ſuæ religionis militet, ſuam religionē curari, quemadmodùm Elector Saxo non aliter cum Imperatore fecit, aut tranſegit, quàm ſi religioni Evangelicæ conſultum eſſet, hâc verò ſalvâ, ut Imperium turbatum componeretur, Cæſari adhærendum duxit. Si Hipp. reſponderit, quòd ita eidem religioni ſatis conſultum fuerit, non omnes Proteſtantes exiſtimâſſe, ea Saxoni exprobrabit, quæ controverſiæ ſubjacuêre, quo genere argumentandi toties aliàs lapſus ſit. Et Galliæ Rex cum Rege Suediæ fœdus pangens, ſuæ nihilomi.

lominùs religioni proſpiciebat, quando ab eodem Imperii conſtitutiones in locis, quæ in Imperio occuparet, obſervari, & ubi R. Catholicæ religionis exercitiũ vigeret, id non impediri, aut reformari, ſtipulabatur. Sed hæc longiùs proſequi, nõ neceſſe eſt, cùm non obſcurè fateatur ipſe Hipp. qui tantùm non principaliter tandèm bella propter religionem in Imperio geſta dicit, haud protinùs eum, qui cum parte alterius religionis ſocia arma junxerit, ſuam religionem deſeruiſſe, quamvis, quia religionis bella varia ſunt, nimis laxè pronunciet, ubi religionis res verſetur, non poſſe diverſarum religionum partes ſine crimine ſociari. Quid enim, ſi Re-

si Reges ponas unius ejusdemq́; religionis, quorum alter non tolerandos in suo regno, qui non sint suæ religionis, eosq́; tàm ferro ac flammis subdendos, quàm regno expellendos exstimet, alter non modò certis conditionibus tolerandos, sed quoq́; qui ejusmodi persecutioni obnoxii sint, defendendos, salvâ cõmuni aliàs religione, arbitretur, & defendat? Hic propter religionem, non suam, pugnabit, & nihilominùs sacrilegii quod Hipp. exprimit, vel alius criminis, sibi conscius haud erit.



IN

IN CAP. II.

De ſecundo reſtaurandi & firmandi Status MEDIO, quod eſt, Domus Auſtriacæ extirpatio.

SECT. I.

I.

Hic clariùs exprimit Hippol. quam ob cauſam rei totius diſputationem ſuſceperit, ut nimirùm Auſtriacæ familiæ extirpationem ſuaderet, quia 1. tanquàm familia fatalis, & Imperii noſtri exitio nata, leges ejusdem Imperii Ordinumq́; libertatem, & univerſum illius Statum diſſipârit. 2. Imperii beneficio, ejusq́; ruinâ de tenui origine creverit. 3. Idem ipſa expilârit, ſal-

tem non parùm diminuerit. Nominatim Imperatores ex istâ familiâ orti ea omnia admiserint.

2. Non sentio, quid ad rem Hippolithi conferat, quod Austriacam familiam Imperio fataliter exitiosam dicit, nisi quod tantùm Machiavellum legisse videri cupit. Per fatum enim aut Stoicam necessitatem intelligit, atq; ei frustrà obluctatur; aut Dei providentiam denotat, & qualemcunque clypeum porrigit Austriacis, quos non simpliciter, sed tali modo Imperio exitiosos statuit. Sed imò divinâ providentiâ Austriacos Imperio fatales esse, ejus non exitio, at bono natos, minimè dubito. Non difficile, verùm longum esset, ex primordiis deducere,

cere, quomodò familia iſta & potentiâ & autoritate ſuâ Imperiũ noſtrum, vel exterorum æmulatione, vel civilibus diſſidiis ferè peſſum abiens, ſuſtentaverit, at pro inſtituti ratione nunc ſufficit, è ſuperiori præſertim in partem ſecundam animadverſione contra Hipp. aſſertiones elucere, Auſtriacos Imperatores non ſolùm jura Imperii non violâſſe, ſed & Ordinum libertatem auctioré reddidiſſe, ipſumque Imperii ſtatum ſartum tectum conſervâſſe.

3. Non modò excolendæ familiæ Imperatoris Rudolphi I. ſed & Imperii interfuiſſe, ut ad juſtam potentiam, quâ res penè collapſæ reſtituerentur, adipiſcẽdã, iſte Imperator, inter cætera,

Auſtriam, Ottocaro Bohemiæ Regi non temerè, ſed juſtiſſimis ex cauſis abjudicatam, ſuis conferret, *ſupr. in part. 2. cap. 2. ſect. 1. n. ult. ferè in fin.* vidimus. Habsburgenſem verò familiam indè ſuo merito potentiorem factam eſſe, non contradico, quemadmodùm poſteà diverſis matrimoniis facultates, potentiamq; ſuam auxit. Et, ut ut affectati dignitatum tituli ei, qui rem non poſſideat, vitio verti poſſint, Auſtriacis, quibus largiter res ipſa ſuppetiit, propter aſſumtum Archiducalis dignitatis elogium ſecùs imputari nihil debet. Quando id in Auſtriacos collatum ſit, non ſatis liquet, etſi hoc Rudolpho Auſtriæ Duci, non quidèm Albertũ I. Imp. filio ſuo Rudol-

Rudolpho, uti ex Ger. de Roo Hipp. affirmat, ſed Carolum IV. Imp. conceſſiſſe hujus Rudolphi ex filio Alberto nepoti, qui dictus eſt Ingenioſus, à quibusdam veriſimiliter tradatur, ego tamen, ex ratione, quam Hipp. affert, & quæ extat apud Beſoldum *in theſaur. pract. vocab.* Ertz-Hertzog. (ubi idem de Brunone ex aliis refert, hunc ideò Archiducis Lotharingiæ titulum ſibi arrogâſſe, quòd indignum exiſtimâſſet, ſi cùm Archiepiſcopus eſſet, non etiàm Archidux appellaretur) exiſtimare malo, licèt Archiducalis titulus anteà fortè Auſtriacis tributus ſit, eum tamen ante Maximilianum I. Imp. vix à quoquam uſurpatum fuiſſe. Verùm uſurpave-

rit hic primus titulum, certè primus non fuit, qui ea jura & privilegia habuit, quibus id nomen est conveniens. Neque soli ipsi Austriaci, sed alii Imperatores, & primi, & plurimi, tot privilegiis Austriacam familiam benè meritam ornârunt, ut non tantum Archiducale, sed & regium nomen ei convenire queat. *vid. Limn. de jur. public. Imp. Roman. libr. 5. cap. 2. num. 27. & seqq.* Undè animadvertat Hippolithus, Maximilianum I. Imperat. non superbè, at decenter titulum Archiducis Austriæ approbâsse, quod tantò magis credendum, quantò certius est, hunc Imperatorem boni ordinis, accuratæque distinctionis studiosissimum fuisse, qui

qui etiàm perſpexerit, multùm referre, ne injuſtâ appellatione res ipſa confunderetur, quod inprimis teſtatum fecit, quando primus ipſe ſeparatìm Rex Germaniæ vocari voluit, quâ de re Conring. *de German. Jmp. Roman. capit. 12. circa fin.* Ita cùm Auſtriæ Duces poſt Electores omnibus Eccleſiaſticis & politicis Imperii Principib⁹ ac Ducibus, etiàm Archiepiſcopis, præferrentur, idem Maximilianus optimo jure adduci potuit, ut haud ampliùs ſimpliciter Ducis, ſed Archiducis titulum amplecteretur, ut nemo hìc arrogantiam, nedùm dicente Hippolith. meram deprehendere valeat. Non autèm eſt, quod Hippol. invideat felicia

Auſtri-

Austriacis matrimonia. Quamvis enim Imperatorii nominis decus non parùm ea promoverit, singularis tamen in iis emicuit Dei cura, quando Austriaci, post splendidiora pleraque contracta matrimonia, casu satis dubio, nec semper sperato, ad amplas provincias, & Regna pervenêre, quod inprimìs in successione Regnorum Ungariæ & Bohemiæ, ipsarum quoque Hispaniarum, conspicuum fit. Cæterùm non magis Austriaci ob auctam potentiam Imperio quid debent, quàm omnes ij, qui in eodem virtutibus, ac merito suo ad singularem dignitatem, atque libertatem provecti sunt. Quin quò potentiores facti sunt Austriaci, eò meliùs & poten-

potentiùs laboranti Imperio ſubvenère, ut quicquid iis acceſſerit, Imperii bono ſimul accreverit, quàm enim neceſſarium ſit, Imperatorem viribus, ac præcipuâ autoritate pollere, alibi conſideravimus. Quando autèm Hipp. hodiernos Auſtriacos obſcuro loco, ac tenuibus initiis ortos dicit, quàm iniquus ſit, *ſupr. in part. 2. cap. 9. num. ult.* indicavimus. Quando deniquè ſummatìm Imperii ſtatum debilitatum queritur, antiquam Germanorum virtutem & fidē ſauciatam Auſtriacis, nudâ quidèm aſſertione, & ſatis ridiculè imputat, quaſi per eos factum ſit, quò minùs, quod Friſii olìm, referente Tacito, exclamârunt, *Nullos mortalium armis aut fide*

ante

ante Germanos esse, hodieque de Germanis prædicari queat: nec hactenùs ostendit, quibus turbis non necessariis Imperium ab Austriacis involutum sit: nec servitutem ab iisdem in Imperium inductam, nostra hæc commentatio superiùs demonstrat: & nùm idem nostrum Imperium, quod ad fines & terminos, Austriacorum culpâ decreverit, nunç consideratum imus, dùm ad ea, quibus Imperiũ ab Austriacis expilatũ probare Hipp. gestit, examinãda transgredimur.

4. Initio autèm notandum, Imperii appellatione non tantũ Romanum Imperium, seu veteris Imperii Romani reliquias, sed & Italiam Longobardicã populariter comprehendi, præcipuè

puè verò Germaniam, ad quam, vel cujus Reges, quos propterea Imperatores vocamus, Romani Imperii, & Italiæ Longobardicæ regimen certo & perpetuo jure devolutū est, quamvis aliàs Germania, & Imperiū Romanorū, & Italia Longobardica, tanquā separata regna consideranda sint, quemadmodū hæc omnia nemo meliùs Conringio docuit, *lib. de Germ. Imp. Rom.* Etsi igitur quæcunq; in Italiâ sui juris facta sunt, populari illo sermone Imperio decessisse intelligantur, reverà quoque Germaniæ, seu Germanorum Regum, vel Imperatorum juri indè quid decedat, quia tamen Imperatores nostri in Germaniâ suâ (de quâ Conringius, *d. lib. c. 12. circa fin.*

fin. haud immeritò testatur, non tàm appellatione Imperii Romani ei dignitatem accrevisse, quàm quæ & aliàs nobilissima sit regionum Europæ, & si disertè audiisset *domina Romani Imperii*, qualis profectò sit, eandem longè apertiùs majestatem suam ostendere potuisse) potissimum robur positum habent, Hipp. nostrum, quod dicitur, Imperium adeò adhuc debet agnoscere augustum, & Imperatores augustos, ut hodieq; potentiâ, atq; autoritate nulli vel Regno, aut Reipublicæ, vel Regi cedant, sed singula superent, ut idem Imperium omnibus vicinis nationibus ludibrio factum esse, (modò interna desint dissidia, *vid. supr. in part. 2. cap. 1. num.*

num. 3. circa fin.) temerè nimis asseveret. Certum etiàm est, ante Austriacos Imperatores, & longè quidèm ante continuum eorundem regimen, Germaniæ in Italiam jura ita labefactata esse, ut quò fortiùs Imperatores ea vindicare nisi sint, eò magis illos ipsam etiam Germaniam periculis objecisse, historiarum omninò rudis fuerit, qui nesciat: & sanè non dubito, quamvis ea jura non negligenda ipsæ Imperatoriæ Capitulationes suadeant, quin ipsi Germaniæ, nostroq; Imperio salutare fuerit, quod aliquanto tempore Imperatores Italiam non lacessendam duxerunt, idq; Electores non obscurè fassi sunt, quando ann. 1630. in Conventu Ratisbonensi, inter

inter cætera, censuerunt, Italico bello haud irritari debuisse potentem Imperii hostem, quod tamen Ferdinandus II. Imp. ad Cæsaream autoritaté, & Imperii jura retinenda, necessariò suscipiendũ, (quemadmodùm & pace factâ res nõ infeliciter peracta fuit) atque ita directum Mantuæ Ducatus dominium Imperio asserendum fuisse demonstravit. Jam quid de expilato ab Austriacis Imperio Hipp. docere velit, ponderare occipiemus.

5. Rudolphum I. Imp. Germaniæ, Imperatoriæque autoritatis restaurandæ, & conservandæ necessitate coactum non pauca in Italiâ & vendidisse, & cessisse, atque quod avaritiæ historici nonnulli ascribunt, suorum

rum dignitati ac potentiæ providisse, uti jam attigimus, ita *supr. in d. part. 2. cap. 2. sect. 1. num. ult. ferè in fin.* ultrò fassi sumus. Ejus tamen necessitatis causam Imperator haud præbuit, ideoque nec culpam sustinebit, sed ipsorum Imperii Principum sub infausto illo interregno acerrimi conflictus rem omnem in ejusmodi angustias deduxêre, ut non modò Germaniæ ita consulendum, verùm etiam in Italiâ Imperatori obedientia impunè denegata fuerit. Ex Mutio, *libr. 21. Chron. German. ad ann. 1282.* constat, Cancellarium Imperatoris in Italia singulari artificio usum esse, ut tantùm rebellibus persuaderet, eo ipsos adhuc nexu teneri, quo se ex-

ſe exolvere per pecuniam poſſent. Undè non malè Krantzius *libr. 8. Metropol. cap. 40. Nullus*, inquit, *ante hunc* (Rudolphum Imp.) *civitatibus vendidit libertatem. Fecit, quod ſolent, qui rebus melioribus deſperatis, non quod volunt, ſed quod velle coguntur, faciunt.* Quando autèm idem ſubjicit: *aliquanto tamen melius erat, ſi nihil ille armorum pro recuperandis* (in Italiâ) *Imperii juribus intentare voluit, cauſam ipſam integram ſervaſſe ſucceſſoribus*: non ſatis perpendit, ipſi Rudolpho Imp. non integram, at interregni diſſidiis cauſam vulneratam traditam eſſe, (Gobel. Perſona, *Coſmodr. ætat. 6. c. 66.* Imperium non abſurdè *tempore vacationis dilapidatum* dicit) ut nec licèt fortiſ-

fortiſſimus Imperator, opibus tamen haud abundans, pecuniâ carere potuerit, nec rebelles ſubjugandi ſpem habuerit, quamvis aliquod jus eum ſucceſſoribus ſuis ſervâſſe, veriſimile fiat, ex iis, quæ *ſup. in d. part. 2. c. 2. ſ. 1. n. ult. ferè in fin. verſ. Nã vix dubito* ſcripſimus. Et Sigonius, candidæ antiquitatis ſtudioſiſſimus, jura in Regno Italiæ â Rudolpho Imp. ultrò alienata dici refert, quę jam *conſtanti populorũ contumaciâ* imminuta fuerint: ipſe etiam poſtquàm narravit quomodò Imperator rebelles per vicarium ad priſtinum obſequium redigere fruſtrà tentaverit, non obſcurè Imperatoris factum excuſat: *Quibus Rodulfus permotus, atq; opibus ſuis, ſi arma vellet adhi-*

bere, diffisus; vetus ei (Etruriæ) *obsequium remittere, atq; integram Italiæ libertatem concedere statuit, si certam, quâ maximè indigebat, pecuniam pependissent, de Regn. Ital. lib. ult. ferè in fin. ad a. 1286.* Sic Mutius, *Chron. Germ. libr. 21. in fin. Hic* (Rudolphus Imp.) *caritate*, inquit, *patriæ ductus, toto Imperii tempore curavit Germaniæ res, Italiam sæpè proposuit accedere: sed cum seditiones & factionum partes videret sedari & componi non posse sine CERTO PERICULO, mutavit propositum.* Magis autèm propter assignata Pontifici Exarchatus Ravennatis, & Romandiolæ jura excusationem idem Imperator meret, cùm non tantũ habita de iis cum Pontificib⁹ contentio potentissimos

mos Imperatores depresserit, & Imperio ruinā potiùs, quam incolumitatē, portēderit, dum ista exantiquo sibi deberi Pontifices dicebant, adeo ut cōmuniter historici ea non concessa Ecclesiæ, sed restituta, atq; reddita scripserint, *Gobel. Pers. Cosm. at. 6. c. 66. Naucl. Chron. vol. 3. gen. 43. ad an. 1282. Mut. Chro. Ger. l. 21. post. an. 1256. in fin. Krantz. Sax. l. 8. c. 30. & Metrop. libr. 8. cap. 39. Sigon. de Regn. Ital. libr. ult. ad a. 1278.* sed & ex istâ concessione emolumētum Hetruriæ ad Imperatorem perveniret, quod majus erat, quā quod ex illis retentis capere poterat. Non enim assequor, quibus autoribus Aventinus (apud Mutium, & Langium *ab Hipp. all.* nihil ejus reperio) tàm Maximi-

liani Imp. edicto editam querelam, quàm tantos, tempore inprimìs Rudolphi Imp. Romandiolæ proventus probare velit, cùm contrà historici testentur, eam in libertate exiguum tributum Imperatori pependisse, *Naucler. d. volum. 3. gener. 43. ad ann. 1282. Cuspin. de Rudolph. Cæs. Sigon. de Regn. Ital. libr. ult. ad an. 1278.* Quando enim quæ sub Friderico II. Imper. cœperant, Gibellinorum Guelphorumque factiones maximè sub interregno totam Italiam devastabant, atq; Pontifices omni ope enitebantur, ut Imperatores nostros, sive Germaniam, Imperio Romano, ac Italiæ Regno prorsùs excluderent, & eò deventum erat, ut ad Pontificis, & Guelphorum

rum libidinẽ in Italiâ Vicari⁹ Imperii constitueretur, quemadmodùm Carolus Andegavensis, Siciliæ Rex, à Pontifice vicariatum Imperii accepit, teste Monacho Paduano, *Chron. lib. 3. ad ann. 1267.* & Krantz. *Saxon. lib. 8. cap. 30.* pugnabant quidèm nihilominùs in Italiâ Gibellini pro Germaniæ jure, sed nisi ex Germaniâ se sublevatum iri sperâssent, aut sublevati essent, ne duplici onere supprimerentur, caussam ejus absq; dubio deseruissent, ut igitur Rudolphus Imp. cùm ad Imperium eveheretur, Italiam pro Imperio nostro utcunq; sustentaret, inter cætera, Romandiolam suarum partium sub minimo tributo liberã pronunciavit, *Naucler. d. volum. 3.*

gen. 43. ada. 1282. nec verisimile est, in tantis difficultatibus eos, qui Imperatoris partes secuti sunt, multum erogare potuisse, ut potiùs Imperatoris auxilio eguerint, veluti idem Rudolphus Imp. *multas auri libras per Henricum Basiliensem episcopum in Italiã misit Pisanis*, referente Cuspiniano, *de Rudolph. Cæs.* Undè quid de exaggeratis ab Aventino Romãdiolæ reditibus sentiendum sit, & quæ ex resignato (Pontifice procurante) Hetruriæ jure redemta sunt, Imperatori majorem, quàm ex Romandiolâ, & Exarchatu, si Pontifici cessa non essent, utilitatem obvenisse, atque, ut summatim dicam, quæcunque in Italiâ eo tempore Imperio decesserint, Imperatori Ru-

ri Rudolpho vitio non vertenda esse, facilè datur intelligere. Quin imò ad æternam Domus Austriacæ gloriam facit, quod idem Imperator, qui primus Imperatorium decus in familiam istam intulit, ab omnibus, etiam iis, à quibus Italiæ non curatæ insimulatur, pro eo habeatur, qui, Deo favente, Germaniam, & Imperium nostrum ferè collapsum erexerit, *Gobel. Persona Cosmodr. ætat. 6. cap. 66. Mut. Chron. German. libr. 21. in fin. Naucler. Chron. d. volum. 3. gener. 43. ad ann. 1282. & 1291. Lang. Chron. Citiz. ad ann. 1273. Trithem. Chron. monaster. Hirsaug. & Chron. Sponheim. ad ann. eund. 1273. Krantz. Saxon. libr. 8. cap. 30.*

6. Porrò Hipp. vix superficiem lambit incusans Albertum Imp. qui quidèm hereditarii juris prætextu usus est, uti *supr. in part. 2. cap. 2. sect. 2. num. 2.* indicavimus, & ideò non magis culpandus, quàm omnes ij, quos ita jus suum, quodcunque se habere existimaverint, propugnâsse scripsimus, *supr. in d. part. 2. cap. 2. sect. 1. num. 3.* sed istum tamen prætextum (etsi hinc magnæ ejus ævi calamitatis ansam exiisse, non negem) procul dubio in minimis habuit, qui maximè urgere poterat, quòd ipse ad Imperium invitatus, & plurium votis vocatus esset. Verùm nec nescire Hipp. nec, si sciverit, silere debuit, quòd nihilominùs Albertus, postquàm Adolphum Imp.

Imp. Moguntini machinatione electum comperit, ita iram moderatus sit, ut non tantùm electioni Adolphi, ab eodem investituram accipiendo, non contradixerit, sed nec bellum cum ipso inierit, antequàm ab Electoribus, celebratâ iterum electione, evocaretur: quin & historia verisimile reddit, Albertum, nisi ab Adolpho Imp. qui eum Ducatu exturbare voluerit, irritatus fuisset, bellum forsan contra Adolphum non susceprurum fuisse. Nam id Albertũ non electioni vivente Adolpho celebratæ confisum gessisse, vel indè patet, quòd occiso demùm Adolpho ritè, atq; vice, si perpendas, tertiâ eligi voluerit, quæ omnia comprobant, si jungantur,

tur, *Maresch. hist. Aust. ad a. 1292. & 1298. Naucler. Chronogr. vol. 3. gen. 43. add. ann. 1298. & ex Jacobo de Moguntiâ, & ad ann. seq. Colmar. Chronic. part. alter. ad ann. 1298. Magn. Chron. Belgic. ad ann. 1293. Trithem. Chron. monast. Hirsaug. & Chron. Sponheim. ad ann. 1298 Mut. Chron. German. libr. 22. m. pag. 202. Cuspinian. de Adolph. & Albert. Cass. Paralipom. ad Chronic. Abb. Ursperg. de eod. Caes. ab ann. 1292. & ii, quos supr. in part. 1. cap. 5. sect. 3. num. 7. de iteratâ Alberti Imp. electione laudavi.* Qui autores etsi singuli non referant universa, quæ pro Alberto Imp. memoravimus, si tamen cum judicio legantur, explicare se invicem, ac etiàm, ubi iis, quæ narravimus, obstare non-

nonnulli aliquâ parte videbuntur, refutare levi, opera invenientur, undè veritas, quam ſimul propoſuimus, ſparsìm colligi haud difficulter ita poſſit, ut quam haud ſinguli, hanc omnes teſtentur. Hinc largiatur Hipp. nullum unquàm Imperatorem, qui alteri æmulus fuerit, tantâ bonitate, atq́ue magnanimitate ſuo quaſi juri ceſſiſſe. Cùm autèm ex aliâ præcipuè causâ in prælio Adolphum Imper. obvium haberet, quid mirum, ſi ictum infligere Adolpho, (modò hic propriâ Alberti manu confectus ſit) quàm ab eodem expectare maluit? certè id ſaltèm indè in propatulo eſt, nec hoſtili in Imperium animo, nec impotenter, nec nefario auſu, quod

Hipp. putat, Adolphum Imp. ab Alberto Auſtriaco trucidatum eſſe, quemadmodùm idem Hippol. loquitur. Adolphum Imp. etſi de eo pleriq; malè ſentiant, virtutibus fuiſſe vacuum, ego quidèm aſſerere nec volo, nec poſſum, atq́ue hoc ob diverſas ſcriptorum relationes, uti eas etiàm prodire neceſſe eſt, quando Anticæſarum quilibet ſuarum partium hiſtoricos ſortiri ſolet. Ut Nauclerus & Mutius Adolphum Imp. laudibus extollentes, Albertum Imper. vituperarent, vel propriis, vel aliorum conſignatis poſteritati pravis affectibus ſeduci potuerunt. Cum enìm ille, Præpoſitus Tubingenſis, rebus Wirtenburgenſibus, hic, Baſilienſis Gymnaſii Profeſſor,

ſor, Baſilienſibus favere videatur, Alberti autèm Imp. parens in Sueviâ non omnia ad Wirtenburgenſis guſtum ordinaverit, ut proptereà quoq; adhuc Henrico Lucelburgico Imp. â Comite Wirtenburgenſi Eberhardo, cum ſui tamen ipſius clade, lis mota ſit, (*Alb. Argent. Chron. m. pag. 115. & ipſe Naucl. Chronogr. vol. 3. gen. 44. ad ann. 1309.*) Imperator itèm Albertus certis ex cauſis cum Baſilienſibus, quorum Epiſcopus quoq; anteà cum Adolpho Imp. fecerat, capitale odium exercuerit, (*Alb. Argent. Chron. m. pag. 9. & ſeq. atq; 13. & ſeq.*) ſcriptores iſtos, quòd Albertum Imp. adeò caſtigant, in Wirtenburgenſes, & Baſilienſes annales, quorum fidem ſeque-

 ren-

rentur, incidisse, non immeritò conjicimus, quale quid & M. Alberto Argentin. qui res Basilienses diligenter exequitur, accidisse verisimile est, quando de eodem Imp. Alberto refert, quòd *potens in Regno Alemanniæ, & inibi filiis suis omnia quæ potuit attrahens, partes alias non curaverit, Chron. pag. m. 111. & multos Baronum bonis suis & jurib⁹ spoliaverit, pag. 114.* Aventinus autèm tantùm ab iis, quos Albertus Imp. ob interfectos privato furore, & expulsos Judæos puniverit, Adolphum Imp. desideratum narrat, undè Hipp. cõmune desiderium perperàm elicit. Si verò rem undè Hippolithus Imperium ab Adolpho Imp. auctum, at Alberto Imper. diminutum, (quod

(quod hîc Hipp. probare intendit) autoribus Nauclero, & Mutio, obtinere cupit, penitùs consideremus, adeo contrariũ ipsa loquitur sicut solá Historicorum autoritaté, aut animũ expiscari, superfluum sit. Nescio n. quid aliis etiàm in mentem venerit, quando coëmtum ab Adolpho Thuringæ Landgravionatum (hunc multi eâ de re testantes cum Misniæ Marchionatu confundunt, aut Misniam quoq́;, & Lusatiam ab eodem emtam referunt) Imperio subditum scribunt, cum extra controversiam sit, eum etiàm tùm â Landgraviis possessum, Imperii fuisse: fortasse significare volũt, extincto pertractũ feudo, ad patrimonium Imperatoris, vel Imperii redi-

rediisse, ideoq; verbo, *incorporavit*, nonnulli utuntur, sed, ut ut aliàs ista loquela inusitata sit, planè à loquēdi genio aberrant, qui indè Imperium ampliatum, aut dilatatum narrant. Rectiùs Adolphus Imperator pecuniam, quâ eas terras comparaverit, *in suum usum* convertisse, à Cuspiniano: & ab Aut. paralipom. ad Abb. Ursperg *familiam suam de Nassavv volens evehere, in Doringiam abiisse*, dicitur. Quin etsi Trithemius quoque *Chron. monaster. Hirsaug. ad ann. 1293.* narrat, Adolphum *marchiam* Misnēsem *Romano imperio subditam fecisse*, negare tamen non audet, ad ann. seqq. 1294. *regem Adolphum acceptam* ab Angliæ rege *pecuniam* (quam ab Adolpho in

coëm-

coëmtionem illam collatam esse, indubitatâ historicorum fide accepimus) *in proprios usus retinuisse*. Undè apparet eundem ita non Imperii, sed suam, cùm rerum indigus esset, causam egisse, & sanè, quicquid aliàs de ipso sentiendum sit, non solùm cum magno Imperii detrimento, sed nec sine iniquitate. Debuit enìm, uti ejus antecessor Rudolphus Imp. potiùs dissidentibus æquam pacem imperare, quàm Principibus justâ pietate erga matrem impio & impuro patri Alberto Thuringiæ Ladgravio resistentibus hereditarias ditiones illiciti contractus prætextu eripere, quâ de re integram historiam cognoscere licèt, *ex Histor. Anonym. Erphesford. de Landgrav.*

grav. Thuring. c. 64. & seqq. passim, Paul. Lang. Chron. Citizens. ad ann. 1294. 1296. & seq. 1305. & seqq. (sed Paulus iste, cùm *ad ann. 1307.* Albertum Thuring. Landgravium ob favorem, quo monasterium Citizense prosecutus sit, non obscurè laudet, ejusdem impietatem, & iniquum in filios legitimos odiũ, tanquã omnis mali causam, exprimere noluit, quamvis conscientiâ stimulatus *ad a. 1294.* non dissimulet pietatẽ Henrici, quem alii Ditericum nominat, fratis Alberti, quòd hoc Alberto præterito, ejus liberos Fridericum & Theodoricũ, alias Titzmannum, suos ex fratre isto nepotes, terrarum suarum heredes fecerit, quando de Henrico illo subjicit: *Sicque*

Prin-

Princeps pius his ordinatis quievit in pace. Et ibidèm non reticet ipsorum Friderici & Theodorici laudes, *Cùm*, inquiens, *essent ambo strenui, & multâ probitate decori; à cunctis satrapis & terræ nobilibus, omni denique populo summo diligebantur affectu*) *add. Siffrid. epitom. lib. 2. ad ann. 1270. & seqq. passìm.* Postquàm verò de Misniæ, Lusatiæ, & Thuringiæ ditionibus concernationem ipse etiàm Adolph⁹ Imp. aliquot annorum bello jam implicâsset, non facilè potuit Albert⁹ Imp. bello, Imperii quasi causâ, ab antecessore acerrimè gesto supersedere, præsertìm cum Frideric⁹ & Titzmannus Principes fortes & alacres terris suis se aliquâ parte excludi, vix ullâ transactione paterentur.

rentur. In quo bello quòd idem Albertus Imper. minùs feliciter pugnaverit, non debet ei propterea diminutio Imperii imputari, cùm non tantùm quæ ad Fridericum & Titzmannum rediêre, sub Imperio manserint, sed nec vanæ considerationis sit, si Adolphus Imper. præmaturè occisus haud fuisset, annon Principes isti eâdem strenuitate, eodemq; exitu cum illo certâssent? atq; si nec Albertum Imp. posteà crudelia fata prævenissent, annon expeditione, quam jam, cum trucidaretur, in procinctu habebat, is iterùm Friderici vires fracturus fuisset? Quicquid hîc divinandum fuerit, in Albertum Imp. ea culpa derivari nequit, quam ipse Adolphus Imp. propter

pter bellum temerè, & solâ habendi cupiditate susceptum meruit. Nàm fateor, quòd tandèm sub Henrico Lucelburgico Imp. res tota aliter composita non est, quàm ut retentâ Misniâ & Thuringiâ Fridericus Lusatiam inferiorem Bohemis cederet, id (quoniàm Bohemiæ regnum nec tùm liberæ Imperii dispositioni subjacebat) Imperio non admodùm fuisse utile. Verùm cùm Adolphus Imp. belli necessitatem, uti indicavimus, ad Albertum Imp. transmiserit, meritò quoq; Lusatiæ ob navatam in bello Misnico operam ad Bohemos translatæ culpam sustinere debet, ut quâ ratione Hippolithus cum quibusdam Adolphum propter dilatatum Imperium

rium commendare, & Albertū Auſtriacum propter idem diminutum accuſare poſſit, accuratiùs deliberandum habeat. Avaritiæ quoq; Albertum Imp. inſimulant, ſed ego eam incuſationē vix aliud continere reperio, quàm cauſam, ob quam ipſum interfectum ferunt, quòd nimirùm Joanni, ſuo ex fratre Rudolpho nepoti, & quibuſdam Baronibus Suevis, quæ eorundē fuerint, reſtituere aut noluerit, aut cunctatus fuerit. Id verò obſcurum eſt omninò, & ſuſpectum. Si enim verùm eſt, quod multi teſtantur, Ducatum Sueviæ, quem Albertus Imp. retinuerit, ad Joannem pertinuiſſe, incertum ſaltèm fuerit, utrùm Imperator Ducatum iſtum ſibi, ſuis-

ſuisq; retinere, an Joanni conſervare voluerit? Nam tradere eum Joanni nolebat, quòd prodigus eſſet, & Imperator tutelæ ſuæ commendatum, etiàm cùm adoleſceret, propter prodigentiam curâ haud temerè liberandum cenſeret: (quin ſi temporis rationem ineas, quo Rudolph⁹, pater Joannis, Agneti Bohemicæ, quæ Joannem peperit, matrimonio junct⁹ ſit, cùm annum interfecti Alberti Imp. computes, hoc etiàm anno eundem Joannem aut nondùm puberraté ingreſſum, aut admodùm juvenẽ reperies) & procul dubio maxima fuit retentæ adminiſtrationis cauſa, quòd poſt acquiſitam Rudolphi I. Imp. ſucceſſoribus Sueviam, (quam rem ſuperiùs attigi-

attigimus) Wirtenburgensis tamen potentia formidanda esset, atque ideò Albertus Imp. terrarum istarum absolutam administrationem teneræ ætatis Principi committere, minimè consultum duceret. Barones autèm illos, quos M. Albertus Argent. *Chron. pag. m. 114.* ab Alberto Imp. *bonis suis & juribus spoliatos* refert, & qui in histor. Austral. ad ann 1308. *nobiles superioris Sueviæ* appellantur, ex mutato sub Rudolpho I. Imp. Sueviæ statu similem cum Wirtenburgensi indignationem aluisse, & propterea Joannis non tam malitiâ, (malorum enim consilio Joannem ad occidendum patruum inductum historici apertè testantur) quàm ætate abusos esse, verisi-

verisimile est. Ex quibus omnibus qui indubitanter concludere noluerit, Albertum Imp. nullâ suâ culpâ occisum fuisse, saltèm rem omnem in suspenso relinquere, & eundem avaritiæ studuisse, indè certò affirmare haud debet. Rei alioqui familiari, quòd multam prolem haberet, conservandæ, atq; augendæ operam dedisse, & hinc quoque avaritiæ interpretationem ortam esse, non inficiabor, sed tali interpretatione cuilibet sedulo patrifamilias avaritiæ crimen affinges. Id insuper notari meret, quòd & ij, qui non satis æqua de Alberto Imp. recensent, non Ducatum Sueviæ, sed tantummodò *munitiones dominii de Kiburg* ab Alberto retentas

fuiſſe narrent, *M. Albert. Argent. Chron. pag. m. 113. in fin. Naucler. Chronogr. volum. 3. gen. 44 ad an. 1308. Mut. Chron. Germ. libr. 22. ferè in fin. ad ann. 1311.* ut ita ea res ipsâ relationis varietate ſuſpecta reddatur. Anile denique eſt, etiàm eidem Imperatori corporis vitium exprobare velle. Id verò hîc ideò minùs attendendũ, quòd nemini non ex hiſtoriâ conſtat, Albertum Imp. non naturâ, ſed veneno impiè propinato, grato aſpectu, alteroque oculo caruiſſe, *M. Alb. Argent. Chron. pag. m. 109. Hiſt. Auſtral. ad an. 1295. Cuſpin. de Alb. Cæſ.* Cùm igitur hactenus in Imperatore Alberto nihil reprehendendum habeam, quamvis hominem fuiſſe non negem, non ſolùm Hippoli-

polithum nimis in historiis aut legendis credulum, aut recitandis iniquum arbitror, verùm etiàm usq; dùm aliud docear, Cuspiniano fidem adhibeo, quod Albertus Imp. fuerit *Princeps fortissimus & bellicosissim⁹, qui duodecies collatâ acie dimicaverit, semper victor*, (si forte Misnense bellum excipias, quamvis nec hîc auctores eadem referant, & victus vix dici debeat, cui exercitus vindicaturus in promptu fuit) *á scriptoribus ob id Albertus Triumphator cognominatus*. Et ampliora sunt, quæ idem Cuspinianus de eodẽ Imp. subjicit: *Sic mortuus est pientissimus Princeps Albertus, cùm annis decem regnâsset, prudentiâ, sagacitate & clementiá nulli secundus, Munific⁹ in benemeritos, scelerũ*

vindex acerrimus. Inter Germaniæ Principes veluti fulgentissimum sidus elucescens. Tria potissimùm genera deamabat & venerabatur: Pudicitiâ fœminas claras & illustres: clerum devotum & religiosum: ac milites strenuos & fortes. Bilingues gravi odio persequebatur, lascivorum contubernia evitavit, conjugali castitate insignis: quandoquidem uxorem unicè dilexit. Patientiâ utebatur ergâ inimicos summâ, non præceps in vindictam, injurias facilè obliviscebatur.

7. Friderico Austriaco Hippolithus non habet quod objiciat, nisi hereditariæ successionis prætextum, quo tamen, antequàm certâ Imperii lege tolleretur, optimi uti non destiterunt, quemadmodùm aliàs explica-

plicavimus. Tùm plurium votis Fridericum repudiatum fuisse, Hipp. nimis audacter asserit, quòd suffragium dolo subtractum pro suffragio adhuc haberi, & Domini, non Legati infidelis votum prævalere meretur. Ne hìc ultra necessitatem longior sim, recolat, quæso, lector historiam ipsam ex Albert. Argent. *Chron. pag. m. 118. & seq.* Naucler. *Chronog. vol. 3. gen. 44. ad an. 1314.* Magn. Chron. Belg. *post ann. 1314.* Mut. *Chron. Germ. libr. 24. princ.* Cuspin. *de divis. Imperii ob duos competit. fact. ante hist. Friderici Pulchri.* undè falsa, saltèm omninò dubia reperiet, quæ indubitatè accidisse, Hipolith⁹ hìc scribit. Iniquus idem est in Albertum II. Imp. quando

ejus non secus mentionem facit, ac si nullâ re insignis in obscuro latuerit. Etsi enim parvo tempore rerum gubernaculis assederit, adeò tamen eum se laudabilem præstitisse, historia loquitur, ut boni Regis, atque Imperatoris notissimâ laude defraudari non debeat, quam ad compendium confert Wernerus, *fasc. temp. ætat. 6. ad a. 1424.* quando, *Vir*, inquit, *utiq; totaliter virtuosus, & adeò pius, ut tota plebs diceret, quod mundus ejus præsidentiâ non esset dignus.*

8. Fridericum III. miræ prudentiæ ac virtutis Imperatorem quando Hippolithus nudo Antonii Bonfinii, & Pauli Langii Antoninum Florentinum laudantis testimonio criminari inten-

tendit, satis ipse ostendit, quàm imbecille & iniquum causæ suæ patrocinium præbeat. Quis enìm Bonfinio homini, quo Matthiæ Corvino Hungariç regi, qui Friderico III. Imp. inimicissim⁹ erat, nemo amicior fuit, quis Antonino Italo, (quod gen⁹ hominum de Imperatoribus plerumq́ue malè sentit, & loquitur) & præsertim Archiepiscopo Florētino, qui contra concilium Basiliense, cui Imp. Fridericus III. adhærebat, â concilio ipsius Florentiæ habito stetit, de Friderico III. Imperat. sinistrè testanti credat? Ita Hippolithus absq; legitimo historicorū delectu Imperatores traducit. Unde etiàm, quam fidem Langius contra probatiores historicos ad solius

Antonini Florentini testimonium apertè provocans mereat, cuique dijudicandum relinquo. Idem quoq; Monachus, etsi Basiliensem Synodum laudâsse videri velit, reverà tamen tantùm ejus initium probat, & ad id *apostolicam autoritatem intervenisse* supponit, nec obscurè Pontificis Eugenii IV. partes sequitur, *Chron. Citiz. ad ann. 1432. (pag. m. 857. & 858.) & 1439.* facilè igitur adduci potuit, ut Florentino Imperatorem vituperanti assentiretur, tantò turpiùs, quantò magis à præceptoris sui Trithemii, (quem & in historiâ cõscribendâ sectatur, *ad an. 1431.*) qui eundem Imperatorem haud levi elegio ornat, *Chron. Sponh. ad ann. 1440.* vestigiis recedit.

Cran-

Crantzium verò quid permoverit, ut non satis æqua de Imperatore Friderico referret, dubitare forsan posses. Sed si rerum acta contempleris, hîc etiàm non difficulter causam deprehendes. Synodo nimirùm Basiliensi, inter cætera, immensæ illæ â Pontificibus ratione ecclesiasticorum beneficiorum, ac dignitatum, in Germaniâ usurpatæ exactiones, & annatæ, quas vocant, abrogabantur. Ejus rei singulare patrocinium Germani, inprimis Ecclesiastici, ab Imp. Friderico III. magnoperè expetebãt, quorum petitis non defuisset, nisi prævidisset sagacissimus Imperator, Pontifices cum maximo Imperii detrimento cœlum, terramq; moturos, ne tantis Ger-

maniç proventibus orbarentur. Ut tamen hîc nihilominus Imperii curam haberet, Æneæ Sylvii, inculpati judicii, antequàm Pontificatum indueret, viri cõsilio, transactionem cum Pontifice ineundam censuit, quâ etsi exactiones istas Imperator haud sustulit, attamen iis moderandis non contemnendum remedium attulit, quæ transactio Concordata nationis Germanicæ vulgò nuncupatur. De quibus quæ novissimè annotet, vid. Limnæum, *in* §. Und als über und wider. *16. Capitul. Carol. V. Imp.* & Concordata ipsa, eorundemque declarationem apud eund. *ad d. Capitul. mantiss. 6. & seqq.* Adeò autèm ea transactio in Germaniâ Clericos non paucos

mo-

momordit, ut eorum nonnulli propterea in ipsum Imperatorem, qui ita Germaniam dubio periculo eximere cupiebat, vehementer invecti sint, & eâdem causâ Krantzius, quondã Hamburgensis templi summi Decanus, etiàm quæ malevoli Itali de Imperatore cõfinxerint, eidem objecerit. Nam habuisse eum istam, quam dixi, indignãdi causam, ipse non dissimulat, *Saxon. libr. 11. cap. 30. in fin.* verbis, quæ nec Hippolithus hic reticet. Autori verò paralipomenorum *ad Abb. Ursperg.* ignoscendum est, dùm de Friderico III. Imp aut Crantzium sequitur, aut narrata refert ejus, de cujus fide ob suũ duob⁹ mensib⁹ festinatũ aliquot annorũ scriptum judicare satis

haud potuit. Cæterùm meliùs ac prudentiùs iſtum Imperatorē cum Pontifice tranſegiſſe, quàm ſi controverſo jure, atque adeò nullis carceribus circumſcriptis Pontificū exactionibus res Germanicas implicitas reliquiſſet, quicquid aliis placuerit, vel indè ſentio, quòd cùm etiàm Concordata illa rejiciendi juſtæ ſubeſſent rationes, (quod ab aliis non malè probatum ego nunc ad incudem revocare ſuperſedeo) non tantùm Friderici III. Imp. in Imperio ſucceſſores iis inſtiterint, ſed & Electores ſemper Imperatoriis Capitulationibus (Maximiliani II. Capitulatio, præ cæteris compendioſa, hæc, ut non pauca alia, prætèrit) cavendum judicaverint, ne

Con

Concordata ista tàm improbandò, quàm contraveniendo violarentur, §. Und als über und wider. Undè, ut ut cum Molinæo, & aliis Hippolithus Friderici III. Imp. memoriam propter Concordata odio habeat, mihi sanè ista laudabili ejusdem consilio ascribenda esse, persuasum est, quamvis non communi transigendi de Imperii rebus regulâ, sed extraordinariâ quâdam necessitatis conventione inducta, haud diffitear. Usq; adeò tandèm Hippolithi in Fridericum III. Imp. invehendi excrescit libido, ut ei exoptatissima quoq; pacis opera vitio vertat. Jam superiùs quidèm indicavimus, si quid potentiæ vel matrimonio, vel aliâ ratione Imperatoribus

acrceverit, id etiàm certo respectu emolumento Imperii cessisse, ut Austriaci non suarum tantùm, sed & Imperii rerum prodigi meritò haberentur, si datá occasione usi haud essent: quid verò sinistri suspicandum, ubi Imperator Fridericus, etiàm præter spem, amico pacis, ac cōnubii tractatu, cum hoste Imperii haud contemnendo, aut gravi periculo, aut majoribus impensis ipsum Imperium liberavit? Principibus n. Imperii expeditionē contra Carolum Audacem paratam non sine sumptu constitisse, facilè credo, sed quomodò cum Imperatore (quem & ad bellum gerendum contra Carolū ipse ab Hipp. citatus autor parilipomenorum *ad Abb. Ursp.*

Ursp. Crantizum secutus, ægrè permotum scribit) de sumptib⁹ expostulaveris, quib⁹ hostis impetus retundēdus erat? aut quomodò sumptus dicendi fuerint frustrà facti, quib⁹ cum potenti, atq; Reip. nostræ inimico Principe nō solùm pax, verùm amicitia quoq; reparata est? Incōsideratè igitur d. paralipomenorum autor Hipplitho hîc placet, & eò infeliciùs, quòd Crantzius, quē idem autor (nî fallor, ex Wandal. *lib. 13. c. 11. ad a. 1474.*) laudat prudentior fuit, quàm ut de sumptibus frustrà impensis quereretur. Quibus omnib⁹ cùm pateat, quàm immeritò & ab Hipolitho, & ab historicis aut malevolis, aut aliàs suspectis Fridericus III. Imp. incusetur, ac quòd idem

idem Imperator etiàm iis, quorum ſequiorem iſti fecêre interpretationem, Imperii bonum promoverit, cauſæ nihil habeo, quin de hoc imperatore Naucleri Ænéæ Sylvii hiſtoriam probantis ſubſcribam judicio, quo Imperatorem illum nullâ non virtute imbutum comperimus, *Chronogr. volum. 3. gen. 50. ad an. 1493.* quò etiàm pertinent, quibus ipſe Nauclerus, quando de eodem Friderico Imp. loqui incipit, *d. vol. gen. 49. ad ann. 1440.* laudes ejus exprimit, *Fuit*, inquiens, *princeps catholicus & pius, ætate floridâ, quam ſapientia, gravitas & vitæ integritas, comitabatur, corpore ſtrenuus, vegetus ac robuſtus, ſobrietatis cultor præcipuus.* Quæ poſteà idem hiſtoricus,

præ-

præeunte Sylvio, uti dixi, pluri-bus recolit, hæc autèm, ne prolixior ſim, ex ipſo hauriet, qui percipere cupierit.

9. Maximilianus I. Imp. optimi parentis optimus filius, quomodò pro Imperii commodo ſingulariter laboraverit, *ſupr. ad part. 2. cap. 5. ſect. 1. numer. 1. & paſsìm*, annotavimus. Bellis a. in Italiâ geſtis eum Imperatorem privatam potiùs, quàm Imperii utilitatem ſpectâſſe, ex Guicciardino quidèm, & Mutio Hippol. probare conatur, ſed aut noluit advertere, aut non advertit, illos rem admodùm dubiam, atque inter Imperatorem & Ordines controverſam referre. Guicciardinus, hiſtoricus ſatis aliàs inſignis, ac egregius, ſi firmiter

ita

ita Imperatorē peccâsse credidis-set, Italorum nunquàm non de Imperatoribus sinistrè sentientium ingenio usum minimè mirarer, quemadmodùm *libr. 7. hist. ad. ann. 1508.* huic Maximiliano Imp. prodigentiæ crimen contra omnem rerum ab eodē gestarum fidem affingere reperitur, verùm ubi posthabitæ Imperii utilitatis mentionem injicit, tantùm ad famā apertè provocat, ipsa quoq; Guicciardini verba ostendunt, ipsum nō potuisse sese Imperii rebus satis extricare, quādo expeditionē à Maximiliano haud Imperii nomine susceptam dicit, victoriæ nihilominùs præmia etsi Imperator pro suis vendicare voluerit, ut sub Imperii nomine retineret, adver-

adversatũ non fuisse tradit. Quid indè conjicere licet, quàm Imperatorẽ, quæ sibi attribuerit, eadem Imperio attribuere cupivisse? quæcunq; enìm Imperii sint, ea & Imperatoris rectè dici, alibi â me notata commonstrare possunt. Mutius verò ubi Maximilianum I. Imp. privati solius commodi captati insimulatum narrat, adeò eum non onerat, ut ad peculiarem Jmperatoris apologiam se referat. Utut Guicciardin⁹, aut etiã Muti⁹, quid hîc de Imperatore statuere voluerint, animos legentium suspensos teneant, *in Chro. Trith. Sponh. ad a. 1509.* nõ obscurè Imperator excusatur, quãdo post auxilia Wormatiæ denegata Principũ sentẽtias refutâsse scribitur: *Post hæc eo-*

dem

dem anno XXVI. die mensis Junii Cæsar Maximilianus iterum Principes, ut auxilia ferant quantocyus contra Venetos, per literas imperiales seriosius mandavit, causasq; per eos VVormatiæ allegatas in contrarium refellit. (Linturius, eódem collimans, *append. ad fascic. temp. VVerner. ad ann. 1509. Cæsar*, inquit, *scriptis invehitur contra status Imperii tunc & postea.*) Nec minùs pro publicâ Imperii utilitate requisitorum in Comitiis Constantiensibus subsidiorum testimonium perhibetur *in eod. Chron. ad ann. 1507.* ubi Veneti, (qui Regi Galliæ fœderati erant, & Cæsari transitum per suas ditiones abnuerant, contra quos etiam in istis comitiis auxilia petita *d. Chron.* referuntur) inter cætera,

tera, *plurima contra Romanum Imperium perperàm gessisse* dicuntur. Et apertè Chytræus Ludovicum XII. Galliæ Regem (cui debellando itidèm, & præcipuè, in Constantiensibus comitiis subsidia â Cæsare postulata sunt) pertinentes ad Imperium Italiæ civitates captâsse, & ad Imperatoriam dignitatem adspirâsse testatur, *nov. Saxon. part. 1. libr. 6. ad a. 1507.* Quin ipse Guicciardinus, *hist. libr. 7: ad ann. 1507.* haud reticet, Cæsarem Maximilianum I. Ordines Constantiæ congregatos oratione suâ ita flexisse, ut pudorem quoque eis incusserit, quod toties antehàc in comitiis auxilia denegando, ejus desideriis haud satisfecissent. Si Hipp. nondùm credit, non

non ſolius privati commodi, ſed publici emolumenti causâ bella â Maximiliano in Italiâ geſta fuiſſe, ſaltèm re non ſat decisâ Imperatorem, ipſi Guicciardino totius anterioris ſeculi gloriâ præ omnibus Imperatoribus celebratum *d. l. 7. ad a. 1507.* ſugillare ne pergat. Nec diſcernit Hippol. Imperii conventus, cùm eadem quæ â Guicciardino dicuntur ſubſidia Imperatori parcè ſubminiſtrata, omninò denegata ex Mutio cognoſci putat: hic n. de Wormatienſium, ille de Cōſtantienſium comitiorum deliberationib⁹ loquitur. Cæterùm vix dubito, quin multa quoq; eorum, quæ poſt interregnum in Italiâ Imperio qualicunq; jure ſervata diximus, *ſup. in part. 2. c. 2. ſect. 1. n. 6. ſive ult. ferè in fin.* pro-

ptereà Imperatorum tandē privato quasi patrimonio accesserint, aut liberiori dispositioni subjacuerint, quòd iisdem necessaria subsidia ab Ordinibus toties denegata sint. Quod Maximiliano I. Imp. inprimìs accidit, cui etiàm pro Germaniæ, & universi Imperii salute tributa postulanti nonnulli se initis fœderibus opposuisse leguntur, *Lintur. append. ad fascic. temp. VVerner. ad ann. 1495. 96. & 99.*

10. Undè mirum videri non debet, Carolum etiàm V. Imperatorem circa Mediolanensem Prinnipatum, Florētinorum, & Senensiū res, liberiori jure usum esse, cùm quæ vel pro eorū recuperatione, vel, quòd indè inimici juvarentur, castigatione bella va-

la variis casibus gesta sunt, ea absq; maturis Ordinum adminiculis, immensis uti cæterorum Austiracorum, ita & Caroli V. Imp. periculis, ac impensis constiterint, sine quibus illa Italiæ, quæ prætereà, jam ante continuas Austiacorum habenas, longo tempore Imperio (jure ejus nimium illìc attenuato) nihil, aut parùm profecerant, certissimis Imperii inimicis aut relicta fuissent, aut facili operâ cessissent: contrà nunc Mediolanum inprimìs in eorum potestatem pervenisse scimus, qui tot annis, tantâ necessitudine Imperatoribus nostris adhærent, & cum Imperio amicitiam colunt. Historia eorum omnium ipsa varias hìc Austriacorum vices, labores,

bores, ac ſumptus indicabit, quã diverſi ſcriptores referunt, ab Hipp. autèm ex Thuano de Senenſibus laudata reperies duo priora in libr. 31 poſterius in libr. 36. An verò talia, tali modo, talique fini geſta Imperatoriis Capitulationibus improbentur, uti Hipp. exiſtimat, clariùs explicare debet, ut aſſenſum mereatur. Agnoſcat interim, quàm etiàm Ferdinandus II. Imp. (in quem omnium maximè debacchari geſtit) ſe hîc æquum præbuerit, quando in conventu Ratisbonẽſi *an. 1630.* Italico ſuis licèt viribus geſto bello Ducatus Mantuæ directum dominium ipſi Imperio aſſertum profeſſus eſt. Quâ autèm ratione ex ipſius Mediolanenſis Principatus, eâdem ex

Placentiæ atque Parmæ, iſtius Principatus urbiũ, negotiis Auſtriaci Imperatores de diminuto Imperio accuſari nequeunt. Ex hiſtoriâ quoq; elucet, cùm earũ urbium poſſeſſionẽ, quam absq; maximâ difficultate, ſummoq; ipſi⁹ etiam Imperii periculo Põtificibus extorqueri haud poſſe, percipiebant, transactionib⁹ nõ infructuoſis, iis relinqueret, ſua nihilominùs jura, ſeu directum, quod dicunt, dominiũ Imperio ſervâſſe. Tentavit quidẽ Julius II Pontifex, qoſtquàm *a. 1512.* Gallis Mediolano fugatis, Parma ac Placentia ſe ei ultrò dedidiſſent, eosdem tanquàm ad Exarcharũ Ravennatẽ pertinentes Eccleſiæ vendicare, ſed Maximilianus I. Imp. huic auſo cõſtanter contradixit,

dixit, & istarũ civitatũ possessionẽ non nisi salvis Imperii juribꝰ, Pontifici cessit, *Guicc. hist. lib. 10. in fin. & l. 11. ad a. 1612.* Etsi verò Carolus V. Imp. Pontifici Clementi VII. seu Ecclesiæ *an. 1526.* eas urbes restituisse simpliciter scribatur, id tamẽ tantùm etiam de possessione intelligendũ esse, insecutorum annorum inter eundem Imperatorem & Paulum III. Pont. *a. 1547. & 1549.* acta demõstrant, *apud Thua. hist. l. 4. pr. & ferè in fin.* cùm eâ quoq; de causâ funestum bellum Parmense *an. 1551.* contra Farnesios, qui Parmam adhuc tanquàm â Pontifice descendẽtes tenebant, eorumq; socios ab eodem Carolo V. Imp. geri cœperit, *Thua. l. 6. ad d. a. 1551* Undè constat, nõ modò privatã,

(quam ſi Imperii auxiliis haud adjutus, ſolam propoſitam habuiſſet, quid miraturus eſſes?) verùm etiàm Imperii cauſam â Carolo V. Imp. in aſſerendis Parmâ & Placentiâ civitatibus ſpectatam fuiſſe, Ducatum Wirtemburgicum ad eundem Carolum V. Imp. non lucrativo, ſed oneroſo titulo, & Suevici fœderis ſociorum conſenſu, nec aliter ac Imperii Ducatum perveniſſe, ejus temporis acta docent, nec poſtquàm is Ducatus Ferdinando I. tunc Romanorum Regi, ab eodem Imp. attributus erat, feudum Imperii eſſe deſiit, & ſubſecutâ de iſto Principatu transactione, quâ Dux Ulricus Wirtenburgenſis reſtitutus fuit, Auſtriaci non niſi *Imperii beneficio* *& an-*

& authoritate, cui & hoc nomine teneantur, extinctâ fortè familiâ Wirtemburgicâ, nec extantibus masculis, eam regionem obtinendi spem habent, *Sleidan. hist. libr. 9. ad ann. 1534.* Ac quòd eò usque Wirtemburgenses ab Austriacis subinfeudentur, & tandèm ipsi Austriaci eum Ducatũ fortè possessuri sint, id salvis Imperii juribus fieri debere, ipsâ Cadamensi conventione clarius exprimitur: Doch dem Heil. Reich sein Oberkeit und Gerechtigkeit/ auch dem von Würtemberg sein Standt und Stim̃ im Reich/ wie er solchs zuvor hat gehabt/ an gemeldtem Hertzogthumb in allweg vorbehalten. In der Gestalt/ daß sich die Kö. Maj. für sich und ihre

 Mann-

Mannliche Nachkommē/ Ertz-Hertzogen zu Oesterreich/ gegen Auffrichtung dieses Vertrags/ verschrieben hat / So offt von ihrer Kö. Majt. oder derselben Lehens Erben das Fürstenthumb Würtemberg / zu Affter Lehen verlichen wird / oder sich der Fall obgemeldter Massen begibt/ das berührt Fürstenthumb Würtemberg an das Hauß Oesterreich / oder derselben Lehens Erbē/ dem Reich zu Lehen empfangen würde / und selbst besessen / das durch dieselbig Belehnung dem Reich nichts benommen werden/ sondern dem Reich von angezeigtē Fürstenthumb alle Dienstbarkeit / Gehorsam / Stewr / und anders / wie von alter herkommen ist/ zu stehen und erfolgen

ſoll. *apud Hortled. act. publ. de bell. Germ. tom. 1. lib. 3. cap. 13. num. 4.* Hippolithum id ſentio maximè urgere, quòd non extantib⁹ maſculis Wirtemburgicis, iſte Principatus non ampliùs cuiquam in feudum concedendus, ſed publico Imperii patrimonio aſſignandus fuerit. Sanè hoc tanti non eſt, ut eo non obſervato, Imperium propterea diminutum dici mereat. Nõ ſolùm n. omninò incertũ eſt, an Wirtẽburgici ante Auſtriacos deſituri ſint, ſed etiamſi Auſtriacis Wirtẽburgenſis Pricipatus fortè obveniret, eo Imperii feudo aliquãdo potiundi ſpem Imperio (potiùs, Imperii patrimonio) deceſſiſſe, (cùm ſpes quæ ex Wirtemburgicorum, eadem ex Auſtriacorum

fato patrimonio iſti reliqua ſit) præcipitanter nimis Hipp. cenſuerit. Suppoſito quoq́;, quod ſupponi certò nequit, tardiùs eum Ducatum, ad Imperii patrimonium deferri, non tamen quodcunq́; indè præjudicium Imperio creatum fuerit, id Carolo V. Imp. & Auſtriacis, (qui, ut alia taceam, vel propter ſumptus bello civili factos, & ſolutũ grave æs alienum, idem Imperii feudum ſibi vendicabant) verùm ipſis civilibus tumultibus imputandum eſſet, qui cùm nõ niſi transactione aliquâ componi poterant, neq́; potuerunt, niſi aliquo dato, & aliquo remiſſo, quod in transactionibus ordinarum eſt, componi. Certis conditionibus Conſtantiam Auſtriacis

acis cessisse non nego, sed luculentam probationem ab Hipp. desidero, quòd ea exemptio in præjudicium Imperii facta sit. Nam posteà etiàm, *ut ann. 1551. & 1557. &c.* isti civitati solitas Imperii contributiones assignatas fuisse, propalàm est: atq; si quid hîc secùs accidisset, id non Austriacis malè erga Imperium affecti animi interpretatione objiciendũ, cùm ortorum ex religionis præcipuè dissidio motuũ emendationi Cæsar studeret, sed ad temporis injuriam referendum esset. Cameracum, & Trajectum ad Mosam, vulgò Mastricht, per varios rerum casus, cùm â Germanis nullo subministrato auxilio, quasi pro derelicto haberentur, solâ Cæsarum

 forti-

fortitudine, atq; expeditione à potentissimis hostibus recuperarentur, & contra hos defenderentur, quòd iidem Cæsares suo tanquam privato patrimonio comprehenderint, Hippolithi castigatione non indigere, jam superiùs circa similia consideravimus, *num prox. præced. 9. in fin. & h. num in pr.* Et quando hîc in Austriacos Hipp. invehitur, nimiùm Galliæ Regem Ludovicū XI extollit, ac si ultrò, & merâ bonitate Cameracum restitueerit. Cominæus quidèm etiàm ideò civitatem illam, quòd Imperii fuerit, spōtè Gallico præsidio liberatā scribit, *livr. 5. chap. 13. in fin. m. p. 370.* attamen non dissimulat, *livr. 6. chap. 3. in fin.*

m. p.

m. p. 439. Gallos â Cameracensibus receptos fuisse, quousq; ipsi patrocinium illorum cuperent, ut non tàm ultrò, quàm ne fidem datam non exolveret, Rex Ludovicus eam urbem dimiserit. Quin, cùm Cominæus ipse fateatur, *d. libr. 5. cap. 13. in fin.* se tùm temporis absentem, gesta ea ex aliorum relatione accepisse, Nauclerus magis sequendus est, qui ex Roberto Ludov. XI. Regis aulico testatur, Cameracum ab eodem Rege multis contrà acceptis restitutum, imò Gallos ab ipsis Cameracensibus expulsos esse, *Chronogr. volum. 3. gen. 5. ad ann. 1477.*

11. De Imperatoribus post Carolum V. Imp. ad gubernationẽ evectis cùm satis ducat Hipp. nudis verbis pronunciâsse, eos fuisse nec bello, nec pace insignes, quomodò non viderer optimorum Cæsarum famæ diffidere, si tot rerum argumẽta, quibus isti Imperatores facilè sterilibus istis cavillis eximuntur, abundè nota sigillatim prosequerer? Sufficit igitur ad ea hìc provocâsse, quibus illa, quæ contra eosdem Imperatores, & peculiariter quoq; contra Imp Ferdinandũ II. movit, in hoc commentario passìm excepimus. Undè etiàm cùm in propatulo sit, quàm optimè Austriaci de Imperio nostro meriti sint, tantò magis explodendum est confictum illud de

de non admittendis ad Imperium Auſtriacis pactum, quale quid ſi in civili diſſidio ab iis, qui Ludovico Bavaro adhærebant, agitatum fuiſſet; non magis attendendum foret, quàm ſi qui Friderici Auſtriaci partes fovebant, non niſi Auſtriacos eligendos eſſe, ſanxiſſent. Similis erat Polonorum luſus, cùm; quòd Maximilianus Auſtriacus contra Sigiſmundum III. Rex Poloniæ electus jure ſuo cedere nollet, Auſtriacos ad Poloniæ Regnum ne quidèm commendandos ſtatuerent. Et tamen, ex merâ quidem æmulatione, non tàm totius Domus Auſtriacæ, quàm ſolius Maximiliani removendi ergò eam conſtitutionem emiſſam, ipſi Poloni confeſſi
 ſunt,

ſunt, quando eâ tantùm, ſi Maximiliano aſſiſterent, Auſtriacos comprehendi retulerunt, *Chytr. Sax. l. 29. ad a. 1591.* Quid nî hæc floccipendas? quæ tantum abeſt, ut in actum eruperint, ut etiàm proximo mox anno ipſe Sigismundus Rex Auſtriaci Archiducis Caroli filiam ſibi matrimonio junxerit, & poſteà cum alterâ ejus filiâ defunctæ ſorore, ſecundas nuptias celebraverit, Sigismundi quoq; filius Rex Uladislaus ſimili modo erga Auſtriacam familiam affectus fuerit. Nihil igitur hactenùs Hipp. quàm antiquum obtinuit, nimirùm non ſolùm Auſtriacis glorioſa in perverſam partem rapiendo, verùm etiàm res improbi præjudicii plenas ad eorun-

eorundem invidiam iniquè, & ſatis ridiculè congerendo.

IN SECT. II.

I.

QUò quis plura paradoxa in ivilem doctrinam hodiè introducere amat, eò magis â multis noſtrorum politicorum amatur, ac ſuſpici ſolet. Id iis quoq́; evenit, qui nimiam virtutem in Rep. deprimendam, advocatis in ſuam ſententiam antiquæ politicæ doctrinæ nævis, optimè ſtatuiſſe viſi ſunt, cùm tamen oppidò abſurdum, & ſanè impoſſibile ſit, in virtute aliquâ nimii quid reperiri. Prudentiſſimus quisq́; ejus opinionis labem deteſtatur, quòd ubi cum virtute remiſsè agitur vitiis prona panditur via, nec iſti nugigeruli

ruli politici advertunt, non ipsi excellenti virtuti, sed eam in vitioso animo præ se ferenti inesse, quod noceat. Si compositæ mentis virtutem observes, nunquàm majores fructus, quàm ex eminenti capies.

2. Vix id Hippolithus inficias ire audet, ne virtuti bellum indicere videatur, ideoq́, ut notissimas Austriacæ Domus virtutes declinet, simulatas eas dicere haud veretur, sub quib⁹ horrenda latitent. En procacem calamum! Non possem temeritatis notam effugere, si augustam istius familiæ in omnium aures involantem famam, & in tot Procerum oculos incurrentem Austriacorum virtutem, contra eum, qui inani voce eam proscin-

ſcindere fruſtrà laborat, defendendam ſuſciperem. Cùm autèm de Auſtriacis ſumma, & optima quæq; conſtent, iniquitatem, quam vocat, conſilii de extirpandâ familiâ obtegere Hipp. incaſsùm nititur.

IN SECT. III.

I.

RIngitur Hippolithus, & in omnes partes ſe vertit, ut in extirpatione, quā cupit, Domus Auſtriacæ difficultatem haud verſari doceat. Initio quidèm iterùm ſterilibus incuſationibus Auſtriacos onerare geſtit, quando, quod non probavit, Tyrannos eos, & quidèm ſimulatos nominat, & Imperatores Monarchas haud eſſe, falsò ſupponit, &, quod ridiculum eſt, ideò

eos-

eosdem extirpari posse autumat, quòd de fastigio cadere possint, obscurum nempè per æquè obscurum ostendere conatur, & non secùs, ac si ij, qui modò armati contra Austriacum Imperatorem steterint, oppidò rem peracturi sint.

2. Ne tamen omninò nihil conficiendæ rei difficultati opposuisse videatur, Austriacam familiam bello exscindi posse dicit, quod ab Ordinibus 1. omnium conspiratione. 2. exterorum auxilio gerendum sit. An Ordines contra Imperatorem conspirare jure possint, hîc non quæritur, quod passim aliàs attigimus: nunc tantùm examinamus, an unanimi conspiratione Ordines Imperatorem, sive Austri-

Austriacos expugnare facto sine difficultate possint? Nùm id Ordines omnes simul possint, tâm est in eventu positum, quàm nùm â potentibus iniquè militantibus, potentes se suaq́; justè tuentes, & rei indignitate moti non levia auxilia (quæ Hipp. sub utroq́ue sole possessa æquè facîlè videtur consilio suppera-re, ac in dissertatione suâ sermone unius lineæ conplectitur) advocaturi fastigio dejici possint? Et considerandum habuit Hipp. nunc rebellaturis non cum ignavo Imp. Wenceslao, aut Adolpho Imperatore paupertino, rem futuram, sed cum posteris Imp. Alberti I. Austriaci, qui nihil minùs, quàm solio deturbari poterat, quemadmodũ *sup. in p. 1. cap.*

cap. 5. sect. 3. num. 7. vidimus. Atque hodiè se Austriaci Imperatores tantò expeditiùs defendent, quantò & amplioribus fortunis, & certioribus Capitulationum juribus muniti reperiuntur. Cæterùm hujusmodi quid indagare, etiàm præposterum est, cum nondùm constet an Ordines omnes simul militare contra Imperatorem & Austriacos velint? Quoniàm enim salute Imperatorum, inprimìs qui singulari Dei beneficio tanto tempore ex Austriacâ familia Imperio obtigêre, Ordinum salus comprehenditur, uti aliàs docuimus, perpetuò observatū scim⁹, quoties Imperatores bello petiti sint, maximam Ordinum partem aut re ipsâ, aut animo cum Im-

Imperatoribus fecisse, ut non minor hic subsit difficultas, an Ordines velint, quàm an possint? Nam quæ Hipp. Austriacis imputat, ut iis Ordines permoti velle possint, non probata, ideoq́, nec ullius efficaciæ esse, hoc nostro commentario ostendimus.

3. Egregium verò consilium de vocandis in auxilium exteris! Ut universi simul Ordines quicquam contra Imperatorē haud molientur, sic nec contra eosdē arma cum exteris jungent, multò minùs contra ejusmodi Imperatores, qualibus Imperium ad sociandos, & in societate cōtinendos tot potentium Ordinum animos maximè indigere, alibi demonstravimus, ut non dubi-

dubitemus, univerſos Ordines ijs, quæ Hippol. in contrarium diſſeruit, aſſenſum minimè præbituros eſſe. Quam difficultatem alia excipit non levior, conſervandi ſc. Imperii, quod Hipp. propoſitum habere videri cupit. Quis enim omni ævo alius armorum cum exteris junctorum exitus, quam ut exteri ex ipſis viſceribus Reipublicæ, cui appropinquavère, præmia requirant, aut ſumptus, damnaq; ſarcienda flagitent, nonnunquàm omnem ejus Reip. poteſtatē in ſeipſos derivent, & hinc ij libertatē perdant, qui libertatis nimiam curam gerunt? quæ mala cùm Imperatores Auſtriaci ab Imperio avertere ſemper ſtuduerint, avertere etiàm vix alii

alii potuissent, quid futurũ arbitramur, si illos ipsos ê medio tollere Ordines exterorum ope valuerint? Omnis politicorum doctrina præceptis, historiarum monumenta exemplis scatent, quib⁹ extranea auxilia nõ temerè amplectẽda docemur, ut hæc res, ne etiã actũ agamus, prolixâ tractatione haud egeat. Vel avorum nostrorum de Meti, Tullo, & Viroduno, (*vid. sup. in part. 1. c. 9. s. 1. n. 12.*) &, ne alia referam, nostra de Alsatiâ recens memoria, quid exterorum subsidia ferant, monere potest. Et profectò exteri omnes ipsi ridebunt, eò adigi ingenia, quæ quidèm exteros re pro semet, verbis pro aliis pugnare, fateri necesse habent, imò, propriæ ut sint ex-

ercitus

excitus vires, maximè præcavendum ipsa statuunt, *vid. Hipp. h. part. infr. cap. ult. sect. 1.* ut in Imperio eos etiàm extraneorum auxiliis delendos suadeant, qui horum conatibus se opponere maximè valeant.

IN CAP. III.

De tertio restaurandi & firmandi Status MEDIO, quod est, novi Imperatoris electio, & Capitulationis eidem præscribendæ modus.

SECT. I.

I.

NOn immutâsse Austriacos Imperii nostri Statum ab antecessoribus acceptum, sed certioribus, melioribusq; juribus stabi-

stabilivisse, passìm docuimus: & idem Imperium Monarchicâ Imperatoris potestate inprimis sustineri, itidèm passìm, & in specie *supr. in part. 2. cap. 1. num. 3. & cap. 2. sect. 1. num. 6. seu ult.* atq́; Imperatorem non virtute ac Prudentiâ solùm, sed & facultatibus aliis tantæ dignitati parem fieri, *d. num. 6.* demonstravimus. Ex Hippolithi autem principiis id oritur, quòd militari prudentiâ Imperatorē præcipuè instructū vult, ut nimirùm Ordines eum tanquàm ministrum, ad quosvis motus militatum mittant, sed quamvis ipsum bellicæ scientiæ rudem esse non oporteat, pessimè profectò cum Imperio nostro ageretur, si temporibus turbulentis,

quibus Imperatoris autoritate ad Rempublicam moderandam maximè opus est, solo exercitu ducendo occuparetur, etsi Imperatorem, non tamen veluti ministrum, exercitui ipsum adesse, quandoq; nec inopportunum, nec insuetum sit.

2. Cæterùm legem, quâ caveatur, ne ex eâdem familiâ tres Imperatores ordine creentur, Imperio nihil conducere, *supr. in part. 2. cap. 2. sect. 1. num. 4.* monui, & *d. num. 6. seu ult. in part. 2. cap. 2. sect. 1.* añotavi, parùm proficere Imperatorem, qui tantùm Ordinum facultatibus juvetur.

IN SECT. II.

1. POstquàm Hipp. ex Schneidewino (quamvis hunc absq; dubio cũ cæteris JCtis odio habeat)

at) vetuſtiores Imperii reditus æſtimavit, conſilium in promtu habet, quomodò attenuatū Imperii patrimonium redintegrari queat, Auſtricorum ſc. bonis, & detētis ab Electorib⁹ Imperii vectigalibus, in fiſcum redactis.

2. Ut hoc conſiliū exædificandæ molis Babylonicæ vanitatis carceres retineat, utrinq; providebitur. Operarii Babylonici plectebantur, ne loquētes alios perciperent, Hipp. etiàm proprii ſermonis intellectu deſtitut⁹ eſt, qui Ordines unanimes ad oppugnādos Auſtriacos requirebat, nunc præcipuam vim Ordinum, Electorum potentiam, repetendis Imperii vectigalibus, ſimul irritandā ſuadet. Quemadmodū difficilia hæc omnia, ſic iniqua de-

monstrant, quibus aliquoties Hipp. criminationes in Austriacos falsas probavimus, & *supr. in part. 2. cap. 2. sect. 1. num. ult. in fin.* illa Electorum jura consideravimus.

IN SECT. III.

I.

AN Poloni beatam faciant Rempublicam suam, si defuncti Regis acta rescindant, alii disquirent; habebunt autèm Veneti, quibus suum in corrigendâ mortui Ducis adminstratione morem tueantur, præsertìm cum in Duce Veneto Reipublicæ majestatem vel summam potestatem haud residere, facilè concessero: verùm hinc ad nostrum Imperium argumentum ducere, minimè convenit. Non tan-

tantùm enim contra illustrium & magnâ potentiâ munitorum Ordinum libertatem, Imperator vix quicquam conficiet, sed ij quoque, quorum negotia ab Imperatore determinata fuerint, si ea mortuo Imperatore ad incudem revocare liberum habeant, non video, absente eo, qui summâ suâ autoritate, atq; potentiâ intercedere poterat, quomodò ea licentia inter æqualiter ferè potentes civilibus dissidiis atq; bellis ansam, cum magno Imperii detrimento, haud præbitura sit. Cætera Imperii negotia ad Rempublicam directò atinentia, quæ in Comitiis agitantur, absurdiùs fuerit, rescissioni obnoxia fieri: ne dicam, interregnum indè diuti-

ùs protractum iri, quod in omni Monarchiâ summoperè præcavendum, alibi docuimus.

2. Sanè si pro ratione Reipublicæ Imperii leges explicationẽ, emendationem, aut abolitionẽ desiderent, ut propterea defuncti Imperatoris Capitulatio reformetur, quemadmodùm non iniquè petitur, ita successor, nisi quid nimiùm moderandæ summæ potestati excogitetur, æquo animo admittet; ut proindè etiam pro re natâ Capitulationes confici, optimum ducam.

IN CAP. IV

De quarto restaurandi & firmandi Status MEDIO, quod est, diffidentiæ eradicatio & veræ confidentiæ restitutio.

SECT. I.

I.

DE concordiæ ſtudio hîc diverſâ, ac *ſup. cap. 1.* ratione Hipp. agit, quod *ibid. num. 6.* monui. Concordiam inter Ordines ſimultatibus ſeu Gravaminibus, ut vocantur, ſublatis reduci, naturale eſt, & quando, vigentibus ſimultatibus, nemo diverſæ partis vult, poteſt, aut debet alterius ſuffragiis ſuperari, eas non niſi amicâ conventione tolli poſſe, judicare non eſt arduum. Amicè autèm inter ſe nunquã conveniunt, niſi qui rationi acquieſcunt, quod efficere ſolius Dei eſt.

2. Certè, poſt divinã providentiam, Imperatores etſi gravamina, longo tempore in Imperio agitata vel ordinario modo, vel

potestatis plenitudine tollere, impediti fuerint, ne ea prorsus Imperium pessundarent, suâ eminenti autoritate curavère, undè meritò, contrà quàm Hippol. criminatur, Austriacis Imperatoribus conservati, inter tanta Ordinum dissidia, Imperii gloria tribuenda est. Sed de gravaminibus discutiendis, & quænám Imperatoris partes sint, cùm Ordines invicèm ultrò trãsigunt, *supr. in part. 2. c. 3. sect. 2.* jam dispeximus.

IN SECT. II.

I.

REligionis dissidium maximam malorum causam jam *supr. in part. 2. cap. 3. sect. 4. num. ult.* agnovimus, cui non potuerit nisi Religionis pace consuli. Id qui-

quidem facilius est, tantùm qui sint ejusdem religionis in civilem societatem suscipi, quàm qui absq; conscientiæ cogendæ conditione suscepti sint, propter sive pristinam sive recens exortam religionis diversitatem non tolerari, aut exagitari, quemadmodùm hoc *supr. in part. 1. cap 7. num. ult.* ponderavi. Huic igitur difficultati, cùm aliud non suppetat, Pacis religionis remedio ab Imperatoribus optimâ ratione prospectum esse, Hipp. meritò confitendum habet. Non ita emittuntur leges aut constitutiones, ut vel pravæ interpretationi non subjaceant, vel omnes casus comprehendant, id quoq; in Imperio Paci religionis accidisse, probatione non indiget.

get. Ortis autèm hinc dubiis, atque controversiis, cuinam pacis religiosæ Constitutionē vel applicandi, vel declarandi, vel supplendi jus competat, *supr. in part. 1. cap. 8. num. 6.* vidim⁹, jung. *not. in d. part. 1. cap. 4. sect. 3. num. 3. & part. 2. cap. 7. sect. 3. num. 1.* ut non intelligam, quid sibi Hippolithus ad decidendas post sancitam religionis pacem incidentes controversias cum Austregis velit, cùm notissimū sit, judiciales pacis religionis controversias, cum similib⁹, deditâ operâ, sum̃â cum ratione Austregis eximi: si verò Hippol. aliquod Austregarum genus noverit, quo expediti⁹, quàm Imperatorio judicio ejusmodi causas decidi posse putet, in specie id exprimere, nec gene-

generali, & nimis vago consilio rē in suspenso relinquere debuit.

2. Satis pro autoritate Hippolith⁹ Florentinos imitandos censet, ne etiam in Imperio *de rebus, semel receptis ac probatis, differere* privatis liceat. Eodem præcepto, aut consilio nec publica Imperii negotia, & jura ad privatorum notitiam pervenire sinat. Lycéa, atque Academias in Principum aulis haberi jubeat, quæ tùm demùm privatis, cùm ad consilia & ministeria aulica adhibentur, aperiri suadeat, ut in iis rerū Imperii publicarum alpha imbibere occipiant. Nisi ejusmodi quid tentetur, privatis tàm publico, quàm privato Imperii juri operam daturis, aut jam navantibus, publicorum Imperii,

perii, ac Procerum jurium quovis licito modo tractandorum copia facienda est. Procul dubio compertum habent ij, qui Imperii consultationibus, atq; pacificationibus multâ quamvis experientiâ muniti interfuêre, quicunq; Academicis, & polemicis, quæ dicuntur, scriptis instructi haud sint, his tantâ dexteritate, & tot salubribus cautelis publica ista negotia determinare, integrum haud esse, cùm quæ cujusq; rei principia exactis lucubrationibus longo tempore â multis indagantur, ea uni, aut paucis, quantumvis ingeniosis, in ipsis deliberationibus excogitare difficile sit. Ridere etiam lubet multos, qui cùm negotiis seriò admoventur, ad libros, tan-

tanquàm ad ſacram anchoram, neceſſariò confugere reperiuntur, publica tamen omnia in ſcrinio pectoris habere videri volunt. Diſſerat igitur de publicis quicunq; potuerit, doceat inprimìs ea cuicunq; per privilegia licuerit: inepta multa prodeant, non deerunt, qui hæc detegent, & multò ſatiùs eſſe, quòd talia prodierint publicè refutata, quam ſi ſuppreſſa, privatim nihilominùs impunè inſinuata, imperitis ſiniſtrè judicandi anſam præbuerint, unde malevoli, aut pravo affectu corrupti cauſæ ſuæ velificentur, vivo exemplo demonſtrabunt. Imp Juſtiniani edictum, § *Hoc autèm. 21. de confirm. Digeſt.* de non admittendis juris commentariis haud æ-

què omnibus JCtis probatum eſt, nec ſingulis Imp. Juſtiniani ſucceſſoribus placuit. Quemadmodùm ſententiam ſuam hîc liberè Hipp. eloquitur, ſic mihi quoq; meam promere licet, eundem Imperatorē non feliciter adeò jura cōgeſſiſſe, atq́; tradidiſſe, ut exquiſitis cōmentariis commodè carere potuerimus: abuſui autèm id negotii, ſicuti humana omnia, ſubjacere, nemo ſanus negat, propter quem tamē rem ipſam neceſſariā prohibere, eſt Solem mundo demere. Hodiè, fateor, juris cōmunis cōmentationum abundè eſt, ut nihil ampliùs requiratur, quàm ut â labore invictis, & acris judicii JCtis, iisq́; non multis, ſed oppidò paucis, (ne varia nimis conſilia

ſilia opus deforme reddant) ex omnibus juris libris, & optimis quibuſq; JCtorũ ſcriptis, jus numeris, quãtum fieri poſſit, abſolutum, nec contradictionib⁹ ullis implicatum, & obſoletis, ac ſuperfluis omnibus expurgatum, nõ tàm artificiosâ, quàm perſpicuâ methodo cõſcribatur, quod in Imperio publicâ autoritate promulgetur. Cui operæ maximè inſervire poſſent JCti verè JCti Nicolai Vigelii ſcripta. Simili labore in concinnandis peculiaribus provinciarum, ac civitatum juribus, inſigni cùm ſubditorum fructu, defungi liceret. Interim, ut ad priora redeam, non adeò publicis operibus faveo, ut quæ (per ſe) concordiæ peſtis, diſſidiorumq; fomes ſint

ſint, quali oratione Hipp. utitur, haud averſer. Quomodò hæc cohibenda ſint, aliquoties in Imperio deliberatum conſtat. Pacificatione Oſnabr. *c. 5. num. 17.* eâ de re nuperrimè decreta apponam: *Utriusq; Religionis Magiſtratus ſeverè & rigoroſè prohibeat, ne quiſquam publicè privatimve concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc inprimis ſive declarationem ſive Transactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit, irritum eſto: ſed ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſis Pacem*

cem Religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus inter utriusq; Religionis Proceres non nisi amicabili ratione transigatur.

3. Cæterum quænam religionum sectæ in Republicâ tolerandæ sint, non tàm numero, quàm qualitate religionis æstimandũ est. Ubi enìm religionis diversitas toleranda semel supponitur, eam omnem tolerandam necessariò conjicies, quæ non ex sese, atq; sui naturâ quietem Reipublicæ turbatura sit, (*vid supr. in d. part. 1. cap. 7. num. ult.*) modò etiàm talis sit, ut conditionibus, ne veræ, aut ei, quam veram putaveris, religioni fraus fiat, cõstringi queat: quam rem indicâsse

caſſe præſtat, quám longiùs exequendo vulg⁹ hominũ ſana quævis ſecùs interpetans|commovere.

4. In religioſâ denique, pacis conſtitutione, rationem iniri æqualitatis, qualem quidèm ipſa cujuſque partis religio admittit, præſertìm circa conſcientiarum libertatem, juſtiſſimum eſt, nec minùs æquum, ac tutum, in civilibus negotiis eos qui in eâdem Rep. communiorem religionem non ſectentur, propterà nõ poſthaberi, cùm non tantùm religionis reſpect⁹ iſtuc haud pertingat, verùm Reipublicæ quoque ejuſmodi toleratæ religionis cõtemtu quietæ eſſe non liceat. In noſtro Imperio omnium maximè Oſnabr. pacis cõſtitutio diverſæ religionis partium jura exæquat.

Quo-

Quomodò verò puniendi, atque corrigẽdi sint, qui in Imperio religionis pacem rumpãt, aut affligant, Imperii Constitutionib⁹ sat prudenter dispositum reperitur, ut hîc ulteriori consilio haud op⁹ esse putem. Et novissima quoq; Osnabr. pacificatio eas Constitutiones integritati reddidit.

IN SECT. III.

I.

PONtificiorum nonnullos sive nimio suæ religionis studio, sive solo erga Protestantes odio, statuisse constat, non posse iniri religionis pacem, quâ Protestantes ecclesiasticorum bonorũ possessionem retineant, quia semel Deo dicata alienari, aut in alium, quàm cui destinata sint, usum converti haud debeant.

Quem

Quem illis ſcrupulum Hipp. quibus argumentis eximere hîc nititur, vereor potiùs ne augeat. Nam utut ego, mecumq́; multi alii facilè credant, laborare Ecclesiam Catholicam opum magnitudine, atq́ue fertilitate, nec injuſtos fuiſſe Impp Friderici II. & Sigiſmundi conatus, iſti tamẽ Pontificii, quos expreſſimus, nõ tantùm Imperatorũ munus eſſe, de eccleſiaſticis bonis quantumvis propter abuſum diſponere Hippolitho non largientur, verùm etiàm, ſi, quod nequaquàm concedunt, ad fiſci quoq́; utilitatem ſuperflua eccleſiaſtica bona transferri poſſe concedant, eam bonorum iſtorum alienationem omninò damnandam, nec ſalvâ conſcientiâ admittendam

dam, sentient, aut docebunt, quâ hæreticorum res sustineantur, nedùm meliores reddantur.

2. Et Hipp. iisdem arma suggerit, quando ecclesiastica bona non Clericorum, sed Dei esse, scribit. Quid enim hinc ij, ex suo Protestantiũ impietatis supposito, haud statuant, bona ista Protestantibus non relinquenda, Deo potiùs, cui quasi adempta sint, restituenda esse? Non igitur opus est, cum Hipp. disquerere bona ecclesiastica iis, quorũ abusu subjaceant, auferendi, & in sacrũ similem primæ consecrationi, aut hâc meliorẽ usum vertendi facultas potestati politicæ, nec ne competat, (ego *in dissert. de Verb. Ministr. cap. 3.* de ecclesiastico politicæ potestatis ju-

tis jure meā opinionem protuli) quoniàm id Pontificiis, de quib⁹ nobis sermo est, persuasissimum reddere Hipp. debuit, quæ in Protestantium ecclesiæ, atque scholarum usum versa sint, reverà in sacrum, vel eum meliorem etiàm usum versa esse. Indè hoc minimè eis persuadebit, quòd aut Protestantes ipsi hoc affirmârint, aut ipsorum Pontificiorum de abusu ecclesiasticorum bonorum querelæ, aut multa eorundem nunc ex ambitione, vel pravo alio consilio, in deterius, nunc, corrigendi ergò, in melius mutatorum exempla occurrant. Regerent enim, cum quib⁹ Hipp. hîc res est, aut â suis quoque contra Ecclesiæ suæ doctrinam actum, aut quod intra Ecclesiam emen-

emendatum ſit, rectè emendatū fuiſſe, cùm quicquam non in hæreticorum, ſed ejuſdem Eccleſiæ ſacrum eundem, aut meliorem uſum mutatum, adeoque Deo non ereptum ſit.

3 Benignè equidèm de Proteſtantium religione Imperator & Catholici Ordines judicârunt, quando adhuc nuper Oſnabr. pacificatione Proteſtantes in Eccleſiaſticorum bonorum poſſeſſione non turbandos certis regulis, quibꝰ abundè ſuæ religioni providerunt, ſtatuêre, atq; conſensêre. Eos autèm, qui nullas conditiones admittunt, & quos hîc refellere Hipp. ſtudet, quomodò convinci poſſint, haud sētio, antequā circa ipſa religionis capita cōvincātur, hoc quomodò fieri que-

queat, itidèm non sentio, antequàm illam de Pontificis infallibilitate, ut dicitur, sententiam dimittāt, aut eam profiteri haud simulent.

IN SECT. IV.

I.

SImiliter Hippolithꝰ hâc sectione contra eos, qui nullam religionem, præter suam, tolerandam, atq; ideò pacem religionis non ineundam credunt, incassùm disserit, nisi ipsi fateri occipiant, illos, qui id statuunt, fallere, ac falli posse. Secus enim aliorum etiàm Pontificiorum opiniones horum infallibilitati, ut sic loquar, non opponendas dicent, multò minùs, qui, ne religionem diversām tolerando cōscientia lædatur, quodvis quoque

que infortunium ſubeundum putant, aliarum Rerumpublicarum aut infelici ſucceſſu, aut proſperitate à ſententiâ dimovebuntur. Uti enim ex florenti Reip. ſtatu vræ religionis ſtudioſos haud æſtimandos ſentient, ſic ex ſiniſtro pro religione caſu conatus injuſtitiam non colligendam arbitrabuntur.

2. Et rectè quidem ex ſucceſſu non dijudicandum, ubi ſolâ autoritate nitendum putabunt, ſed nec malè nihilominùs, licèt ſæpè exitus peculiari ex causâ piam quoque expectationem fruſtretur, qui ſana argumenta, atque rationes, non nudam autoritatem humanam ſectabuntur, (quàm difficulter hi, de quibus loquimur, Pontificis, aut eorũ,

qui hujus auſpiciis conſcientias cogendas eſſe, præfactè decernunt, autoritatē contemnent!) quicquid optimè ſuccedet, cauſę bonitati tribuent. Fauſto igitur cujusquam Reip. ſucceſſu Hipp. eos, qui ſoli alius autoritati inhærere, rem conſcientiæ faciunt, ad religionis pacem amandam fruſtrà adhortatur, qui nec infelicem denegatæ pacis eventum consilio, ſed divinæ providentiæ pios ſæpè non absq; ſingulari causâ caſtiganti aſcribent. Qui hîc ſacris argumētis militant, rei indignitatem evidenter ob oculos ponunt, quæ recolere, non eſt meæ profeſſionis, nec inſtituti. Politicum hujus materię judiciū ex iis capi poteſt, quæ *ſup. in par. 1. c. 7. n. ult. & h. c. ſ. 2. n. 1. & n. 3.* ſcripſi.

IN

IN CAP. V.

De quinto restaurandi & firmandi Status MEDIO, quod est, Comitiorum & Regimenti, sublato consilio aulico, restitutio.

I.

COmitia Hipp. nequicquàm reducenda suadet, quæ in Imperio non sublata, aut abolita, sed tantùm temporis iniquitate aliquatenùs intermissà esse, superiùs docuimus. Optimè autem *in Instrum. pacis noviss. c. 8. §. Gaudeant sine.* non stato tempore, sed *quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit*, comitia haberi visum est. Annua enim, aut certis annis ordinaria facere Comitia, nostro inprimis Im-

Imperio minimè convenit, quẽadmodùm in eo per rerum naturam utilitatis atq; necessitatis momenta ordinaria fieri nequeunt. Tentata aliquando fuêre ordinaria Comitia, sed nunquàm feliciter, ut extraordinariis Comitiis, & Deputatorum Conventibus acquiescere oportuerit. *vid. supr. in part. 2. c. 5. s. 1. num. ult. in fin. & sect. 5. num. 1.*

2. Existimat verò Hipp. interìm dum Comitia tardè coëant, Regimento reducendo Imperii administrationem committendam. Verùm *sup. in part. 2. c. 4. sect. 1. num. 1. & cap. 5. sect. 2. n. 1.* explicavimus, Regimentum Imperio nostro, & maximè ejus administrandi formæ haud congruere: undè etiam constat, quod

quod *in fin. h. sect.* de Ordinibus per vices Regimento adhibendis consilium Hipp. præbet, rei difficultati removendæ haud sufficere. Quin exprimenda Hipp. fuerunt Imperii negotia, quæ Regimento extra Comitia (Comitia enim retinenda meritò consentit) demandari, conveniat, nec moram patiantur, usq; dùm in Comitiis de iis deliberetur. Si enìm casus majoris motus ingruant, quid cuiq; Imperii Circulo incumbat, jam antè Imperii Constitutionibus salubriter prospectum est, ne dicam istorum casuum negotia pertractare, Regimento nunquàm soli licuisse.

3. Quòd autèm Imperatori, tàm olìm in Regimento, quàm

adhuc hodiè summa potestas in Camerâ competat, superiùs cõtra Hippolithum abundè deduxi: Et Consilii Aulici naturam, atq; ordinationem ab iniquitate abesse, uti passìm videre est, ita peculiariter *sup. in part. 1. cap. 10. §. ult. n. ult. & part. 2. c. 5. §. 1. n. 2. seu ult.* demonstravi.

In CAP. VI. & ultimum.

De sexto & septimo

restaurandi firmandive Status MEDIO, quæ sunt, continui Exercitus sustentatio, & militaris ærarii institutio.

SECT. I.

1 AN perpetui exercitus sustentatione Imperiũ gravare opus sit, ubi juxta Constitutiones Imperii, optimæ singulorum

lorum Circulorũ ordinationes expeditam militandi rationem ſuggerunt, ego iis arbitrandum relinquo, qui iſtorum negotiorum, rei inprimis militaris peritiam habent, meæ profeſſionis limites ea excedere fateor, quãvis hîc temporis pacati, aut turbulenti rationem ineundã, haud dubitem: & vivimus (eheu!) iſto ſeculo, quo adeò præ pacis tranqullioribus militaria exercitia atq; artes vigent, ut non validi tantùm, ſed &, ubi nervus rerum gerendarum haud deeſt, numeroſi milites in promptu futuri ſint.

2. Proprias etiàm exercitus vires maximè conducere, Hipp. facilè largior, qui meliùs ſentit, quàm *ſup. c. 2. ſ. ult.* §, *Præter internas.*

nas, ubi eos quoq;, quibus salvis ipsius Imperii salus firmatur, exterorum auxilio debellandos statuit. Quemadmodùm verò alterius Reipublicæ copias, si præsertìm separatìm ducantur, in Rempublicam non facilè recipies, ita incidere aliquando ea possunt tempora, quibus cum exteris fœdera non infeliciter pangere, & de subsidiis tuæ potestati subdendis sic pacisci queas, ut simili casu ad antidora tenearis: neq; enìm hic adeò rigidum esse oportet, quasi Respublicas gentium societate excludendas putes.

3. Quibus hîc, propter conventionem Pragensem, Imper. Ferdinandum II. sugillare tentat, *sup. in part. 2. c. 10. seu ult. n. 5.*

exa-

examinavi: & *in d. part. 2. c. 7. §. ult. n. 2. seu ult. junct. h. part. 3. c. 3. §. 1. n. 1.* quænam in bello gerendo Imperatoris potestas, aut partes sint, commenttaus sum.

IN SECT. II.

1. Ubi perpetuo exercitu opus sit, pro eo alendo perpetuo quoque tributo opus esse, ultrò sequitur, hoc igitur Hipp. consilium ad illa proximè præcedentis sectionis remitto. Undè enim secundum Imperii Constitutiones exercitus, indidèm tributa expectanda erunt.

2. Nec diffiteor, sæpè aliàs res magni momenti neglectas fuisse, quando Imperatoribus contributiones non sine ratione exigentibus denegatæ sunt, quâ de re aliquid dixi *sup. in c. 2. §. 1. n. 9.*

in

in fin. & num. seq. In contributionibus facultates contribuentium respiciendas esse, quod monet Hippol. sanæ omnium gentium, & naturali rationi convenit.

3. Annatas, quas vocant, in utilitatem Imperii vertendas à Pontificib⁹ Imperatores aliquoties petiisse, notius est, quàm ut diversæ ætatis exempla congerere operæ pretium sit. Adeò eas mordic⁹ sibi vendicant Pontifices, ut Imperio per violentiam attribui, consiliũ verear ne fidelius sit, quàm facilius, aut Imperio tutius, maximè post Germanicæ nationis Concordata, de quibus *sup. inc. 2. s. 1. n. 8.* Qualia Regno Poloniæ haud obstitêre, cùm & tanti fortè ejus, ac Imperii, ne Pontifices irritentur, inter-

intereſſe, non viſum fuerit, quã-
vis nec Hipp. probaverit, Polo-
nos conatum ſuum obtinuiſſe.

In Concluſionem.

TAndèm Hipp. virum ſe prædicat, quod contra eos ſcribere auſus ſit, qui poſſint proſcribere. Verùm cùm nomen ſuum occultet, & absq; dubio eorũ manus effugere noverit, non ſentio, quid hîc magis ſubſit gloriæ, quàm ſi quis extra ictum pugnet. Hujus ſuæ diſſertationis copiam quo ſucceſſu fecerit, qui æquo animo adfuerint, nec nimiùm impediti totam nõ ſolùm legerint, ſed ponderaverint, prudentiſſimi quique ſententiam dicent. Qui ſeu ſtylo, ſeu pilo (ſic loquitur) jam dudum contra Domũ Auſtriacam decertare paratus, ejus ſe hoſtem perpetuum apertè profitetur, quid ni? hunc tantum præconceptæ opinionis ſecum hîc attuliſſe judicabis, quantum qui pravis

vis affectibus obrutus est? Mulæ meæ tranquilliores sunt, quàm ut pilo, si eo militaris violentia intelligenda est, cum Hippolitho concurrere cupiam, quòd nec ita quidèm causæ Justitia elicitur: attamē & illius, & omnium, quicunq; tali ratione insurgere nitentur, imperatum retundi, Austriaci facilè curabunt. Tantùm linguâ & stylo defendere didici, quicquid in re meæ professionis pium, quicquid justum, quicquid æquum, ut verbo dicam, quicquid salutare fuerit. Eò collimavi, cum his omnibus in Hippolithum animadverterem, eò imposterùm collimabo, cùm aut errorem meum agnovero, aut malè me redargutum demonstravero, ne me vel fucati, vel ambitiosi, vel alieni ingenii hominem proclamandi justā causam Hipp. consequatur. Ipse autèm viderit, quo crimine se oneret.

F I N I S.